vel eleuetur.silr̄ stercus porci siccuz inꝑciat̄. ¶ Jtē calx
alba ⁊ lenis qua vtunt̄ artifices sepe insufflet̄ ⁊ licinium
in albumine oui intinctum in ea inuoluatur ⁊ īmittatur.
¶ Linimenta sunt. ℞.farine fabaꝝ.ʒ.5. boli armeni san
guinis draconis ematitis.añ.ʒ.ij.cum duobus albumini-
bus ouorū:⁊ succo plantaginis:⁊ bursa pastoris pāno li-
neo intincto fiat linimentū vel emplastrū super frontem
vel tēpora.vel emplastrū fiat de istis eisdem:qꝛ linimen-
tum vel emplastrū dicit̄:qꝛ fit cum panno lineo tenuiter
applicaᵒ.qꝛ illinitio est inunctio. sed empl'm est quādo in
substātia spissa apponit̄: vel de folꝑs salicis:vel de folꝑs
vitis:⁊ de folꝑs piri vel citonꝑ pōt fieri eodē mō. ¶ Odo
ramenta sunt stercus asini recens: vel stercꝰ porci recēs:
vel siccum cōbustū ⁊ suffumigatū. fimus apri silr̄.simili-
ter cortex oui cū candela incendat̄ ⁊ fumū in naribꝰ reci-
piat. ¶ Impletiones sunt implere os de aq̄ frigida ⁊ diu
tenere cū strictura nasi ⁊ implere nares cū coto ⁊ cum ca
pite canne aut floribus palmarū vel salicis vel cū panno
nigro ītincto in succo caude equine vel in incaustro:quia
pānus rubeus nō debet apponi:nec debēt res rubeas vi-
dere:quia ꝓuocarent magis fluxuz sanguinis: sicut dicit
Auer.c.de qualitate aggregationis humorum in fine.c.⁊
fen 2a.pri.lib.doctri.2a.sūma ꝑma.ca.14.de eis que ꝓue-
niunt motu animali.⁊ in affo.ꝑsonis.cōmento.44.dat̄
quasi causa.quare res rubee mouent sibi simile de fonte
vbi arene rubee ascendebant ꝓpter transitū vnius indu
ti vestimento rubeo. ¶ Si sit fluxus sanguinis cū dolo-
re capitis vel alterius partis dꝫ ꝑmo dolor sedari cū oleo
ros.vel de camomilla vel de populeon vel de aliquo ta-
li:qꝛ aliter non valeret cura:quia nulla res nocibilior nec
sanguinis prouocabilior q̄ꝫ dolor ⁊ inclinatio membri:di
cit Hal.5o megategni. ⁊ dicit post. ꝙ frigida non debēt ap
poni membro a quo fluit:nisi prius diuertat̄ ad aliaz par-
tem ⁊ trahat̄ cum ligatura ⁊ fricatiōe extremitatū ⁊ ven
tosa sine scarificatione sub māmillis vel in parte vētris
proportionata parti naris a qua fluit. ⁊ de illis ligaturis

sume valet ligatura coxarum ⁊ crurũ. est enim coxa pars supra genu ⁊ crus pars sub genu. ⁊ ligaꝰ testiculoꝛuz in viris ⁊ aurium in mulieribus. ¶ Itē flōmia vene spatularum impedit ascensum sanguinis ad caput: ⁊ est ista vena quā videmus super cefalicā ⁊ est finis brachy: ⁊ quasi ex parte siluestri vel exteriori ipsius brachy: ⁊ apparet manifeste transiens per spatulas: ⁊ ibi aliquādo flebotomare feci directe in spatulis: nec est sub assellaruz vena: quia tunc esset sub basilica interiori brachy: qđ non est veruz. ¶ Item subita potatio aque frigide stringit sanguinem fluentem si sit feruoꝛ sanguinis. ⁊ fiat ventosatio cuz scarificatione leui super partem posterioꝛē capitis ⁊ sine scarificatione sub māmillis eiusdē partis a qua vel per quā fluit: vt flōmia parua eiusdem partis ⁊ de cefalica. ¶ Et cibi conueniētes in causa calida de feruoꝛe sanguinis cuz oleo mixti sunt sicut sumach agresta. verũtamē ⁊ caseus recens humidus. qꝛ siccus prouocaret fluxuz. ⁊ lac decoctum donec ingrossetur stringit omnez fluxuz sanguinis de ebullitione sanguinis. ¶ Acetosa tamē ratiōe incisionis sue aliquādo nocent: ⁊ ideo tarde sumātur ⁊ in parua quātitate si opoꝛtet. Similiter oua elixata valent eis qui pparātur ad fluxuz ppter colerā sanguinis sui: ⁊ maxime si fracta in aqua elixenꝰ: ⁊ rizi ⁊ lac amigdal. sed in parua quātitate: qꝛ in omni fluxu magno debilitaꝰ virtꝰ. Similiter illi qui hz fluxũ sanguis ex casu vel percussiōe sunt cerebra gallinarũ ex melioꝛibꝰ cibis. vnde opoꝛtet vt sumat in multa quātitate: ⁊ nō deꝰ vinuz: ⁊ si confoꝛtet: nisi videas casum virtutis pximũ: ⁊ tunc da mixtũ cuz aqua frigida parũ: qꝛ vinum puocat fluxum sanguinis: nisi sit stipticum: ⁊ pōt artificialiter stipticari cũ sumach ⁊ gall. ⁊ rof. ⁊ sanguinaria si iaceāt diu in eo vel si decoquātur in eo vel in aqua cũ qua dz lisari. Simil'r sanguis retentus si descendat ad stomacũ vel pulmonē ⁊ ibi cōgeleꝰ euomatur: si fieri pōt cum melle ⁊ succo apy: vel farina cartami cum aqua calida: si nō detur lac ficus quātum media testa oui capit vel acetũ cum multa aqua calida mixtuz paulatim cũ multis interuallatis bibitionibꝰ soꝛbeatur. ¶ Illud enim liquefacit sanguinez coagulatũ in pulmone. dicit Gal. 5º megategni. caº 3º. ⁊ quia sanguis coagulatus in stomaco est quasi venenũ ab intra: vt dicit Auicē. 4º caň. fen 6ª. tractatu 2º. ideo opz cum festinatione operari anteq̄z coaguleꝰ ⁊ parare vt descendat: qꝛ 6ª particu. affo. sanguis in loco nō suo cōuertitur in saniez vel in coꝛruptionem accipiendo saniez large. ¶ Fiat ergo clistere foꝛte in quo ponatur aloes: succus poꝛri: centaurea: calamentũ: quia ista duo euacuant sanguinez: ⁊ super stomacum ponaꝰ spongia infusa in bono vino calido. ⁊ si coaguletur actualiter potet vinum calidũ: ⁊ sirupum acetosum sicut est. ⁊ sciꝰ eius coagulatio per casum pulsus ⁊ infrigidationem totius coꝛpoꝛis ⁊ inflāmationem in stomaco ⁊ sincopim: ⁊ tunc statim fiant ista ne subito moꝛiaꝰ. ¶ Sz si hic ex longo fluxu sint vlcera in naso curenꝰ cuz vnguēto qđ fit isto modo. Accipiatur cera colata ⁊ eius quadruplum de oleo rof. quibus resolutis addātur ceruse. ℥. y. ⁊ in circuitu moueatur. deinde postq̄z infrigidari incipit albumen oui pdictum admisceatur donec inspissetur: sine intermissione moueaꝰ ⁊ recondatur: vbi volueris potest superaspergi. ⁊ curabuntur si essent in via fistulationis.

¶ Modo de empericis videamus: vade ad locũ vbi crescit sanguinaria. i. bursa pastoꝛis ⁊ genibꝰ flexis dicas ter Pater noster. ⁊ Aue maria: ⁊ istũ versiculũ: Te quesumꝰ dñe famulis tuis subueni quos pcioso sanguine redemisti. ⁊ sic dicendo collige herbā vnam vel duas: sed si multas colligas opz oꝛationes iterare: ⁊ tunc suspende herbā circa collum patienti a quo fluit sanguis: vel circa membrum a quo fluit: ⁊ ibi dimitte: ⁊ stringet certissime. si vis ne homines cognoscant herbā tuam frica eaz inter manus tuas: ⁊ post suspende eā in aliquo pāno vel in sindōe vel in aliquo tali. ¶ Itez hec herba hz nomen a re: ita q substa eius ⁊ succus valet: siue emplastrata: siue linita: siue potata post decoctionez ⁊ preparationē debitā: imo tenere eam in manu: ⁊ videre eam quādo sanguis fluit ⁊ odorare eam stringit fluxum sanguinis. ¶ Itez puenga masticata intantũ q pōt trāsglutiri: non tñ trāsglutiaꝰ: retinet fluxũ sanguinis. Idem facit radix vrtice eodē modo sumpta. ¶ Itē cadat gutta sanguinis super cuspidez vel silicē: ⁊ sicut incipit ista gutta desiccari: ita fluxus incipiet sisti: ⁊ cuz fuerit total'r desiccata fluxus cessabit nisi fuerit ex ruptura vene vel artarie. ⁊ tunc bibat semē nasturcy ⁊ curabit deo dāte. ¶ Item puluis vrtice combuste ⁊ maxilla cācri simul trita insufflata in naribus statiz stringunt. ¶ Item ouũ assatuz ⁊ duruz in naribus ponatur ⁊ sāguis stringeꝰ. Dicit Ga. in dinamidys. si fluat sanguis a vulnere stomaci cũ incisione accipiantur lumbrici terrestres ⁊ cōburantur super tegulam calidā ⁊ puluerizenꝰ: ⁊ de isto puluere ponaꝰ in vulnere: ⁊ cum pānis lineis vulnus foꝛtiter strigaꝰ: statim abscindit fluxum sang. ¶ Itē Ga. in dinamid. lumbꝛicos terre cōbure tere cũ thure cũ albumine oui ⁊ fronti ⁊ naribus ipone. ¶ Itez pili leporis cum albumine oui idem operanꝰ. ¶ Item si sit lenis incisio in cāna accipianꝰ. y. 3. sāguinis dra. pulueri3ati ponantur in vulnere statim stringit sanguinē ⁊ vulnus consolidat: si nō sit cum deperditiōe sube. ⁊ si labia vulneris sint multum dependētia opz q suanꝰ applicādo partem parti pportionali cuz sutura nodata. ⁊ si fluat sanguis cũ impetu oz suere sicut sunt pellipary quousq̄z suaꝰ ⁊ stringatur: ⁊ tunc redire ad suturā ⁊ ligaturam p cura vulneris. dz enim ligatura esse foꝛtioꝛ in loco vulnerato ⁊ post magis ⁊ magis laxa versus extrema: sicut docet 5º megategni. ¶ Si tñ fluat a digito vel brachio post flōmiā vbi vulnus pōt obturari cum digito fac diu cum denario ibi ligato vel cum medietate fabe superposite vel de pul. fabe excoꝛticate: qꝛ ista quasi specifice operanꝰ: vel tela aranea munda superposita cum pāno vel binda vel vitta ligata est cōe: qđ ego frequenter expertus sum: sicut ⁊ ista ibi enumerata que sunt mihi specialissima. ¶ Unũ tamē sciendũ q fluxus creticus non debet stringi quousq̄z superfluat ꝭm Auic. nec sintbomaticꝰ debet stringi subito: qꝛ natura odit subitā mutationez. ¶ Itez folia enule trita ⁊ imposita oēm fluxum sanguinis stringunt.

**Modus** prouo. flu. sang. Modo vidēdũ est de prouocantibus fluxum sanguinis nariũ: sicut opz aliqñ quādo natura est ita pigra in crisi facienda per nares: ⁊ cum reperet sursum: tũc accipianꝰ sete poꝛcine ⁊ ponanꝰ cũ violētia infra nasuz ⁊ aperient venas. ¶ Itē millefolium sicut est imissuz puocat: odoꝛatũ vel bibitũ retinet. ¶ Item vrtica posita intra nares vlcerat: ⁊ succꝰ eius illinitus super frontē ac tēpoꝛa stringit. ¶ Itē inspicere res rubeas cũ scarificatiōe vnguiũ interius puocat. ¶ Item tenere anhelitũ ⁊ ligare collũ puocat fluxũ sanguinis nariũ. sed caueaꝰ istud in paratis ad squinantiaz. ¶ Item abꝛotanũ impositu3 prouocat: ⁊ coꝛtex exterioꝛ castanearũ. ¶ Item succus ruthe iniectus stringit: tamē pul. insufflatꝰ sternutationē puocat: ⁊ per ꝯñs pparat ad fluxum. ¶ Experimentũ Gilbertini ad omnē fluxũ sanguinis: qđ ponit 3º practice sue. dic. In noīe patris ⁊ fily ⁊ spũs sancti Amen. Caro cũ calice confirma sanguinem israhelite: nouies versando aquā ⁊ colādo per camisiam infirmi: quā tribuas ipsi patienti vel nũcio nomine infirmi: quā tribuat ipsi patienti, Idem ponit 5º practice sue. c.

de disenteria. ❡ Itē scribe hec noīa cum sanguine patiē-
tis in fronte: ⁊ dic orōnē istā. Deus qui solo tactu fimbrie
vestimenti tui mulierē in fluxu sanguinis sanare dignat⁹
es. Te suppliciter oramus dn̄e iesu: qui solus langores sa-
nas: vt fluxū sanguinis pro quo vel ꝑ qua p̄ces effūdim⁹
restringere ⁊ sistere facias: dexteram pietatis tue potētie
extēdēdo. In noīe patris: ⁊ filij ⁊ spūs sancti Amē. Pater
noster: Aue maria. ❡ Istud caᵐ feci magnū: qꝛ mlta cōia
hic ꝓposui tractare: ⁊ in multis locis necessaria.

**Profunditas** somni. Circa ꝓfunditatē somni
⁊ stuporem qui accidunt in fe. vt
dicit Aui. 3° can̄. fen 2ᵃ. c. de stupore. ⁊ 4° can̄. fen p̄ma. tra
ctatu 2°. ❡ Sciendū est q̄ corā talibus debent fieri loca-
tiones alte ⁊ extrema debēt ligari cum institis vel bindis
qḋ idē est: ⁊ cū ansis qḋ de facili aperiant̄ vel cū nodis: ⁊
fricent̄ plāte pedū ⁊ vole manuū: ⁊ trahat̄ per capillos in
nucha ⁊ naso. ⁊ digiti manuū ⁊ articuli pedū fortiter com
primant̄. ⁊ diuertant̄ cum clisteri mūdificatiuo: ⁊ fiāt vē-
tosationes inter spatulas: ⁊ accipiant̄ capilli humani ⁊ cō
burant̄ ⁊ odor applicet̄ naribus: ⁊ est quasi eadē cura si-
cut in litargia. ⁊ caput sit in cōti° motu: ita vt si stupor: aut
dormitatio alicui membro superueniret fricet̄: ⁊ sit in exer
citio ⁊ motu: sicut pȝ de pede dormiente. ❡ Item capilli
humani triti cum aceto in circuitu circa nares ⁊ tempora
existant. Et sunt versus de odorib⁹ apponēdis. ❡ Si po-
nas fetida narib⁹ hoc excitat illum. s. litargū vel sōnolē
tū. nec aliquid tm̄ sicut pilus hominis cōbustus. ❡ Itē
empericū. Acci. cor vel oculos philomene: ⁊ pone sub cer
uicali vel puluinari vel suspende circa collum patientis:
⁊ dūmodo ibi fuerit nō dormiet. ❡ Item. accipe fel lepo
ris somnū facit oībus horis cum vino bibitū. facit idem
ouum crudū exhibitū cū aceto: euigilat. ❡ Itē de canis
aure sapor potatus. s. cum vino idem facit. sed acetū de-
struit ipm̄. s. somnū talem. ❡ Itē assa fetida galbanū ⁊
castoreum odorent̄: ⁊ castoreū ꝓiciat̄ in naribus vel pi
per vel piretrū ad faciendū sternutationē: ⁊ pānus cōbu-
stus ⁊ pluma cōbusta: ⁊ penna galline intingat̄ in aceto: ⁊
ponat̄ prope nares. ista excitant seu litargicū seu habētē
subeth vel somnū ꝓfundū: qḋ idē est: vel habentē suffoca
tionem matricis vel sincopizantē ⁊ similes.

**Cura** fe. colerice. Modo videre opȝ de 5° p̄ncipali in
cura fe. colerice. s. de dieta. s. vbi opȝ videre que
dam generalia omni feb. de sex rebus nō naturalib⁹ que
in isto versu continent̄. Est aer esca quies repletio somn⁹
⁊ ira vel sic. Est aer esca motus repletio gaudia somnus.
❡ De aere sciendū q̄ aer calidus in estate debet alterari
cum folijs salicis vitis: ⁊ floribus nenufaris ⁊ cataplora ⁊
cāfora ⁊ aspersione aq̄. s. in tota domo. ❡ Sed si sit hyēs:
⁊ aer sit humidus pluuiosus debet desiccari cū igne ⁊ ca-
mio vel in camera: sine fumo tm̄: sed patiens nō dȝ appro
ximare. ⁊ debet domus suffumigari de olibano vel stora-
ce calamita si patiens sit reumatic⁹: vel si sit aer turbidus
nebulosus pestilētialis. ❡ Sed si aer sit frigidus ⁊ sicc⁹:
tunc dȝ fieri ignis de lignis humidis: sicut de fago viridi
⁊ de fraxino: ⁊ dȝ esse magn⁹ sed parū debet durare ne ni-
mis desiccet. ❡ Sed in tēpore humido debet ꝯtinue du-
rare. tm̄ quia aer pestilētialis ⁊ epidimialis cito interficit
dispositos: ideo in putrefactione humoꝝ cum aere malo
siue sit estas siue hyems valet camfora: sed minus in hye-
me debet dari: quia nō est ibi caliditas nisi rōne putrefa-
ctionis humoꝝ: ⁊ erit dosis trium granoꝝ vel quatuor: ⁊
hoc innuit Haly. 3ᵃ parti. tegni. cōmento. 195. Esca vel die
ta conueniēs fe. est humida sicut dicit̄ p̄mo affo. humide
diete omnibus febricitātibus cōferunt: lȝ fe. plus peccet
sua caliditate q̄ȝ siccitate. tm̄ qꝛ omnis calor desiccat si diu
perseueret: ideo humida dieta valet plus: ⁊ qꝛ humidum
obtundit calorem sicut siccū acuit ⁊ est lima eius. ❡ Jo
notandū q̄ sicut feb. quelibet est calida ⁊ sicca: lȝ quedā
sit humida māliter sicut sinochus ⁊ quottidiana: ita die-
ta frigida ⁊ humida oībus cōpetit: sed diuersimode: quia
fe. flātice ⁊ melācolice minus: oībus alijs plus. ergo consi
dera fe. in p̄ncipio. ⁊ si non cognoscis eam melius est sub-
tiliare regimen: sicut dicit Auic. 4° can̄. fen p̄ma. c. de cu-
ra fe. putride in generali. ⁊. c. de cibo febrientium. lȝ dicat
Hypo. p̄mo affo. in tenuibus dietis magis peccāt egrotā-
tes. Et hoc est in tenui dieta que ē nihil comedere. ⁊ ideo
narrat Gal. patiētes debere aliquādo cibari in paroxismo
cū tenui dieta in respectu nō absolute: que est minor q̄ȝ sa
norum ⁊ subtilior: ⁊ grossior q̄ȝ cōis. ❡ Dieta egrorū illa
est tenuis cum qua dȝ pa. regi quando morbus ignorat̄: ⁊
est dieta mediocris: ⁊ post in ꝓcessu cum fuerit cognitus:
tunc pōt declinare ad latus subtilitatis vel grossitudinis
ꝓut morbus requirit vel dieta ista tēperata: ⁊ ibi aliquan
do fit error: ⁊ talis pōt fieri subtilis in morbo cronico qn̄
non cognoscit̄: tamē nō est dieta regularis in isto morbo.
❡ Pro quo sciēdū q̄ dieta est multiplex: grossa subtilis
mediocris. Grossa diuidit̄: quedā est grossior ⁊ grossissi-
ma: ⁊ quedam est subtilior ⁊ subtilissima: ⁊ mediocris de-
clinans ad latus grossitudinis: ⁊ declinans plus ad latus
subtilitatis: de quibus ponit Auic. exᵃ. c. de cibatiōe febri
citantium. ❡ Grossa absoluta est dieta sanorum nō ieiu-
nantium: sicut dicit̄ p̄ma affo. cōmento 4°. sanis dabitur
cibus: aut custodiendo sicut eorū fit vsus: aut augmentā-
do vt virtus confortet̄. Grossus ergo cibus augmentabit
virtutē si bene digerat̄. moderatus custodit ⁊ subtilis mi
nuit. non cōpetit sanis: sed egris acutarijs: vbi non debet
virtus aliqualiter minui: nō tamē multo cibo ⁊ grosso cu-
stodiri: sicut debȝ aliq̄liter in cronicis. ❡ Si ergo morb⁹
in 3° vel 4° debeat terminare stāte virtute: tenuissima die
ta dāda est: que est nihil dare: sed si vsq̄ȝ ad 7ᵐ debeat du
rare ingrosset̄ plus cōsiderādo etatem cōplexionē cōsue-
tudinem ⁊ tp̄s anni. Cōmentator tm̄ Auer. sup cātica ver-
sus finem. p̄me particule. c. de regimine lōgitudinis ⁊ bre
uitatis morborū. debet cibus aliter ordinari diebus istis
q̄ȝ solebat ꝓpter gulositatē hoīum. vnde dieta subtilissi-
ma in terra Auer. vt dicit 7° colliget. c. de cibatione febri
citantiū: est aqua ordei ⁊ mica panis lota in aqua calida
ad quātitatē. ℥. ij. ⁊ qui consueti sunt comedere ter in die
⁊ qui sunt cōplexionis calide ⁊ resolubilis nō possunt fa-
mē tolerare: sed qui frequenter abstinent: ⁊ qui sunt frigi
de cōplexionis ⁊ ante etatē senij possunt abstinere plus:
cum senes facillime ferant ieiunium. senes a senectute: ⁊
omnis cuius calor innatus est fortis valde aut plurimus:
aut calor innatus est debilis valde nō possunt dimittere
cibum: qui habent dolorē capitis ⁊ stomaci non possunt
diu abstinere sine periculo ꝓpter colligantiā istorū duo-
rum adinuicē. ❡ Dietandi sunt ergo homines modo cū
dieta grossiori q̄ȝ antiquitus cū auenato. s. ⁊ ordeato. s. cū
gruello facto de auenis vel ordeo ⁊ cum gallinis ⁊ extre-
mitatibus earum cum pul. gallinaceis nō columbinis: qꝛ
corᵃ pullorum columbarū sunt dure digestionis ⁊ longe
more in stomaco: vt dicit Auic. fen. 13. 3° can̄. tracta. p̄mo.
cap° de cura male cōplexionis stomaci cum materia ⁊ de
materia opilationis. ❡ Pōt ergo fieri colatiuū de istis:
vel possunt elixari vel decoqui in pane: ⁊ tūc valent: sed
panis pastillorū nō valet eis. ❡ In hyeme tamē ⁊ in fe.
flegmatica possunt assari ⁊ pars adusta auferri: nec cōmē
do pedes porcorū: nisi quia gruellū illorū valet: sed sub
stātia eoꝝ est dura ⁊ viscosa: sicut pȝ ꝓpter neruos: tamē
aliquādo comedunt̄ cum aceto ad appetitū ꝓuocandū:

⁊ quia multum occupanᵗ comedentes modicū: ⁊ ideo no
cumentum parū est: ⁊ qꝛ parum assumiᵗ: qꝛ sunt cito fessi
in comedēdo de his. ¶ Similr̄ aues parue sicut alauð.
⁊ tales nō valent: sed sunt dure digestiōis. si assenᵗ tamē
in stupha sine pinguedine aliena possunt accipi nihil co-
medendo de ossibus ⁊ positi in pane. ¶ Similr̄ perdices
valent ⁊ aues lacunales cū suis pedibus sicut tatelle: ⁊ ne
morales sicut grassus siluestris ⁊ fasianus: ⁊ cuꝫ longo ro
stro: ⁊ cuniculi ⁊ eduli ⁊ agni ⁊ porcelli ⁊ vitulina caro val
de iuuenis. tn̄ ista sunt grossa aliqualiter. penᵗ ergo assan
do ⁊ consumendo partē aquosam vel elixādo. si fuerit ca-
ro sicca. cum sale indurata nō valēt. ¶ In feb. tn̄ melan-
colica caro porcina spina dorsi vel aspersa sale per nocteꝫ
vnam pōt accipi. ⁊ est rectum ꝙ caro porcina decocta in
aceto plus valet: qꝛ acetum incidit ⁊ diuidit pinguedinē
⁊ viscositatem. ⁊ est caro similior carni hoīs. dicit Auicē.
sed in ista fe. colerica istud facit. s. elixaᵒ eius cū aceto: sed
in flātica asseᵗ: sicut docet Isid. pmo affo. Dam̄. cōmē. 33.
¶ Ab infirmitate surgētibus cibaria necessaria petenti-
bus nō denegandū est: sed ingeniandū vt denᵗ in minori
quātitate qꝫ pōt: vt exēplificat in paralisi in qua pōt dari
caro porcina macra modo debito pparata: ⁊ in istis est cō
suetudo obseruāda que est altera natura: ⁊ ideo Hypo. 2ª
parti. affo. parū deterior cibus vel potus delectabilis: tn̄
magis appetēdus. ⁊ Auic. fen 3ª. pmi li. qð meliᵘ sapit me-
lius nutrit ceteris paribᵘ. ⁊ ideo scribitur. Que petit egro
tans qꝫuis ꝯria denᵗ. Nā potius nā viget ⁊ vota replenᵗ.
¶ Debent pparari cibaria in cā fe. cū lactucis violis mal
uis portulaca. ⁊ in flātica ⁊ melancolica cū isopo ⁊ petᵒsꝫ
in melīca spāliter isopo thiᵒ. ¶ Pisces cōuenietes in fe.
sunt pisces petrosi habentes squamas: sicut lucius pchia-
ruschi dorsi rupelle longisti preparati cuꝫ herbis cōibus.
¶ De marinis in colerica sunt pauci: lꝫ in declinatiōe fe.
colerice posset concedi de merlingo gonardo de pectine:
etiā si non sit supercalefactus. male tn̄ cōuertibilis est si-
cut oua. ¶ In declinatiōe colerice note ⁊ flātice ⁊ melan
colice possunt oua cōcedi vt candellū in quo ponereᵗ de
acedula vel de agresta. ⁊ oua cocta plus valēt qꝫ assata p-
pter opilationē pororū in testa vel ciner ibᵘ quādo assan-
tur. sed fricta in aq̄ ca. ⁊ ibi decocta meliori mō nō nimis
dura nec mollia optima sunt. ⁊ debēt oīa ista comedi cuꝫ
aceto vel agresta nisi strictura pectoris vel debilitas sto-
maci impediat. ¶ Caro tn̄ bouina aut anserina nec lepo-
rina nec ceruina valēt nec aliqua piguia. ¶ Caro tn̄ arie-
tina recēs valꝫ. qꝛ calida moderate ⁊ humida. sed nō dꝫ
accipi in caliditate maxia fe. sꝫ in ꝺclinatōe gruellū ēt ex-
corticatū fortificatū cū gallina vel pullo vel carne porci-
na recente sine cimino ⁊ sine croco ꝯpetit aliquādo: quia
crocᵘ deycit virtutē appetitiuā: nec ciminū valꝫ in cole-
rica qꝛ citrinat. ¶ Similr̄ potagiū diebus carniū de bo-
raginibus buglosa malua viol' cū carnibus bouinis recē-
tibus cum brodio istaꝝ: sed in diebᵘ pisciuꝫ pōt addi petᵒ.
Et conficiaᵗ cum lacte amigdal'. ⁊ lac amigð. valꝫ calefa-
ctum modice. ⁊ candelluꝫ de amigð. cum ceruisia factuꝫ
vel ptisana ⁊ zuccaro apposito plus valebit. ⁊ lactuca ⁊ pa
pauer apponanᵗ: si nō possūt dormire. nec est malū in fe.
flegmatica apponere aliqua calida rōne materie āntis: lꝫ
coniuncta sit calida: vt imperat Auic. 4ᵒ cam̄. de lipparia.
qꝛ Gal. dat in tali ptisanaꝫ cum pipere. ⁊ ideo betonica va
let in quottidiana cameð. ⁊ calamentū. in quartana valꝫ
cancer marinus: sicut in ethica ⁊ in fe. colerica valꝫ cācer
fluuialis: sed in q̄ttidiana nullus piscis valꝫ. qꝛ est flāticᵘ:
lꝫ ꝭm magis ⁊ minus: ⁊ si aliquis valeat ibi sunt murenu
le paruule ⁊ lignelle parue elixe ⁊ post modicū desiccate
supra craticulam vel gauardū ⁊c̄. ¶ Ostrea tn̄ nullo mo-
do valent alicui nisi esset hō sanguineus habēs stomacuꝫ
multū calidū colericū: ⁊ tunc in casu pōt ea accipere cru-
da: qꝛ tales habēt stōacuꝫ sicut falco. ⁊ causa est: qꝛ subtiª
aduruntᵗ ⁊ grossa bene digerūtur. vt diciᵗ 2ª parti. tegni.
¶ De hora comedendi in feb. interpolata sicut in die pa-
roxismi. si paroxismus inde veniat per. 3. hoꝛ. an̄ paroxis-
mū est comedendū: ita ꝙ fe. stōm vacuuꝫ inueniat: qꝛ dꝫ
tunc melius accipe vt pōt digeri. vnde tunc stomacus dꝫ
esse vacuus a cibo crudo nō ab omni cibo: qꝛ mora cibi in
stomaco ꝭm Aui. fen. 13. cam̄. 3. trac. 3ᵒ ē. 12. hore. lꝫ Auer. 6ᵒ
colliget. ponat ꝙ digestio cōpleᵗ in oībᵘ mēbris in noueꝫ
hoꝛ. ⁊ est verbū suū intelligendū post pmā digestioneꝫ in
stomaco. qꝛ cibus est plus inobediēs nisi sit leuis ⁊ in par
ua quātitate: sed tunc cōpletū prandiū suum dꝫ esse post
paroxismū vel in declinatiōe. pmo die ppter vexationeꝫ
suā minus dꝫ comedere qꝫ alys diebᵘ. ⁊ si paroxismus ci-
to veniat melius est nihil comedere anteqꝫ finiaᵗ vel de-
clinet: sed in paroxismo nihil comedat vel bibat qꝫtū pos
sibile est: nisi virtus deficiat: ⁊ tunc oī hora cōpetit. dete-
rior tn̄ horaꝝ in paroxismo ad cibandū est pncipiū. dicit
Gal'. pmo regis acutoꝝ. c. penul. ⁊ hoc est extensiue: tn̄ ma
ius malū est: sed nō ita diu durat. in die interpolatiōis co
medat hora cōsueta: tn̄ melius est multiplicare vices qꝫ
qꝫtitatē. comedat ergo frequēter ⁊ modicuꝫ. ¶ Si sit fe.
cōtinua tunc dꝫ comedere in hora maioris quietis: qꝛ nō
affligit semp vlr̄: ⁊ est melius vt comedat mane ⁊ sero: si
nō sit qð phibeat: sicut reuma capitis vel nausea: ⁊ tūc dꝫ
esse cena nulla vel breuissima. ¶ Tn̄ hic est notandū ꝙ
prandiū suū erit sicut pulla elixa vel pisces cocti hora ma
tutinali: nec ðbēt dimitti stare in vase eneo p totaꝫ noctē
⁊ diem ⁊ frigida comedi: sed debēt poni in vase ligneo: si-
cut fraxineo in q̄rtana: ⁊ mazena in quottidiana: ⁊ i argē-
to in tertiana: ⁊ tunc cū brodio calefieri ⁊ dari. Similr̄ de
gruello ⁊ colaticio: qꝛ ista infrigidata ꝯtinēt viscositates.
Uiscosa vt anguille nō valent in aliqua fe. oīo. ¶ Aliud
notandū ꝙ pulla debet esse nigra ⁊ nō alba: de qua debet
fieri colaticium: qꝛ fere omnia aīalia nigra sunt mūdiora
alys eiusdē speciei. ⁊ si nō posset accipere colaticiū spissuꝫ
cū carnibᵘ coleᵗ iterato vt possit potari. ⁊ si sit patiēs de-
bilis nec posset carnes accipere: nec carneū in brodio bo-
no de capone: vel in brodio cicerū vel pisaruꝫ seu suba pi-
sarum ponaᵗ panis leuis late incisus: comedat de isto pa-
ne. ⁊ si nō pōt conteraᵗ totū simul: ⁊ per mediū coleᵗ pan
ni linei: ita ꝙ virtus panis remaneat: ⁊ tūc fortiter frica-
bitis plus. ⁊ diciᵗ ita fieri: qꝛ diebᵘ istis hoīes dicunt me-
dicis non faciūt nisi īponere abstinētiā: ⁊ ideo ne medico
īputeᵗ debilitatio sua: opꝫ fere in omni morbo comedere
cibuꝫ bonoᵒ pparatum. ¶ Et si cū morbo aliq̄liter plon-
getur: tn̄ hoc est melius qꝫ ꝙ medicus aliq̄liter diffame-
tur. ⁊ iō diebᵘ istis raro terminanᵗ morbi in 7ª vel in 14ª
die ppter regimē ineptū cōcessuꝫ ad placenᵐ infirᵒ ⁊ assi-
stentibus. tn̄ aliq̄liter debet illud fieri nec totaliter. dicit
Gal'. 12. de igenio sani. ca. pmo. qui tn̄ intendit vt placeat
infirᵒ nō est homo suā volens sanitatē. qꝛ oꝫ ꝙ infirmus
sit obediens medico in oībus ⁊ diligēs minister bene de-
seruiens. ¶ Panis cōpetēs in tertiana colerica est de or-
deo vel auena: ⁊ hoc est qð vocat Auicē. kist ordei: qꝛ nul-
lus comedit farinam vel pastam nisi decoquaᵗ tēperata
vel panis triticeus cū furfure cum temperata quātitate
aceti vel salis. aliter enī opilaret: sꝫ in quartana panis or-
deaceus non valet nec in quottidiana: sed ibi debet fieri
panis leuis triticeus facilis digestiōis cōfectus cū pul. ca-
lamēti vel calami aromatici vel spica nardi vel anisi: sed
in quartana cibus azimus plus valet: in flātica bethoni-
ca vel isopᵘ: ⁊ in q̄rtana vel tertiana pōt plātago misceri

vel sandali vel rasura eboris:ita ꝙ omnis cibus eorũ sit
medicinalis. vnde in idropisi nõ valet panis ꝓpter opila
tionẽ:nisi spica vel sandali vel aliqua deopilantia ponan
tur vel portulaca. qꝛ vtrũq; latus deopilat in cã calida:si
cut cuscute in frigida cã. vel põt conficere cũ spuma cer
uisie vel vini seu fermẽto. nec opꝫ aquã esse nimis calidã
cũ qua conficit̃:nec dꝫ pasta nimis diu stare postq̃ cõfi
cit̃ anteq̃ in furno ponat̃. ⁊ isto mõ potestis patientẽ cu
rare in multis modis cũ dieta ⁊ bono regimie qñ ipsi sũt
delicati. ⁊ si voluerint ꝑcere expensis vt medicus videat̃
facere aliqd noui:qꝛ miseri ĩgenij ẽ nihil ĩuenire:⁊ vile est
medico qñ nescit dietã patiẽti ordiare nec ĩpam ꝑparare.

¶ De potu. accipiat istos potus qui dicti sunt in. ca. de siti.
vñ ceruisia debilis desiccata facta de ordeo vel auena nõ
de fabis nec pis̃. quia ceruisia de illis ⁊ panis est fumosa ⁊
ventosa:sicut ⁊ omnis pa. calidus ventosus est cauendus.
ptisana aũt ordei ⁊ iulep cum aceto ⁊ sirupꝰ acetosus va
let:qꝛ incidit ⁊ diuidit sedat sitim:nec est vehemẽter cali
dus. tñ aliqñ facit rasurã intestinoꝝ:⁊ laxat aliqualr̃: sed
tñ aqua calida facit vomitũ:⁊ oxizaccara cum aqua endi
uie valet ⁊ in flãtica ⁊ in melĩca. vinũ subtile nec antiquũ
nec nouũ nec vinũ linfatum aliq̃liter. ⁊ põt concedi vinũ
linfatũ in colerica feb. in declinatiõe ꝓpter bona que fa
cit:vt dicit Gal. 7ª parti. affo. cõmẽto. 58. vel idromel pau
ce cõmixtionis in fe. vel melĩca:sed multe cõmixtiõis cũ
aqua:ita ꝙ sint due ꝑtes vel vna mell̃. ⁊ cũ aq̃ valꝫ in fe.
colerica nota. ⁊ in alia duas vel q̃tuor partes mellis ⁊ vna
aque. in d̃clinatõie. in paroxismo nõ potet q̃ꝫtũ est possibi
le:sed portet cãdi vel grana granatoꝝ in ore ⁊ ɔsiª.

¶ Tertia res nõ nãlis est motꝰ:⁊ per oppositũ quies que
duo in se debẽt habere ꝙ motꝰ fiat leuis in die interpola
tionis hora tẽperata ante prandiũ loco exercitij modici
ad extrahendũ superfluitates intercutaneas derelictas
in fine paroxismi:⁊ maxime dꝫ istud facere qñ in paroxis
mo nec fuit vomitus nec sudor nec egestio: tñ in crastino
talis motus dꝫ fieri leuis si sit tẽpus tẽperatũ sine pluuia
⁊ vento:nisi sit in estate:tunc pluuia parua poterit valere
nisi sit aer turbulentus. ¶ In paroxismo tñ ⁊ in toto tꝑe
paroxismi melius est qescere totalr̃ ⁊ in loco vel alibi: qꝛ
agitatio cõmouet hũores. Vñ Gal. 2º affo. cõmẽto. 28. di
cit ꝙ febricitãtes nõ moueant̃. tñ plurimũ debent qesce
re nisi in itinere febres incidant:qꝛ tũc opꝫ repatriare. Et
ideo qꝛ loquela est quidã motus nõ dꝫ nimis loqui:qꝛ de
siccat linguã. Nec debẽt visitãtes venire ad eũ nisi paro
xismo facto ⁊ fe. mitigata ⁊ toto corpore ĩfirmi alleuiato
ne infirmus suꝑ eos animũ habẽs ĩpediat̃ in sensibꝰ eius
⁊ nã amando vel obediendo: nec aliquid dicat ei nunciꝰ
letabile acceptabile risibile. nec diu cũ isto morent̃. quia
fabulatio talis aerẽ calefacit ⁊ inficit. ponit Isaac 4º fe.
de his que sunt vitãda ad curã morborũ acutoꝝ. ⁊ Ras.
in affo. suis. c. 3º. vbi ponit q̃liter medicus pulchre loquẽs
confortet infirmũ:⁊ idẽ loquax cõturbet eũ:⁊ facit eum
deficere ⁊ desꝑare:qꝺ nõ est faciendũ. Dicit Dam̃. ꝑti. pª.
qꝛ opꝫ infirmo semꝑ salutẽ ꝓmittere: ⁊ nunq̃ a spe illũ
deponere etiã si tu desperes. ¶ Silr̃ si anhelitus medici
vel visitantiũ sit fetidus vel illius qui comedit allea:vel
qui hꝫ eructuatiões fetidas nocet infirmo vltra modũ. ⁊
lꝫ infirmus in fe. longa aliquãdo appetat arica cũ alleis
⁊ vinũ quãtũ põt potare accipiens ea euadit. hoc est per
accidens: qꝛ tunc nã onerata opꝫ ꝙ vincat vel ꝙ vincat̃
statim. ergo in isto nõ confidit̃:quia dicit Auic. de regimi
ne eius qꝺ comedit̃ ⁊ bibit̃. Caueãt illi ꝗ se male regũt. ⁊
si in presenti non sentiunt:in futurũ bene percipient.

¶ Quarta res nõ naturalis est repletio vl̃ inanitio. Unde
sciendũ ꝙ nullus sanus vel eger debet replere se vsq; ad
sũmũ:qꝛ dicit Arꝭ. in epistola ad Alexandrũ. dum adhuc
appetitus durat:manũ retrahe. ⁊ Auic. c. eius qꝺ comedi
tur ⁊ bibitur. Non comedes tm̃ quin adhuc sint reliquie
desiderij vel appetitus. ¶ Silr̃ de potu dicit Auer. ꝑma
parti. canticoꝝ Auic. ꝙ si potet̃ frequenter est sicut si fun
datur aq̃ frigida super ollam bullientem. qꝛ statim cessat
ebullitio cibi ⁊ eius decoctio cessaret. nec debẽt febricitã
tes fructus comedere nisi tales qui nõ sunt facilis cõuer
sionis in malũ: sicut pruna damascena malagranata cas
siafi. tamarindi berberi si pati. habeat ventrẽ mollem:qꝛ
ista sunt plus medicinalia q̃ cibalia: sed poma cõia ⁊ pi
ra ⁊ cerasa ⁊ fungi nuces ⁊ castanee nespile sũt nociua. qꝛ
Auic. ponit. ca. de feb. putrida in generali:oẽs fructus no
cent febricitantibꝰ cũ ebullitione sua ⁊ corruptiõe in sto
maco. ⁊ loquit̃ de fructibus plus cibalibꝰ q̃ medicinali
bus. ⁊ posito ꝙ obediant ꝑme digestioni:tñ resistũt secun
de ⁊ tertie ꝓpter eoꝝ aquositatem:sicut dicit Isido. ꝑma
parti. affo. Dama. cõmento. 33. ¶ Silr̃ nõ debꝫ nimis in
anire diẽ paroxismi:qꝛ tunc fe. inanit. nec debet comede
re stante virtute. ⁊ alijs diebꝰ debent abstinere plusq̃ in
sanitate:qꝛ virtus debilior nõ posset tantũ sustinere ⁊ di
gerere quantũ in sanitate:qꝛ vix supest hora quin vincat
aut vincat̃. dicit̃ ꝑmo affo. cõmento. 8. ¶ Nõ ergo occu
pet̃ in ciborũ digestionibꝰ. abstinẽtia ergo fiat ⁊ inanitio.
Silr̃ cum medicinis opꝫ mãm euacuare:⁊ ita erit nec̃ia
inanitio. qꝛ quecũq; egritudines ex repl̃one fiunt. eũo vel
ĩanitio sanat. 2ª ꝑti. affo. vñ feb. ɔsumit aliqd de iuuatiuo:
sꝫ meª nociuũ. s. mãꝫ ⁊ accñs febris seu ɔiũctã mãm.

¶ Quinta res nõ nãlis est circa accidẽtia anime sicut gau
dium ⁊ letitia ⁊ tristitia:sint in letitia cõtinua:nisi febrici
tarent ex letitia:sicut in effiª aliqñ fit:tñ in omni fe. docu
mẽtũ Damas. fiat in 2ª parti. affo. suoꝝ. vbi dicit sic. Cir
ca infirmũ cõstitutus sui sani qualitatẽ ⁊ affectionẽ ɔue
nit vt cognoscas:⁊ que ꝑ ceteris istũ noueris illũ amasse
q̃ꝫtũ ad aĩam sicut de musicis instrumẽtis: tunc aũt cõcu
pisse q̃ꝫtum ad corpus:sicut de cibarijs vel vestibꝰ vel ali
quibus vel pecunia vel lucro:tunc ad memoriã reuocan
do laudare:⁊ si licitũ sit ante oculos p̃sentare:sicut facies
pulchras videre:aut se mox facile habiturũ cõstãter pro
mittere:⁊ sic in eoꝝ spe illum animare ne desinas: ⁊ ideo
nõ debet esse sollicitus circa mũdana: nec cogitare aliqd
nisi de sua sanitate a deo ⁊ medico accipiẽdo: qꝛ sanat so
lus langores deꝰ:⁊ sanat oẽs infirmitates tuas:⁊ redimet
de interitu vitam tuam. vnde in dño sperãs nõ infirma
bitur. dicit psalmista. Medicus tñ minister est dei ⁊ natu
re:⁊ non medicus sermonis:qui clamat scientiã suã ⁊ pre
cõizat per forũ ⁊ nundinas. de quo scribit Gal. 3º. ꝓnosti.
sed medicus ẜm rem qui scit modũ ⁊ qualitatẽ operandi
qui studuit in libris suis per tẽpora longa:qꝛ ars lõga est.
dicit Hyp. ⁊ qui vidit ⁊ operatus est:qꝛ in tali est cõfiden
tia. ⁊ iste plures sanat in quo plures confidũt. ꝑmo ꝓnost.
⁊ Auicẽ. 6º naturalium. Confidentia quã hꝫ infirmus de
medico plus facit q̃ medicus cũ omnibus instrumentis
suis:nec dꝫ ĩfirmus irasci: lꝫ nullus de ira moriatur. dicit
Gal. 5º de morbo. qꝛ tñ facit ebullitionẽ sanguinis circa
cor:ideo nocet:cũ feb. quelibet sit morbꝰ cordis: vt habe
tur in differentijs febr. nec debet nimis expectare pran
dium suum:sed statim cum petit habeat. ⁊ sit minister do
ctus in preparando. ⁊ ideo sit semper paratus ⁊ ꝓpinquꝰ
ne ex mora angustietur:nisi petat tempore ĩdebito: ⁊ hoc
si virtus sit fortis. quia si deficiat:omne tempus erit com
petens ⁊ conueniens cibum dare:sicut dictũ est prius.

¶ Sexta res non naturalis est sõnus ⁊ vigilia. ¶ Ex qui
bus notandum est ꝙ somnus in ꝑncipio paroxismi ⁊ mo
dicum ante est malus:sicut innuit̃. cõmẽto 3º. lꝫ aliquãdo

infantibus fit crisis per somnū. vt dicitᷣ 3°. pꝛonosticoꝝ. cōmento pᵐo. ⁊ vigilie post paroxismū pꝛohibent ne digeratur egritudo. dicit Gal. 2°. regiminis acutoꝝ. cōmento 43°. qꝛ somnus factus in hoꝛa sua iuuat digestionem: ⁊ talem vigiliam longam faciunt ista duo: pꝛohibi°. cibi in colerica: ⁊ acceptio eius in quartana hoꝛa sua. vt patet. 2. affo. cibus est virtus sanis ⁊ moꝛbus infirmis.

¶ De febꝛe quottidiana. Capl'm. II.



Quottidiana febꝛis dicitᷣ que quotti die affligit. quasi ꝑ diē totam tenens dicitᷣ per ethimologiam nominis: non tn̄ qꝛ quottidie veniat dicitur quottidiana: qꝛ due tertiane hn̄t paroxismū omni die: ⁊ tamē nō sunt quottidiana: qꝛ paroxismus earū est bꝛeuioꝛ tenēs ad plus. 12. hoꝛ. sed quottidiane paroxism⁹ durat per. 18. hoꝛ. ⁊ est quies nisi sex hoꝛ. ⁊ ista ē falsa ges si sit quottidiana nota de flegmate salso ⁊ acetoso vel dulci vel vitreo: tn̄ bꝛeuioꝛ q̄ꝫ quottidiana vᵃ: que est de flegmate aquoso nō puro: qꝛ quāto minus pura tāto bꝛeuioꝛ. ¶ Diffinitio ergo ei⁹ est ꝙ quottidiana est fe. cōtinue affligens de flegmate putrefacto generata. ¶ Et ꝑ vltimū bene distinguitᷣ a duplici tertiana que cōtinue venit: sed ē de colera putrefacta: ⁊ triplici q̄rtana que cōtinue venit: sed est de melia que putrefit in tribus locis diuersis: ⁊ diuersa hoꝛa affligit: qꝛ aliqn̄ sūt due tertiane vel q̄rtane simul de materia in diuersa minera q̄ simul affligūt.

Causa huius fe. est omne illud qᵭ generat humoꝛes flegmaticos in quātitate nimia sicut cib⁹ ⁊ potus flegmatici: sicut pisces fruct⁹ herbe frigide lacticinia repletio nauseatiua inoꝛdinata comestio crudi suꝑ digestum: quātitas cibi nimia: qꝛ talis suffocat caloꝛē nālē: sicut sub lignis viridibus multis extinguitᷣ vel suffocatur ignis: vt dicit Gal. 2° de moꝛ° ⁊ idem accidenti. ⁊. i. affo. cōmen. 14. Qui crescunt ⁊c̄. ¶ Et cib⁹ nō bene coctus: totaliter crudus vt ostrea cruda ⁊ pinguia multū viscosa: pisces putridi vt alec fetidū ⁊ pisces fetidi: qꝛ tales cito putrescunt: ceruisia noua cisera: somnus longus ⁊ frequens: otium ⁊ quies nimia. ⁊ ꝙ plus iuuat ad generationē haꝝ fe. flegmaticaꝝ est opilatio. dicit Auer. 3° colliget. que fit ꝓpter grossitiē talis humoꝛis flātici: aut viscositatē ei⁹: qꝛ opilat grossum viscosum deniqꝫ multū. ⁊ ista tria sunt causa longitudinis moꝛbi: sicut dicit Gal. 4ᵃ par. affo. cōmento. 44. ⁊ ibidem ponit frigiditatē materie vnā de causis longitudinis moꝛbi: qꝛ omnis moꝛbus fri. dure digeritᷣ. diuturni moꝛbi semꝑ sunt frigidi. 2° affo. cōmē. 39°. illius: senes iuuenib⁹. Et ponit rōnē Haly. 2° tegni. in cōmento illius. Que vero ex stercoꝛe duro quidē flegma viscosum ledit per duas res. per suū frigus. ⁊ per hoc ꝙ ratione viscositatis ⁊ grossitiei opilat. ¶ Simil'r potare frequenter ⁊ multū in pꝛandio inter pꝛādiū ⁊ cenā: ⁊ tarde potare. statim post cibū doꝛmire. ⁊ statim super cibū equitare. ambulare foꝛti motu vel coire sunt cā cruditatis humoꝝ: qꝛ flegma est sanguis semicoctus vel indigest⁹. dic̄ Auic. c. de q̄litate generatiōis humoꝝ. ⁊ Auer. 2° colliget ista oīa trahunt cibū anteq̄ꝫ sit digestus in stomaco extra stomacū. ⁊ erroꝛ in pᵐa digestiōe nō coꝛrigitᷣ in 2ᵃ nisi sit minoꝛ. Et cōtingit plus flegmaticis mulierib⁹ ⁊ senibus ⁊ pueris ꝓpter eoꝝ gulositatē: qꝛ nō intendunt nisi comedere. 3°. pꝛno. cōmēto. 36. cōmēto illius. Spasm⁹ contingit pueris: ⁊ sil'r piscatoꝛibus: ⁊ acetosas eructuatiōes habentibus gulosis potatoꝛib⁹ tp̄e hyemali ⁊ similib⁹: reumaticis ⁊ cibaria male masticantib⁹: ⁊ fruct⁹ multos post pꝛādium ⁊ cenā ieiuno stomaco comedentib⁹: ⁊ diu in pꝛandio sedentibus. qꝛ dicit Auic. c. eius qᵭ comeditᷣ ⁊ bibitᷣ. Nihil deterius est q̄ꝫ cibaria multiplicare ⁊ in eis temp⁹ ꝓlongare. Cibaria ergo opilatiua hoc faciunt sicut riza pisa fabe frumentū caro poꝛcina salsamētū. i. soys. Et dicit Auic. in 2° ꝙ vniuersaliter ħ putrefactio flegmatis fit per viam extinctiōis caloꝛis intrinseci sicut extinguitᷣ ignis a lignis viridib⁹: ⁊ cum extinguitᷣ intrinsecus augetᷣ extrinsecus in mā extranea ꝓpter defectū regiminis nature: qꝛ suum instrumētū cū quo regit. s. caloꝛ nālis deficit ⁊ destruitᷣ. ¶ Ista aūt fe. aut ē flegma putrefactū in vno mēbꝛo aut in toto coꝛpoꝛe. ¶ Si in toto coꝛpoꝛe: aut iter venas: ⁊ tunc facit amphimerinā effiᵃᵐ ⁊ quottidianā continuam: qᵭ idē est. ¶ Si extra venas magnas ⁊ in mēbꝛis carnosis vel tertie digestiōis: tūc facit quottidianā interpolatā. ¶ Item diuiditᷣ fm̄ humoꝛes. qꝛ quedā est de flegmate nāli: qᵭ est aliquādo isipidū. ⁊ ista est quottidiana vera. ¶ Quedā est de flegmate nō nāli: ⁊ illud diuiditur. qꝛ qᵭdā est dulce vel ꝓpter sanguinis admixtionē. ⁊ ista est ꝓpinquioꝛ vere quottidiane: tn̄ est bꝛeuioꝛ: ⁊ cum minoꝛi fe. in pn̄cipio paroxismi. ¶ Quedā est de flegmate salso. ⁊ si istud putrefiat in venis ꝓpiquis coꝛdi facit causonem: ⁊ si in remotis quottidianā non verā: ⁊ est cū pꝛuritu ⁊ siti magna. ¶ Et quedā ē de flegmate acetoso vbi est pars melīe. ⁊ est nota lōga valde. ⁊ cū appetitu canino ⁊ oꝛis acetositate: sicut in alia est oꝛis salsedo: ⁊ in alia dulcedo: ⁊ in pᵐa insipiditas cum saliua ⁊ sputo. ¶ Et est q̄dam de flegmate vitreo grosso sicut vitrū liquefactū qᵭ est paruū: ⁊ ideo apparens subtilis: ⁊ est ibi doloꝛ colicus frequenter cōicans: sicut narrat Gal. 2° de interioꝛib⁹. de seipso patiēte colicā ab isto humoꝛe: nec venit quottidie: qꝛ aliquādo de 4° in 4ᵐ. aliquādo tardi⁹ ꝓpter grossitiē repugnantē putredini: sicut dicit Auic. c. de lipparia. nec ꝓpter hoc est quartana: sed flātica aut amphimerina ab amphi qᵭ est dubiū vel amphi ⁊ merō terminatio: qꝛ dubie terminatōis. i. periculose fe. qꝛ est moꝛb⁹ periculosus. ¶ Et diuiditᷣ. nam quedā est simplex que de vno humoꝛe per dominiū. ⁊ si sint multi: sūt tn̄ in vno loco ꝯmixti. ¶ Quedā est cōposita que de multis hūoꝛib⁹ in diuersis locis sicut emitriteus vbi est medietas tertiana: qꝛ colera est intra ⁊ flegma extra: vel vtrūqꝫ in diuersis locis ⁊ venis. ⁊ ideo dicit Auic. differt a tertiana nota: qꝛ in emitriteis sunt humoꝛes diuersi nō cōmixti: sed in tertiana nota sunt hu. cōmixti fm̄ vnā foꝛmā. ⁊ de istis eisdē tangit Auer. 3°. colliget. c. de causis egritudinis calide ⁊ humide nālium. ⁊ ibi dicit plane ꝙ oēs emitritei sunt de colera ⁊ flegmate. ideo isti duo versus sūt boni. Et paru⁹ emitriteus in venis flegma recōdit. Exterius colera medius conuertitᷣ illi. Sed iste falsus ⁊ pessimus humoꝛ inest maioꝛi: fel coquit extra. qꝛ iste pessimus nō est melīa. Sꝫ sic versus dꝫ intelligi de flāte vitreo vel gipseo qᵭ est pessimū flegma. ¶ Itē diuiditᷣ a parte humoꝝ. quedā. n. est hyemalis: quedā vernalis: ⁊ quedā estiualis: tunc ⁊ cōis: qꝛ quedā diurna: quedā nocturna. dicit Auicē. in 4°. fen pᵃ. ¶ Sed diurna est cui⁹ paroxismi accidūt in die: ⁊ ei⁹ tepoꝛ in nocte. in nocturna eꝫ. diurna peioꝛ ē. aliter. n. nō accideret in hoꝛa apertiōis poꝛoꝝ ⁊ resolutiōis vapoꝝ. ⁊ nō cōtingit nisi ꝓpter multitudinē materie. ⁊ cū hoc opꝫ ꝙ cibetᷣ in nocte ⁊ nō doꝛmiat suꝑ repletionē stomaci: ⁊ sic dꝫ vigilare die ac nocte: iō cito consumetᷣ. ¶ Et qꝛ ista diuisio est ꝓpꝛia fe. flātice: qꝛ de nā flātis ē moueri ab hoꝛa tertia noctꝭ vsqꝫ ad nonā ei⁹: ⁊ nihil hꝫ de die sicut hn̄t alij hūoꝛes: iō dies est cū maioꝛi discōueniētia particularium. cū tn̄ dicat Auic. 4°. can̄. fen 2ᵃ. trac. 4°. in fine. ꝙ vehemētioꝛes fiunt motus egritudinū ⁊ accn̄tia eaꝝ in nocte ꝑꝑ vehemētiā occupatiōis nāe: ⁊ in digerēdo mām: iō tunc cessat ab oī re. Et pᵐū q̄st in pn̄°. illius esse pᵐi ponit ibidē: ꝙ accn̄tia ⁊ egritudies sunt foꝛtioꝛes nocte. ⁊ ēt in

2ᵒ.affo.quibuſcūq crisis fit.his nox difficilis ante acumē Et dicit ibidē cōmēto.12.nocte plus apparet angustia: qꝛ consuetudo hūana est vt in nocte dormiat.⁊ iō in quietis hora facilius apparent pericula.⁊ per hoc pōt dici ꝙ accidentia sunt in die fortiora:sed nō ita apparent:sicut qn̄ sōnum afferunt.⁊ qꝛ medicus est artifex sensibil' indicat noctem peiorē.Et iō Auic.bn̄ ponit ꝙ motus egritudinum sunt difficiliores.s.qn̄ mouenꝉ de nocte.⁊ dꝫ crisis cito fequi:al'r nō opꝫ:qꝛ pōt esse eꝯ. ¶ Sil'r discōueniētia particulariū est nālis ⁊ formal'.In fe.flātica diurna ē discōueniētia nālis ⁊ nō formalis.eꝯ est de nocturna. ad lōgitudinē morbi plus facit discōueniētia nālis q̄ formalis.

Signa sumunꝉ a re nāli ⁊ cōtra nām. qꝛ vtplurimuꝫ frigidas ⁊ humidas cōplexiōes hn̄tib⁹:etateꝫ decrepitā aut pueritiā:pp flegma senib⁹ nāliter dn̄ans in cōpl'one radicali:sicut pueris accidit pp gulositatē ⁊ cibi inordinationē.⁊ iō gulosis aquā frigidam bibētib⁹ ⁊ pinguia ⁊ frigida comedētib⁹:⁊ glaucis ⁊ albis:⁊ pinguib⁹ humidis nō pilosis:⁊ angustos poros habētib⁹:ociosis:⁊ etiā mulieribus:qꝛ 2ᵒ de cōplexionib⁹ mulieres sunt custoditiue domus. ¶ De re aūt nō nāli:ita intelligiꝉ:qꝛ vtplurimuꝫ venit in hyeme aut tp̄e pluuioso frigido ⁊ hūido:qꝛ tale multiplicat flegma.vt dicitꝉ 3ᵒ affo.⁊ in aere nebuloso cōtingit frequēter balneantib⁹ se post prandiuꝫ in aq̄ frigida vel in regiōe frigida ⁊ hūida hn̄tib⁹ artificiū frigidū ⁊ humiduꝫ sicut piscatoribus ⁊ fullonib⁹ ⁊ lotricib⁹ ⁊c̄.

¶ De re cōtra nām intelligiꝉ:qꝛ in p̄ncipio paroxismi venit tipus frigiditatis: qꝛ est quasi glacies ⁊ permāet quasi vna hora ꝓpter partē flātis q̄ nō putruit:sed cuꝫ putrefactū est cōplete totū corpus calefit calore leui graui ⁊ lēto. q̄re tales vocanꝉ fe.lente:qꝛ sunt tardi mot⁹:⁊ tn̄ timorose pp cōtinuitatē afflictionis ⁊ paucitatis tarde quietis:⁊ duritieꝫ digestiōis māe flegmatice:⁊ iō est calor lent⁹ pp humiditatē flegmatis obtūdentē calorē.Et Auer.4ᵒ colliget.de signis h⁹ feb.dicit ꝙ calor eius est q̄si tēperat⁹ respectu.s.aliarū.Et causa cōtinuandi paroxismos est: qꝛ calor sepultus ꝓpter longā moram paroxismi est ꝑpara⁹ ad aliū paroxismū anteq̄ paroxism⁹ finiaꝉ: qꝛ corpus nō cōplete mundificatur in fine paroxismi:sicut in tertiana pp māe adherentiā ⁊ viscositateꝫ. ⁊ iō est ibi modicus sudor vel nullus:nisi versus crisim post digōnē māe. ⁊ hoc dico in quottidiana vera:qꝛ in nota est aliqn̄ sudor mult⁹. Habent ēt signa ꝓpria.s.doloreꝫ stomaci. ⁊ iō si eueniat vōitus:⁊ iste flāticus facies etiam tumida palpebre inflate ⁊ mutaꝉ color faciei in plūbeū aut liuidū:os insipidū ⁊ humidū:nō sitit nisi aliquādo versus statū nisi esset de flāte salso vel acetoso pp calorē accn̄talē putrefactū. ¶ Et sic in quottidiana vera sicut cōtingit aliqn̄ comedentib⁹ pisces si calorē in stomaco inueniūt:qꝛ sunt cōuertibiles:sꝫ in vltimitate h⁹ fe. color mutaꝉ in citrinū:sed cessante ea color redit in albū humidū vel plūbeū.Et hꝫ casum appetitus ⁊ eructuatiōes acetosas.aliqn̄ venit sincopis pp debilitatē oris stōaci. ¶ Sil'r calor eius ad tactū est inequalis pp humiditatē flegmaticā viscosaꝫ diffusaꝫ in vna p̄te ⁊ nō in alia. ⁊ iō est caliditas q̄si esset colata per medium cribri.neq̄ est ibi caliditas inflāmās neq̄ aera incitans: nec pōt fieri anhelitus magnificās.⁊ apparet aliqn̄ statuꝫ caliditatis in augmēto ⁊ declinatiōe pp māe inobedientiaꝫ. ¶ Itē aliqn̄ est rigor in p̄ncipio paroxismoruꝫ:sꝫ debilis pp partē que putruit.Et dicit Auic. mai⁹ frig⁹ ⁊ ipi⁹ frigora sunt in periodo stat⁹:qđ tn̄ vꝛ falsuꝫ: qꝛ tūc est mā magis digesta ⁊ calidior ⁊ calor feb.tūc fortior. iō dico ꝙ maius est frigus extēsiue:lꝫ nō intēsiue:qꝛ tūc mā est subtilis plusq̄ in p̄ncipio.iō ⁊ citius ⁊ plus per corp⁹ diuidiꝉ. iō plus extēsiue infrigidat. qꝛ est calida remisse illa pars que expelliꝉ.sed in p̄ncipio mā est frigidior sed nō tm̄ extendiꝉ.⁊ ideo aliqn̄ in p̄mis periodis nō app̄et frigus nisi circa stomacū.vt dicit Auic.sed in flāte vitreo est frig⁹ maius quasi iuxta:⁊ in acetoso est mai⁹ post vitreū. ⁊ iō cum incipit calefieri reddit frigus vehemēti⁹ pp habilitatem ad frigus. ¶ Pulsus ei⁹ est latus pp humiditateꝫ ⁊ māe abundantiā.tardus ⁊ debilis pp caloris nālis debilitatē ⁊ paruitatē.diuersus qꝛ aliqn̄ nā dn̄aꝉ māe: ⁊ tunc est fortis.aliqn̄ ecōtra:⁊ tunc est debilis:⁊ tūc est rarior ⁊ minor q̄ pulsus tertiane ⁊ q̄rtane in quolibet q̄tuor tēporū feb. dicit Auerr.in 4ᵒ.tn̄ frequentior ⁊ minor pulsu q̄rtane ⁊ tertiane ſm Auicē.⁊ ideo est rarior in p̄mis:frequētior in fine:⁊ est tardior pulsu q̄rtane. ¶ Urina in p̄ncipio est alba subtilis pp multitudinē opilationum ⁊ frigoꝝ.Deinde fit rubea pp putrefactionē:ꝯturbata pp malitiā digōnis. ⁊ iterato fit alba per aliā opilationē:⁊ facta deopilatione fit iterum ruᵃ.et hoc si sit flegma salsum vel dulce nisi sit flegma purū:⁊ est obscura:⁊ aliqn̄ spissa pp humiditatem māe. ¶ Itē vrina subcitrina aut citrina:subruffa aut ruffa cū suba mediocriter tenui vl' mediocriter spissa sign̄at flegma salsum acetosuꝫ:dulce colerā vitellinaꝫ:suppositꝭ istis p̄ncipijs ꝙ actiue q̄litates dant colorē: passiueq̄ substantiā.Et si sit obrūbata ⁊ liuēs fe.est.si non:nō: nisi erraret ꝓtunc vel mā alibi reperireꝉ. ¶ Urina q̄ alba ⁊ spissa aliq̄liter superius obrūbata sign̄at citrinā quottidianā de flāte nāli in p̄ncipio esse.aliqn̄ tn̄ fit tūc subtilis pp opilationē:sed minus q̄ in quartana.sed vrina lactea ⁊ caropos vel glauca pallida vel subpallida cū suba mediocriter tenui flegma acetosuꝫ sign̄at sine fe. ¶ Si aūt venerit ad subtilitateꝫ feb.sign̄at remissionē rōne frigiditatꝭ. ⁊ qꝛ mel'ia est admixta nō posset ad tantā spissitudinē deuenire q̄tam flegma faceret. ⁊ iō rōne siccitatis redditur mediocriter spissa. ⁊ si aquosa fuerit multa erit mediocriter spissa:si parua mediocriter spissa. ⁊ si sit fe.colorabitur plus:⁊ iō est subcitrina. ¶ Eius accn̄tia sunt dolor partiꝫ sinistre capitis pp malitiā occipitij ⁊ splenis plusq̄ ī alijs. ⁊ eructuatio acetosa:torsio vētris ventositas plurima pp frigiditatē ⁊ siccitatē. ⁊ hꝫ iste ventrē cōstipatū. in stomaco grauitatē. ¶ Si sit fe.incipit cū horripilatiōe ⁊ frigore rancore mel'ie. ⁊ est ibi calor lentus rōne flātis. ¶ Itē vrina glauca vel pallida cū suba tenui ⁊ residentia globosa turbosa flegma vitreū sine fe.sign̄at. ⁊ si est perturbata vel obūbrata vel liuēs fe.sign̄at flāticā. qꝛ aliqn̄ facit q̄rtanam pp tarditatē putrefactionis:aliqn̄ sextanaꝫ. aliqn̄ vna pars putrescit ⁊ altera remanet in sua frigiditate magis.iō frigescunt exteriora ⁊ interiora calēt sicut stomac⁹: vel econtra. ⁊ sic lipparia vel empiala opilat:de quo hꝛ.2. ꝓno.cōmē.4. ⁊ affo.4.cōmē.4. ⁊ signa doloris capitꝭ torsio in intestinis ⁊ tenasmō ⁊ colica. ¶ Itē vrina subcitrina aut citrina ruffa aut subruffa cū suba vergēte ad spissitudinē flegma salsum sign̄at ⁊ est liuens obūbrata qn̄ est in fe.Et sūt accn̄tia iᵃ q̄ dicta sunt ꝑus.c.de signis tertiane ⁊ causonis sicut salsedo oris prurit⁹ toto corpore ⁊ ē ibi aliqual'r rigor vel horripilatio ⁊ nō fit ibi vehemēs frig⁹.sitit plus alijs ⁊ hꝫ puncturā in stō. ⁊ vētrē laxū. ¶ Iteꝫ in colore ruffa cuꝫ suba spissa flegma dulce sign̄at. ⁊ si ē sine fe.magis remisse. ⁊ si feb.est liuens obūbrata.Cui⁹ accn̄a sunt sudor fetidus putridus vehemēter:dolor capitis affligere icipit plus de nocte.est.n.ibi putrefactio vehemēs pp hūiditatē sanguinis:⁊ pp hūiditatē flātis: ⁊ pp calorē sanguis.qꝛ hūiditas ē mater putrefactiōis ⁊ calor pater. 2ᵒ affo.cōmē.12. ⁊ 2ᵃ part.affo.Dam.cōmē.74. ⁊ est fetor egōnis vrine. Nec est egō flātica subtilis ⁊ lenis sicut est quottidiane de flāte nāli:sed ē spissior ⁊ plus ticta. ¶ Itē vrina subruffa aut ruffa spissa mediocriter minoreꝫ emi

triteũ signat. ⁊ si vgit ad maiorē spissitudinē ruborē ⁊ liuorē me^m emitriteũ signat. sʒ si mō sit intēsa mō remissa mō tenuis maiorē emitriteũ signat. Hec de signis sufficiāt in gnāli ꝑ diuersis spēb⁹ de qb⁹ multi aly morbi fiūt.

**Pronostica.** Pronosticare possum⁹ ꝙ q̄tuor tēpoꝝ tps sui pn^m ſm plurimū est. 18. dieꝝ. ⁊ eius eradicatio ſm plurimū est iter. 44. dies. ⁊ q̄to est minus pura tāto est minoris ⁊ breuioris paroxismi nisi declinet cū paruitate sue puritatis ad melācoliā. sicut flegma acetosū cōponit̄ de flāte salso subtili aq̊so: ⁊ melīa ⁊ flegma vitreū nō facit ꝓprie quottidianā: ⁊ cū hoc rōne grossiciei est hñs ꝯditiones melīe. Et quotti^a īseparabilis .i. ꝯtinua est silis ethice: nisi in hoc ꝙ ī ethica pulsus est lenis: q̄uis qñq̧ sit dur⁹ ꝓpter grossitiē flātis ⁊ lōgitudineʒ dñy fe. Itē ista quottidiana: nō de facili eradicat̄: ⁊ ē timorosa ꝓpter grossitiē ⁊ viscositatē ⁊ frigiditatē mãe: ⁊ est raro īterpolata nisi apparēter: sicut colerica est raro ꝯtinua. ⁊ saluioꝛ eaꝝ est q̄ mūdoꝝ corpoꝝ: ⁊ illa q̄ est multi sudoris. signat̄. n. subtilitas mãei: ⁊ paucitas ⁊ raritas corporis ⁊ poroꝝ apertio: ⁊ per ꝯñs lōgioꝛ declinatione est augmentū: q̄uis eius declinatio sit lōgioꝛ declinatiōe tertiane vtplīn. ideo libenter īcidūt isti in subet. i. somnū ꝓfundū ⁊ stuporē quēdā ꝓpter flegma abūdans. Et est stupoꝛ cū nec loquat̄ nec faciat aliqd: sed oculis aptis sicut timēs tacuerit ſm Gal. 7^a particula affo. cōmē. 14°.

euforbio ⁊ bdellio bullitis in oleo laurino fieri vnguētuȝ
⁊ emplastrum optimum ad eas radicitus euellendas. di
cit Gilbertus. Eodeȝ modo gummi hedere vel folia ei⁹.
¶ Item anacardi ⁊ mel eorum aufert verucas glandu-
las ⁊ scroffulas. Dicit Auicen. ¶ Item stercus caprinum
cum aceto suppositum ⁊ fricatio cum aceto in die frequē
ter diuellit eas: ⁊ est cura leuis. dicit Danquinus: sed cura
communis. dicit ibidem est nigella cum vrina. ¶ Item
si sint glandulose ⁊ nodose: tunc cinis limaciaruȝ cuȝ adi-
pe antiqua non salita est propria nec est ei par. ⁊ istud va-
let in glandulis alys. ¶ Sed cura regalis. dicit Joannes
de sancto Amando in practica sua: est cum ficubus p̄mo
apparentibus in arbore tritis cum aceto. ¶ Item exper
tum est ꝙ si lauentur cum aqua cum qua lauatur mortu-
us: ⁊ tunc commune est ꝙ circumligentur cuȝ setra equi-
na vel cum pilo caude equi vel cum pilo de sirico fortiter
iuxta radicem suā quousq; per se cadant. ¶ Dicit Isaac
scđo viatici vel Constantinus ꝙ si cuȝ cicere tangatur ve
ruca ita ꝙ tot sint cicera quot sunt veruce: ⁊ tunc ponan-
tur in panno ⁊ post terguȝ suū proyciat: omnes recedent.
fiat hoc in kalēdis mensis. Ut nunq̄ȝ reuertanť vrantur
cū cauterio in igne calefacto bn̄: sȝ pue curanť cuȝ fisticis

⁊ amigdalis amaris vel lupinis. ¶ De lupina ⁊ acrocor/
dinibus sciendum ꝙ abscisio bona est: ⁊ tunc cū calce cau
teriçetur locus: vel cum cauterio aureo ne sanguis exeat
nimis: vel terantur allia cuz sale ⁊ ibi superponantur ⁊ re/
nouentur inter diem ⁊ noctem ter: ⁊ cōtinuetur per nouē
dies: ⁊ cū lamina plumbi fortiter exprimatur. Tunc post
incisionem si vis ꝙ sanguis non fluat puluerem rane cō/
misce: vel puluerem buffonis superpone: ⁊ statiz cessabit.
vel telam aranee vel albumen oui cuz pilis leporis: ⁊ ista
sufficiant pro hac cura.

**Carbo** ⁊ ignis persicus hec duo nomina fortasse ab/
soluta sunt super omnez pustulam corrosiuā
vesicantem ⁊ vrentem ⁊ facientem accidere escaram.i.ci
catricem callosaz: qualem facit accidere combustio ⁊ cau
terium. Et quādoqꝫ absoluitur nomē ignis persici de isto
sup quod est pustula: ⁊ de genere formice terrestris adu/
rens vesicās in qua est aliquid ambulās: ⁊ est colirice ma
terie pauce nigredinis pauce putredinis: ⁊ est cum pustu/
lis plurimis alteratis ꝙ fit illic tumor ⁊ fetor plurime e/
bullitionis ⁊ eleuationis. Sed nomen prune.i.carbonis
igniti dicitur absolute super illud: vel de illo qđ denigrat
⁊ locum inficit: sicut carbo primo ignitur deinde denigra
tur: ⁊ facit membrum habere colorem carbonis absqꝫ hu
miditate: ⁊ est plurime nigredinis submerse: ⁊ eminentia
eius est parue quantitatis lupinaris.i.ad modum lupini:
⁊ fortasse non erit illic pustula cum incipit primo pruna. ⁊
totum illud incipit cum pruritu sicut scabies. Sed ignis
persicus de eis ambobus est ⁊ velocius apparens: ⁊ velo
cioris motus: ⁊ pruna est tardior ⁊ profundior: ⁊ est q̄ꝫ fit
ignis persicus vehementius colericus ⁊ pruna vehemen
tius melancolica. hec Auicē. Sed Auer. in 7°. colliget. di/
cit ꝙ carbunculus fit plurimuz in aere pestilentiali. ideo
ebullit sanguis ibi ⁊ putrefit. ⁊ ideo sequuntur fe. male cō
posite ex diuersis humoribus. ¶ Formica est omne apo/
stema in cute ambulatiuū quod latitudinem non habet:
⁊ aliquādo sunt pustule multe que ambulant ⁊ vlcerant.
⁊ est radicis late: ⁊ color est ad citrinitatez decliuis: cuius
causa est colera ignita. Sed antrax est apostema paruuz
venenosum in quo colera nigra dn̄atur adusta aliqualr:
sed non tantuz sicut in carbunculo. Circa quod sunt colo/
res multi: quidam citrinus: quidam rubeus: quidam liui
dus: quidam niger ad modum circuli ꝑpter coleram adu
stam ⁊ sanguinem adustum transmutatum in coleram ni
gram ⁊ nām veneni: ⁊ ideo vlcerat: ⁊ propter hoc vocatur
antrax.i.faciens antrū.i.foueā. ⁊ vocat anglice felon.

**Cura** istoꝝ est fere consimilis: flobotomando farma
cando: quia oportet vtrunqꝫ facere propter cō/
positionem materie: ⁊ ideo pillule cochie confortate cuz
sticados ⁊ mastice ⁊ acuite cuz colloquintida ⁊ scamonea
cocta ⁊ preparata: vel cuz agarico optima sunt hic: q2 pur/
gant omnes humores: quia hic omnes peccant. ¶ Et est
notandum ꝙ non debet aperiri ante materie vniuersalē
euacuationem: quia hic iterficeret ratione doloris ex ma
teria venenosa: que non habens exituz conuenientē pro/
pter abundantiam materie ad cor redundat ⁊ interficit:
vt vidi propter apertionem cuz acu in tali pustula nigra.
¶ Itez caue infrigidantia omnia stiptica fortia ne mate/
ria repercutiatur: aut ne materia ingrosset nimis. ¶ Si/
militer etiaz caue ne materia calida inflammetur: sed ap/
pone exiccatiua sine mordicatione infrigidantia parū cū
pauca resolutione: sicut arnoglosa farina ordei galle len/
tes panis furfureus alumen cuz aceto. ¶ Item infundā/
tur granata acetosa cocta cum aceto quousqꝫ mollescant
extendantur super pannum: ⁊ circa locum pone: est enim
forte in principio ⁊ in statu. ¶ Itez prunella nigra parua
acetosa siluestria in cāpis cocta in aceto vini vel mali gra
nati ablatis lapidibus optima sūt: ⁊ ponātur loco acatie:
que est succus prunelloꝝ non maturoꝝ. ¶ Itē sunt vs̄us.

Lens arnoglosa caulis prunella ⁊ panis opir⁹.i.furfure⁹:
Exiccant prunas possuntqꝫ resoluere virus.
Tamen ne male intelligatur de lente est versus.
Lens lendis capiti: lens lentis conuenit ori.

¶ Item quia antrax facit antruz quia est pustula nigra:
cuius sūmitas apparet trahi in profundum: ⁊ membrum
est ponderosuz propter malitiam colere ⁊ sanguinis que
sunt materia eius: ideo oportet cum cautela operari. Fiat
ergo flobotomia ex eadem parte vbi est materia veneno
sa. deinde ponatur ꝯsolida minor trita inter duos lateres
vel lapides super locum. deinde vitellum oui crudum cū
sale cocto mixtū superponatur: quia rumpit infra tres di/
es ad minus. deinde mundificetur locus cum succo apy
⁊ melle rof. deinde ponatur puluis ⁊ farina ordei vel sili/
ginis vel cum succo apy ⁊ melle rof. deinde ponatur pul/
uis regeneratiuus carnis de olibano mastice sanguīe dra/
conis rof. ⁊c̄. Et si sit dolor magn⁹ radix lily coquatur in
aqua: ⁊ tunc extrahatur: vel panis açimus mixtus cum la
cte dulci calido sedat dolorem. In formica valet citoniū
viride sine pari.

**Testiculi** aliquando apostemantur ⁊ indurātur ali
quando in eorum bursa vel osseo: qđ idez
est: aliquando in substantia sua: ⁊ aliquādo est ibi inflatio
propter vehementiam que assimilatur apostemati: ⁊ non
est: ⁊ de ista videbitur in 3°. huius libri.

**Causa.** Causa est aliquādo sperma in via exeundi nō
habens complementum exitus: sicut in illis
qui loquuntur cū mulieribus ⁊ tangunt eas ⁊ vellent co/
ire ⁊ amplexantur fortiter: ⁊ tamen non coeunt. Aliquan
do est propter equitationez equi male portantis vel pro/
pter saltuz super sellam ascendendo ante sedem vel post
sedem super lignum. Aliquando propter pollutionem no
cturnam inchoatam ⁊ impeditam. Aliquādo ꝑpter glan
dulas materiā ministrantes. Aliquando est de sanguine:
⁊ tunc est color rubeus. Aliquando de aquositate: ⁊ tunc
est color albus. Et si est de spermate est color fuscus sine
corporis repletione. Et sciendūz ꝙ sicut diuerse sunt cau/
se: ita oportet curas esse diuersas.

**Cura.** Cura est clisteriçare cuz rutha agno casto cimi
no paritaria leuistico ebulo ⁊ oleo rosato cum
benedicta acuita cum agarico ⁊ hermodactilis. Deinde
vomitus est bonus cū mediano cortice sambuci. ¶ Die/
ta sit cibus parue quātitatis ⁊ digestibilis. Deide fiat flo/
botomia brachy sinistri si sit in testiculo sinistro: ⁊ si sit in
dextro de brachio dextro. Deinde capiatur ciminuz ⁊ mi
sceatur cum oleo ⁊ farina fabarum ⁊ paritaria vel ebulo:
⁊ fiat emplastrum. vel fabe cum vino ⁊ furfure idem fa/
ciunt. ¶ Item. ℞. paritarie ruthe camomille malue bis/
malue. ana. M. i. coquātur in aqua ⁊ fiat stupha: ita ꝙ te/
sticuli stuphentur: ⁊ fiat hoc in mane: non post cibuz. De/
inde inungantur in oleo rosato in causa calida: ⁊ oleo de li
lio in causa frigida. vel cuz vnguēto marciaton vel agrip/
pa. Sed si locus sit rub. capiatur de succo plantaginis te/
pido ⁊ intingatur pannus ru. ⁊ superponatur: ⁊ fiat flobo/
tomia de basilica vel media°: ⁊ flobotomia de saphena i/
teriori post purgationem vniuersalem. deinde postpona/
tur altea cum oleo violato: q2 maturat apa cal'm ibidez ⁊
alibi. Similiter sāguis leporis calidus ⁊ bleta ⁊ attriplex
⁊ cassiafist. superposita: ⁊ eodem modo oīa apata calida ⁊
frigida maturat ⁊ resoluit. ¶ Itē iusquiamus coct⁹ in vi/
no vel in aqua sūme curat oīa apata calida testiculoꝝ fꝫ
modū dictū ꝑus. Sil'r empl'm de maluis: sꝫ simil'r caulis

maturat flegmonez ⁊ durities. similiter semē lini. ¶ Si
sit apostema flegmaticum vel aquosuz: sicut est ramex in
testiculis: tunc oportet curare flegma cū agarico facta di
gestione cum radice apij feniculi raffani ⁊ nasturtio ⁊ yso
po ⁊ calamēto cum liquiritia ⁊ melle. deinde ponant̄ que
resoluunt omnia apostemata flegmatica: sicut apiuz abro
tanū cocta in cimino vel aneto. ¶ Itē affodillus resoluit
ea aperiendo cū abstersione. ¶ Itē bdellium cum saliua
hōis ieiuni emplastrata apostema frm̄ resoluit. ¶ Item
myrrha resoluit ⁊ aperit ⁊ exiccat ea absq; mordicatiōe.
¶ Item nasturtiū aquaticū cum aqua ⁊ melle ⁊ sale va
let in testiculis inflatis de causa frigida: ⁊ oībus āpatibus
aquosis. Simil'r musc⁹ arboris in omni membro neruo
so apostemato valet coctus cum vino ⁊ oleo: sz bursa testi
culoꝝ est neruosa multū: iō bene valet. ¶ Itē ebulus ru
tha farina fabarum valent in āpate ventoso. Simil'r vē
tosa sine scarificatione posita optima est. ¶ Sed si sit ibi
āpa durū: tunc terbentina cuz castanea ⁊ adipe porci sali
ta cōfert āpatibus duris: resoluēdo ⁊ attrahendo. ¶ Itē
sordities aluearis apuz cū fece vini valet apostematibus
flegmaticis duris. Etiā terbentinā iueni optimā. ¶ Itez
ysopus sicca cuz vino ⁊ melle resoluit āpata. ¶ Itē fenu
grecū frixum cum oleo cōmuni vel in butyro recenti vel
salito valet āpatibus que incipiunt indurari. est eniz ma
gis calidūz q̄z semen lini. ¶ De meis secretis est mucila
go seminis lini ⁊ fenugreci: ⁊ seīs maluarū cū terbentina
munda: ⁊ furfure cribrato subtil'r. est eniz medicina opti
ma in oī duritie ⁊ apostemate frigido: siue duro siue mol
li. Si tn̄ sit dolor aliq̄liter: tunc anisuz valet cū istis: q2 re
soluit cuz subtilitate ⁊ stipticitate ⁊ sedatiōe doloris sine
mordicatione. Et ad operandū fortius pn̄t poni folia lily
q2 dolorem sedant plusq̄z radix eius: ⁊ tamen radix ei⁹ est
de maturatiuis ⁊ dissolutiuis. Et folia lily. dicit Auic. va
lent in apostemate calido. ¶ Item emplastrum ex predi
ctis voco emplastrum mucilaginosum.

## ¶ De idropisi. Cap. II.

Idropisis est morbus aquosus inflans
corpus. Dicit̄ eniz idrop̄. ab
idros qd̄ est aq̄: ⁊ isis inflatio: quasi inflatio aq̊
sa. vnde Haly 3ª particula tegni. cōmento. 19z.
Rimi subtiles aquosi faciunt egritudines aq̊
sas: sicut idropisim. Et diffinit̄ sic. Idropisis est egritudo
mālis: cuius cā est materia frigida exuberās ingrediens
mēbra: ⁊ crescunt per eam aut manifesta oīa: aut loca va
cua partiū in quibus sunt regimen nutrimēti ⁊ humoris.
hec Auic. fen 14ª. tractatu 4°. ca°. de idrop̄. ¶ Itez aliter
sic. Idropisis est error virtutis vnitiue in toto corpore: se
quens mutationē virtutis digestiue in epate: sicut pōt eli
ci ab Auic. p̄mo can̄. fen p̄ma. dr̄ia 6ª. cap°. z°. ⁊ 6°. lib°. de na
turalibus virtutibus: q2 ibi dicit. ꝙ cuz nutrimentū vni
tur membro: tunc remanet ⁊ inflat. Et Auicē. ponit ꝙ qn̄
non adheret: tunc est idrop̄. Tamē nutrimentū triplicez
hz dissolutionez: q2 p̄mo digerit̄: ⁊ tunc spargitur ꝑm mē
bra. deinde vnitur. 3°. assimilat̄. Et sunt alia verba ꝙ p̄mo
disseminat̄. z°. adheret. 3° fit actu cibans ⁊ in effectu: ⁊ assi
milat̄. Qn̄ nō spargit̄ fit sinthesis vel extenuata macies:
sed quādo nō vnitur vel adheret mēbris: tunc est idropi
sis: sz quādo nō assimilat̄: tūc fit lepra vel morphea: vt di
cetur ī fra. Sed qn̄ non digerit̄ in stōaco ⁊ in epate modo
debito: tūc nō spargit̄: q2 nō trahitur: ⁊ si expellatur ⁊ per
accidēs trahatur nō adheret: q2 error in p̄ma vel scd̄a di
gestione nō corrigitur post: vt dictū est p̄us. Et ideo bene
dicit̄ idrops est error virtutis vnitiue in toto corpore se
quens mutationem virtutis digestiue in epate: q2 non est
idropisis nisi epar patiat̄. Et ideo dicit Gal. 3°. interioruz
4° ca°. Epar idropici non est epar: sed epar aliquando pati
tur ꝓpter se: aliquādo ꝓpter colligantiā: vt dicit̄ z°. ꝓno.
cōmento p̄mo. dicit enim sic. Et manifestuz est ꝙ omnia
membra que dolent propter quid scz per viaz compassio
nis ⁊ cōmunitatis vel colligantie: q2 accidit eis illud: aut
propter vicinitatem ⁊ propinquitatē adinuicem: aut quo
niam inter ea est cōmunitas vel cōtinuitas magna in ve
nis ⁊ neruis. Primo modo epar compatit̄ stomaco: quia
tangit ip̄m ⁊ simil'r intestina minuta ⁊ kistim fellis ⁊ dia
fragma tāgitur ab eo. Scd̄o modo epar compatitur reni
bus spleni stomaco ⁊ intestinis gracilibus cordi cerebro
nucce coxe pedi pulmoni: quia continuatur cum istis per
venas magnas ⁊ per neruos multos: tamen cordi colliga
tur per artarias per quas mittitur sibi calor ⁊ spiritus: de
qua colligantia cordis ad epar Auer. 3°. colliget. ca°. de at
tractione virtutis attractiue epatis dicit ꝙ impossibile ē
ꝙ in corde generentur egritudines sensibiles tales q̄ pos
sint ledere epar stante homine viuo. cū tamen fe. sit mor
bus cordis ⁊ sincopis que ledunt totum corpus. Ideo di
cit ꝙ ipse intelligit nisi raro: ⁊ concedo cū eo ꝙ morbi cō
plexionales: sicut fe. fiunt frequenter: sed hoc est occultū
quasi scz ꝙ sint cordis: vnde ip̄e loquitur de officialibus.
tamen aliquādo a creatione est peccatum in compositio
ne: ⁊ hoc vocat rem naturalem ibi. sed tamen Auic. p̄mo
can̄. fen scd̄a. ca°. 8°. ponit plures modos ⁊ causas compas
sionis istius ⁊ colligātie. Ego causa breuitatis in istis ver
sibus comprehendi breuiter. Membrum compatit̄ mē
bro q2 continuatur: Aut quia vicinū vel quia prebet iter.
Aut radix operis vel q2 seruit ei. Aut q2 diuerso sunt am
bo cōsociata. Istis sex modis se membra compatiuntur.
In intellectu istorum versuum vide ab Auic. ibidem. sed
tamen ipse 3°. can̄. fen p̄ma. tractatu z°. ca° 6°. dicit ꝙ cōmu
nitas est duplex. absoluta: ⁊ non absoluta. Absoluta vt ad
partem membri ex membro cōmunicāte nihil perueniat
corporeum penitus nisi ipsum nocumentū scz sine mate
ria: sicut in spasmo contrahente neruum ex materia replē
te inferius prouenit nocumentū superius in cerebro: vel
qualitas nociua alterādo partē post partē quousq; vene
rit ad mēbrum compatiēs. Nō absoluta cōitas est vt mā
humorosa veniat: aut vapor de membro cōicāte: sicut de
stomaco qd̄ est p̄mū membrū ⁊ dignius cōicatiuuz. dicit
Auic. ibidē. venit vapor ad cerebrū: ⁊ ecōuerso. Et ideo p̊
can̄. fen scd̄a. ca°. 8°. in cerebro ⁊ stomaco fiūt morbi circui
tionis: qd̄ est de mēbro. s. cerebro ad stomacū: ⁊ ecōtra. ꝓp
neruū magnū ligantē hoc cū isto: vel ꝓpter duos neruos:
vt dicit 4ª particula affo. cōmento 17°. de colligantia epa
tis ad stomacuz ꝓpter vicinitatem. ¶ Istius morbi tres
sunt species. yposarca: asclites ⁊ timpanites. Iposarca est
in qua est materia flegmatica penetrans cuz sanguine in
membra: ⁊ ista vocatur ab aliq̄bus flegmonātia vel leu
coflegmantia: quia est de flegmate albo: vel aquoso a leu
cos album ⁊ flegma: sicut leucopiper dicitur albuz piper
vt hic. Et de ista loq̄tur Hyppo. zª particula affo. affo. z9.
si ab albo flegmate habēte diaria fortis superuenerit sol
uit egritudinē. Et dicit Gal. in cōmento ꝙ omnes medi
ci consueuerūt album flegma spēm vnam idropisis que
nostro tempore vocatur yposarca vel leucoflegmātia. Et
dicit̄ yposarca ab ipos: qd̄ est sub: ⁊ sarcos caro: quasi stās
sub carne totius: ⁊ ideo in ista spē est inflatio v'lis: ⁊ dicit̄
ab antiquis anasarca ab anos qd̄ est stans: ⁊ sarcos qd̄ est
caro. quasi stās sub carne totius corporis: ⁊ in pede ⁊ in fa
cie stans. ¶ Scd̄a spēs vocat̄ asclites: ⁊ est illa in qua est
materia aquosa effusa in spatiū vētris inferioris: ⁊ que se
quuntur ip̄m. s. sub stomaco ⁊ sub toto ventre inferiori: q̄
si stomacus est venter superior: nisi extendēdo nomē ad

omnem concauitatem: qꝛ tunc venter superioꝛ est vacui-
tas pectoꝛis: ⁊ stomacus venter medius: ⁊ circa vmbilicū
venter īferioꝛ. Qꝛ pectus sit venter superioꝛ. dicit Gal. 7ª
particula affo. nisi extendendo nomē ad omnē concauita-
tem: qꝛ omne spatiū in corpoꝛe vocatur venter. dicit Ga.
6ª particula affo. cōmento. 32. vnde in omni specie idropi-
sis est inflatio in stomaco: sed tñ plus in timpanite. vbi. n.
in asclite plus circa vmbilicum: nisi in fine post confirma-
tionē est inflatio in ea inter mirach ⁊ siphach: qꝛ mirach
est pellicula gibbosa siue pinguis supꝛa totū ventrē ꝓpin-
quioꝛ cuti exterius: sꝫ siphach est adherēs in medio in in-
testinis inuoluens ea: ⁊ supportās inferius: qꝛ diuidit īter
ea ⁊ generatiua mēbꝛa: vt videbit̄ infra: ⁊ īntrat aquositas
hec per poꝛos illius mirach rarefacti vel extensi a multi-
tudine materie indigeste in epate: quā nō pōt expellere: ⁊
ideo manet ibi: qꝛ nō est apta ad nutriendū: īmo repudia-
tur a membꝛis. ⁊ ideo collecta in ꝓcessu tēpoꝛis locū extē-
dit ⁊ paulatim intrat. ¶ Timpanites est 3ª species idropi-
sis non vera: qꝛ est cū ventositate aliquali: lꝫ parua humi-
ditate circa stomacū: tamē qꝛ vadit ad ventrē inferioꝛē.
Et dr̄ timpanites qꝛ vēter percussus resonat quasi timpa-
num. hec dicit Gal. 4ª particula affo. cōmento iiº: ⁊ vocat̄
abusiue idropisis propter ventris magnitudinē ⁊ tumo-
rem: sed quia non est nisi pauca vel nulla humiditas: sed
ventositas: ⁊ idropisis est moꝛbus aquosus: ideo ista non
est vera idropisis ⁊c̄.

Cause generales. Cause sunt multe: tamē causa oīum
idropicoꝝ est generalis. dicit Gal. 2º ꝓnost. cō-
mento pº. ⁊ est nocumētū virtutis gn̄atiue sanguinis. s. qn̄
deficit ab illo opere: ⁊ deest ei ꝯplementū eius: qꝛ quādo
diminuit̄ in epate virtus digestiua sanguīs: tunc ipse erit
flegmaticus: ⁊ mēbꝛa que nutriunt̄ longo tempoꝛe ex san-
guine tali cōuertunt̄ ſm suā nām vel ꝯplōnem ad nām il-
lius humoꝛis. Et pōt fieri idropisis yposarca. dicit Auer.
4º colliget. de accn̄tibꝰ virtutis epatis in gn̄ali. Tamē cō-
tra hoc Auer. dicit 4º colliget. cº de signis ethice. qꝛ de na-
tura nutribilis est nutriens sibi assimilare. ⁊ Jsi. scd̄a par-
ticula affo. Dam̄. cōmēto 18º dicit. ꝙ omnis cibus conuer-
titur in caliditatē. ⁊ ideo dic̄ Auic. pº can̄. fen pª. doc. 4ª. cº
2º ꝙ ꝯplexio nō semꝑ generat sibi simile: sꝫ aliquādo per
accidens generat humoꝛes frigidos: qꝛ rōne caloꝛis plus
trahit̄ qꝫ possit digeri. ¶ Simil'r rōne caliditatis rarefit
substātia epatis: rōne cuius nō manet ibi chilus quousqꝫ
digerat̄: qꝛ requirit̄ tempus sufficiens. Et posito ꝙ ibi in-
ducatur caloꝛ accn̄talis: tñ ille non manet in humoꝛe nisi
quousqꝫ veniat ad pelliculas frigidas. s. siphach ⁊ mirach
ꝓpter hoc ꝙ est in eis sicut in stomaco nō cōueniens: īmo
cito recedit cū obuiat frigido vel destruit̄ ab illo caloꝛe
sicut caloꝛ non naturalis euapoꝛare facit caloꝛem nālem.
igit̄ īducit frigiditatē oppositā caloꝛi naturali. Et hoc est
qđ dicit Dam̄. scd̄a particula affo. cōmento 23º. vnde fri-
giditas est ꝯtraria caloꝛi: ⁊ isto modo caliditas frigefacit:
qꝛ distemperat caloꝛem nālem temperatū: qꝛ per tempe-
riem eius fiunt omnes operatiōes in coꝛpoꝛe. dicit Auer.
3º colliget. cº de virtutibus accn̄tibus in generali. ¶ Cau-
sa igit̄ coniuncta oīs idropisis est debilitas digestiue epa-
tis. dicit Aui. caº de idropisi. Sed cause remote sunt mul-
te. s. antecedens ⁊ p̄miª. s. interioꝛ ⁊ exterioꝛ. Interioꝛ cau-
sa sicut frigiditas nimia. Exterioꝛ sicut sunt emplastra fri-
gida super epar: frigiditas aeris penetrans: cibi frigidi vt
fructus frigidi. Similiter lacticinia ⁊ potus aque frigide
quia istas computo īter causas exterioꝛes: quia est cibus
extra qui nō est materia tertie digestionis. s. in venis post
epar. Unde cibus est triplex ſm Halie. 3º de complexioni-
bus. cibus extra quousqꝫ scꝫ veniat ad vias scꝫ post epar:
tunc est ibi in via: quia post pꝛopꝛie agit scꝫ post conuersio-
nem ⁊ sanguinem siue sit cibus siue medicina. Cibus in
via est in illis venis non in meseraicis. Cibus actu cibans
est in tertia digestiua: ⁊ cibus extra vocatur anteqꝫ come-
datur: in via vocatur postqꝫ sumitur: in effectu quādo cō-
uertitur. Similiter potus triplex est. ⁊ potꝰ aque frigide
in ieiunio ⁊ post balneum ⁊ post exercitium ⁊ post coitū
est causa huius moꝛbi. Similiter fluxus superfluus infri-
gidans ⁊ digestionem impediens: ⁊ euacuationes alie su-
perflue sicut ventris emoꝛroydarum menstruoꝛum. Si-
militer retentio superflua illarum euacuationum cōsue-
tarū est causa idropisis per se: sed euacuatio per accidēs
digestionē impediendo vel debilitando. De retentione
dicit Hyppo. 6ª affo. affo. 12º emoꝛroydas mederi antiq̄s
si non vna relicta fuerit periculum est idropem fieri. Per
istum modum dicit Gal. in cōmento: qꝛ si stringantur iste
vene in epate dura nascuntur apostemata propter sangui-
nem regurgitantem ad epar magis epar grauantia ⁊ calo-
rem eius extinguentia: sicut paruo igni multa ligna super-
posita extinguūt eum: sed caloꝛ naturalis generat sangui-
nem. cum ergo non generatur fit idropisis. Et Auer. in 3º
dicit. ꝙ apostemata non erunt pꝛo maioꝛi parte cause hu-
ius egritudinis nisi fuerint dura lapidea.

Cause speciales. Cause in speciali īterioꝛes antecedē-
tes ⁊ coniuncte aut sunt ab epate per se ⁊ pꝛin-
cipaliter: aut ab alijs membꝛis propter colligantiam. Si
ab epate vel per moꝛbum consimilem vel officialem vel
cōmunem. Consimilis moꝛbus est complexionalis frigi-
dus vel calidus siccus vel humidus. De calido ⁊ frigido
dictum est: tamen dicitur cōmuniter ꝙ causa coniuncta
est frigiditas. ⁊ hoc patet per diffinitionē Auic. ⁊ ideo di-
stinguatur de frigiditate sicut distinxi ꝑ̄us inter istas cau-
sas. De sicco aliqualiter facit idropisim: quia siccū mon-
strat epar effusio magna liquoꝛis. dicit Egidius in vꝛinis
suis. qꝛ siccū est cause attractionis: maxime quādo cōiun-
gitur cū calido: ⁊ trahitur cibus de stomaco anteqꝫ dige-
ratur: ⁊ erroꝛ in pª digōne facit erroꝛē in scd̄a. ¶ Sed hu-
mida cōplexio cum mā facit istū moꝛbū ꝓpter debilita-
tem ꝯtentiue: qꝛ viget per siccū: ⁊ quādo nō manet per tē-
pus sufficiēs remanet aquosus: ⁊ si sit cū hoc frigiditas: tē
est manifestū: si sit cū caloꝛe: tunc caloꝛ aperit vias ⁊ facit
transire ad mēbꝛa anteqꝫ digerat̄. ⁊ hoc dico qn̄ caliditas
⁊ humiditas sunt suꝑflue. Sil'r fe. longe ꝑducunt ad idro-
pisim: ⁊ lente debilitādo digōnē: qꝛ fit a calitate humida
vapoꝛosa nō a sicca tenebꝛosa: sicut est caloꝛ fe. dicit Gal.
2º regiminis acutoꝝ. cōmēto 22º. ¶ Item fit ꝓpter moꝛ-
bos officiales sicut sunt opilatio epatis aꝑata cal'a aut fri-
gida ⁊ ꝯsimilia: quando sunt dura maxie. ¶ Fit ēt ꝓpter
moꝛbos cōes sicut est sol'o ꝯtinuitatis in substātia epatis:
que nō penetrat ad ꝓfunditatē nimiā: sed in pāniculis vl
gibbo: qꝛ alia moꝛtalis est: vt dicit Gal. 6ª ꝑticula affoꝛis.
cōmēto 18º. s. ibi. Uesicam incisam: aut cerebꝛum aut coꝛ
moꝛtale ꝓpter emissionem superfluā sanguinis. dicit Ga.
ibidem ꝓpter incisionem venarū. ⁊ isto modo cause sunt
casus percussio contusio ⁊ similia exterioꝛa. ¶ Sed si fit
idropisis ab alijs mēbꝛis: hoc est a stomaco vel a meserai-
cis vel a splene non mundificante vel nimis attrahente
vel a renibꝰ supercalefactis vt in diabetica: vbi trahitur
sanguis ab epate continue anteqꝫ digerat̄: ⁊ tunc diminui-
tur caloꝛ in epate ⁊ in partibus extremis: sicut in pedibꝰ
⁊ tibijs que sunt remote a fonte caloꝛis: ⁊ tūc inflāmatur:
⁊ sic ꝯtinue quousqꝫ ascendat mā regurgitando ad epar.
Et istoº loq̄tur Haly 2ª ꝑtiˡª tegni. in ꝯmēto illiꝰ. ſm ꝑtem
nō que ſm cerebꝛū. vbi dicit. ꝑꝑ nocumētū extreme ꝑtis
nucce nō ꝯplete distictꝰ ē sensus in pedibꝰ ⁊ nō motꝰ: ⁊ qꝛ

prouenit ex hoc nocumẽto vapoꝛ ad epar coꝛrumpens cõplexionẽ eius secuta est idropisis. ¶ Silr̃ ꝓpter nocumẽta cerebri vel ꝓpter opilationẽ qñ nõ inuenit sensus aĩalis ad vesicam vel intestina non expellit̃ fex: qꝛ nõ operatur expulsiua nisi nocumento percepto: sꝫ spiritu aĩali nõ veniente inferius non percipit̃ nocumẽtuꝫ. remanet igit̃ non expulsa ⁊ inflat ⁊ facit apa aquosum vel ventosuꝫ qꝺ est idropisis. ¶ Itẽ qñ renes non trahunt aquositatẽ vel nõ separant eã a sanguine veniẽte ad eos mingit̃ sanguis ⁊ coꝛpus infrigidat̃. ¶ Pro quo notãdũ ꝙ virtus discretiua ⁊ separatiua differunt: vt dicit Auer. 3º colliget. caº de accñtibꝰ isophagi. Discretiua est ista que cognoscit oẽs spẽs cibi ⁊ nutrimẽti ⁊ cognoscit sanguinẽ a superfluitate vt nutriat membrũ ex ꝯuenientioꝛi ⁊ mittat vnicuiqꝫ mẽbꝛo qꝺ est sibi sil̃e. Sꝫ separatiua est illa que diuidit iuuatiuũ a nociuo ⁊ tradit nociuũ expulsiue vt expellat: ita ꝙ discretiua est circa iuuatiuum: separatiua circa superfluũ ⁊ nociuum. ¶ Iteꝫ fit aliquãdo ab intestinis ⁊ a matrice superflue purgante menstrua vel retinente: ⁊ sic est de intestinis ⁊ vesica. Similr̃ pulmo vlceratus est causa tussis ⁊ ipsam digõnem impedit ⁊ somnũ: ⁊ iõ comedere multũ ⁊ non doꝛmire ⁊ potare multũ: ⁊ si sit vinuꝫ facit moꝛbos frigidos per viã indigestionis ⁊ nõ cõuersionis. ¶ Silr̃ est de diafragmate ⁊ de coꝛde ꝓpter compassioneꝫ: quia epar eis vicinatur ⁊ maxime colligatur: ⁊ ideo ad pleuresim sequitur idropisis: ⁊ ad cardiacam que est cum tristitia caloꝛem debilitante.

**Cause** specialioꝛes. Causa idropisis talis est. Omnia illa que faciunt epar acquirere malam cõpl̃onem calidam: sicut salsa frixa assata pinguia mellita preparata vel piperata allia ⁊ poꝛri: potus calidi: ⁊ maxime ĩ ientaculis ⁊ in ieiunio si post hoꝛam sequat̃ comestio: vel ante digestionem ꝑmi cibi: ⁊ tunc erit ibi indigestio rõne quãtitatis nimie cibi: vel caloꝛis ratione male qualitatis ipsius. Et modus est iste quem ponit Auer. 3º colliget. caº de accidentibus virtutis epatis in generali: sed ibi ponit plures causas timpanitis: ⁊ in sequenti caº causas asclitis. Dicit ergo quãdo accidit epati materialis complexio calida: ita ꝙ paruum excedens tunc acquiret multam amaritudinem: ⁊ quãdo augmentat̃ hec mala complexio calida ita ꝙ egrediatur a sua foꝛma naturali: tũc est operatio epatis operatio non naturalis: ⁊ prouenit ista operatio solum a caloꝛe in eo ꝙ caloꝛ: ⁊ non in eo ꝙ caloꝛ talis: qualitas igitur que prouenit ab isto in eo ꝙ est caloꝛ simplex: inducit partem aqueam ad fumum ⁊ facit ex eo ventositatem ⁊ prouenit ex eo timpanita. Prouenit etiam timpanites ex omnibꝰ ventosis: sicut fabis pisis castaneis riço in vsu nimio: ⁊ a ficubus comestis post prandium: quia ventositas tunc non descendit sed moꝛatur in stomaco et in ꝓcessu facit timpanitem. Et cibi inoꝛdinatio modo comedere grossa modo subtilia modo bꝛodia modo pĩguia: ⁊ panem calidum ⁊ toꝛtellinum ⁊ riçum ⁊ artocreas oua dura: ⁊ similia. ¶ Notanduꝫ tamen ꝙ differentia est inter ventositatẽ ⁊ fumũ: vt dicit Dam̃. scꝺa particula affo. suoꝛuꝫ. affo. 62º ꝙ ⁊ ventositas est sicut vapoꝛ: fumus est humidus ⁊ mulcebꝛis: ⁊ ideo fumus facit somnũ: ventositas vigiliaꝫ. ¶ Ulterius sciendũ ꝙ Auic. 3º can̄. fen ꝑma. tractatu 2º caº 5º dicit. ꝙ vẽtositates sunt multiplices: melãcolice: flegmatice: sanguinee colerice. Flegmatice sunt grauatiue tardi motus retente interius. Uapoꝛes multi sunt facientes tristiciã fixi minoꝛis quãtitatis qꝫ flegmatici ⁊ q̃litatis deterioꝛis. Sed vapoꝛes sanguinei sunt dulces minoꝛis nocumenti sua qualitate qꝫ alij vapoꝛes: sed sua quantitate plus nocent. Colerici sunt acuti inflãmantes: ⁊ pꝛopꝛie humoꝛes acuti non excitant ventositatem: sed vapoꝛes. vapoꝛ tñ est nomen generis: vt dicit Dam̃. vbi pꝛius ad humidum ⁊ ad siccuꝫ: ⁊ siccus vocatur exhalatio sicca a pħo 2º meth.

**Causa** asclitis est omne quod debilitat calefaciendo virtutem discretiuam in epate: quia tunc debilitantur operationes ipsius ⁊ sparguntur per totuꝫ coꝛpꝰ humoꝛes cum sanguine ⁊ fit idropisis asclites: quia nisi h̄ virtus separet aquositatem que in chilo est: spargitur in sanguinem: ⁊ natura ipsaꝫ expellit ad concauitatem ventris ⁊ per venas vmbilici: propterea quia iste vene continuantur cum epate: ⁊ per istas exit superfluitas aquosa q̃ est in embꝛione quando est in coꝛpoꝛe matris. dicit Auic. ¶ Similiter fit iste moꝛbus propter debilitatem virtutis attractiue renum: aut ꝓpter opilationẽ vel stricturam meatus eius. ¶ Similr̃ causa idropisis calide est quãdo kistis fellis suam operationem non facit: aut ꝓpter opilationeꝫ meatus que est inter kistim ⁊ epar: aut ꝓpter debilitatem virtutis attractiue in kisti: aut ꝓpter opilationeꝫ meatus quãdo transit a kisti ad intestina: aut ꝓpter debilitatem virtutis expulsiue que est in ipso felle que est qñ passus ille vel meatus claudit̃: tunc accidit illud qꝺ aduenit habenti clausa intestina: qꝛ tunc non petit cibũ nec appetit. Et tunc cũ attractiua fit ꝓpter nutritiuã ⁊ nutritiua complet operationẽ suam per has q̃tuoꝛ virtutes quãdo pꝛiuatur vna istaruꝫ pꝛiuant̃ omnes: ⁊ sic accidit opilatio ꝓpter fel. hec Auer. in 3º ⁊ 2º ꝓnost. cõmento 8º dum vna virtutum permanet fixa coꝛpus remanet ꝭm suam dispositionẽ ꝓculdubio. Et ꝯtingũt epati tres dispõnes: qꝛ aut minuitur eius operatio: aut permutat̃: aut coꝛrumpit̃ vel destruitur. s. digestiua ⁊ eius operatio. Sꝫ tunc deficit eiꝰ digestiua vel diminuitur: quãdo. s. caloꝛ nãlis non egreditur suã foꝛmã nãlem multuꝫ: sicut in cibis qui accrescunt in stomaco ⁊ sicut in sanguine flegmatico gnãto in epate frigido vel humiditate salsa nitrosa in epate calido. Silr̃ quãdo caloꝛ auget̃ bꝛeui augmẽto: tamen manet sub foꝛma nãli: tunc fit augmẽtatio mala in operatione membꝛi sicut in stomaco generante ventositatem vel fumositatẽ ex cibo in epate generante coleram. Sed quãdo augetur multum caliditas vel frigiditas: ita ꝙ caloꝛ naturalis exeat a sua foꝛma: tunc coꝛrumpitur cibus. Tamẽ Haly 2ª particula tegni. cõmento 149º dicit. ꝙ operatio debilitat̃ sicut malitia digestionis absqꝫ coꝛruptione ciboꝛum: aut permutatur: vt si mutet cibum stomacus ad acetosuꝫ aut ad fumosuꝫ: aut destruitur sicut si exeant cibi crudi sicut intrant: sic̃ in lienteria ita est in epate: ⁊ ꝭm hoc fiunt moꝛbi diuersi in coꝛpoꝛe: vt patet.

**Signa** idropisis future ⁊ pꝛimo timpanitis sunt ista que ponit Hyppo. q̃rta particula affo. affoꝛ. iiº. Quibuscunqꝫ toꝛsiones ⁊ circa vmbilicum doloꝛes lumboꝛum: doloꝛ non soluitur: neqꝫ a farmacijs: neqꝫ aliter in idropem siccam perficitur. ¶ Iteꝫ inflatio stomaci post cibum quottidie ⁊ diu manens est signum actualis timpanitis inchoate: sed venter percussus sonat sicut timpanum: ⁊ eius fluxus non alleuiat patientẽ nec detumescit: tunc est cõfirmata ⁊ est hic aliquãdo inflatio pedũ: sꝫ non semꝑ: imo vtplurimũ tñ est. Nec est inflatio pedũ signuꝫ timpanitis: sꝫ inafltio stomaci cũ gracilitate membꝛoꝛuꝫ superioꝝ. ¶ Itẽ vꝛina est tenuis in ista spẽ: ⁊ aliqñ coloꝛata: sꝫ minus coloꝛata qꝫ est in asclite vt cõiter: qꝛ fit vẽtositas de calo: vt dicit Gal̃. 4ª ꝑticula affo. vbi ꝓus. ⁊ 6º de accidenti ⁊ moꝛbo. nõ fit a magno caloꝛe nec a magno frigoꝛe: sꝫ a caloꝛe mediocri: sꝫ in asclite ẽ caloꝛ maioꝛ: in epate vt cõiter: ⁊ est vꝛina magis spissa in asclite ꝓpter humiditatẽ magnã in ea. ¶ Et nota ꝙ vꝛina aliquãdo coloꝛat̃ ꝑ viã digestionis ⁊ alterationis: ⁊ aliquando per viã cõmix

tionis: ⁊ tunc est spissioꝛ. Quādo per viam alterationis: tc̄
est subtilioꝛ: licet oppositum videat̄ ꝙ quando colera mi
scetur cū vꝛina: qꝛ ipsa est subtilis: vꝛina fit subtilioꝛ q̄ꝫ qñ
mingitur per alterationem: qꝛ ibi consumitur pars subti-
lis. ergo residuū ingrossatur. Et ego cū Auic. fen scđa. pri
mi libꝛi. ca°. de aqua. Dico ꝙ decoctio non ingrossat aquā:
qꝛ totuꝫ est eque subtile: sicut dico de aquositate vꝛinali:
sed colera mixta cum aquositate facit eam grossioꝛem in
re: sed subtilioꝛ est ꝫm apparentiā. ¶ Item pulsus est ve
lox ⁊ frequens ⁊ durus ꝓpter ventositatem extendentē:
sicut pꝫ de vtre inflato qui resistit tactui. ¶ Signa ascli-
tis future sunt: mala coloꝛatio faciei tendens ad citrinita
tem ⁊ vꝛina tincta frequenter absq̄ꝫ ꝙ patiens conquera-
tur de malo: citrinitas oculoꝛum frequens: ⁊ nocumentū
lateris dextri sub costis quando mouetur pa. vel equitat
super cibū ⁊ post coitū ⁊ post tussim. ¶ Item signa actua
lis asclitis est inflatio pedum ⁊ membꝛoꝛum inferioꝛum:
⁊ vmbilicus eminet extra ⁊ superioꝛa gracilant̄: sicut bꝛa
chia collum pectus. pulsus est paruus ⁊ frequēs: vꝛina est
tincta ⁊ spissa in parua quātitate micta: ⁊ frequenter cum
spuma crocea ⁊ bicoloꝛ: ⁊ aliquādo oculi inflantur ꝓpter
fumos ascendentes ab epate. ⁊ est difficultas anhelitus:
tussis sicca: sitis quasi inextinguibilis. diminutio appeti-
tus cibi propter intensum appetitū potus: ⁊ si venter agi-
tetur sonat sicut vter semiplenus aqua. ¶ Signa future
yposarce sunt retentio superfluitatum consuetarum flue
re: sicut emoꝛroydarum menstruoꝛuꝫ sudoꝛis egestionis
vꝛine: mala coloꝛatio faciei ad albedinem tendens: fusca
pꝛeter solitum: intensio appetitus vel eius magna dimi-
nutio: inflatio testiculoꝛuꝫ aliquando: lꝫ recedat: ⁊ tumoꝛ
faciei aliqualis cum cochimia totius coꝛpoꝛis. i. plectoꝛia
⁊ repletione maloꝛum humoꝛum. ¶ Iteꝫ signa yposarce
pꝛesentis sunt tumoꝛ vniuersalis totius coꝛpoꝛis mollis:
intantum ꝙ si tangatur vel compꝛimatur cuꝫ pollice vel
digito cedit tactui ⁊ facit foueam: ⁊ venter non est ita du-
rus ⁊ tumidus sicut in alijs duabus speciebus. pulsus est
latus ⁊ vndosus. egestio est alba: sed in alijs duabus spe-
ciebus est sanguīea: ⁊ vꝛina est aliquādo coloꝛata. hoc nō
est rōne caloꝛis tingentis: sed ratione debilis sequestrati-
ue ⁊ separatiue in epate non separantis sanguinē ab aquo
sitate vꝛine. ¶ Signa igitur idropisis sunt duplicia. s. cō-
munia ⁊ ꝓpꝛia: de ꝓpꝛijs dictum est quantū ad species.
Cōmunia sunt tria vel quattuoꝛ. s. inflatio pedum ⁊ calca
neoꝛum: vt dicitur 2°. ꝓnosti. cōmēto 2°. Discoloꝛatio ⁊ co
loꝛis coꝛruptio ⁊ inflatio oculoꝛum propter debilitatē ca-
loꝛis innati: ⁊ ꝙ non expelluntur ad poꝛos cutis rōne de-
bilitatis virtutis expellētis: sicut a v̄tute fatigata ad par-
tes iferioꝛes. Et qꝛ digestiua ibi ⁊ caloꝛ sunt debiles: ideo
cibus pedum conuertitur in ventositates inflantes. Et si
queratur quare in idropisi inflantur pedes ⁊ nō manus.
Dico cum Serapione 4°. practice sue. cap°. 7°. ꝙ vna causa
est: quia manus sunt propinque coꝛdi: ⁊ ideo tangitur pul
sus iuxta manuꝫ. ⁊ coꝛ est fons naturalis caloꝛis: ⁊ pedes
sunt remoti a coꝛde. ergo ⁊ a fonte caloꝛis: ⁊ ideo moꝛs in-
cipit a pedibus: sicut dicit Gal. 2°. ꝓnostic. cōmento 59° in
cōmēto illius partis. Ex signis h9 ⁊c̄. igitur plus cōsumi-
tur superfluitas ⁊ digeritur in manibus q̄ꝫ in pedibus. Et
si obijciatur. Constantinus 5° practice sue. cap°. de doloꝛe
capitis intercutaneo in fine capituli. dicit. ꝙ moꝛs incipit
a capite. ergo non a pedibus. Dico manifestatiue ꝙ nerui
oꝛiuntur a cerebꝛo ⁊ nucca: ⁊ similiter virtus animalis. et
similiter spirit⁹ animalis: licet radices omnes a coꝛde oꝛi
antur substantialiter: lꝫ alibi accn̄taliter. Et ideo qꝛ dolo-
res ꝓsternunt virtutes. dicitur p̄mo ꝓnost. in cōmento il
lius. Apate molli existēte ⁊c̄. ⁊ doloꝛ est sensus rei cōtra-
rie. ⁊ ideo qꝛ loquitur ibi de doloꝛe capitis intercutaneo.
dico ꝙ iste doloꝛ destruit virtutem sensibileꝫ ⁊ aīalem in
partibus exterioꝛib⁹ coꝛpoꝛis: qꝛ omnis doloꝛ pꝛosternit
virtutem ⁊ facit eaꝫ cadere. dicitur in regimine acutoꝛū.
Et hoc est verum de doloꝛe magno: qꝛ paruus non arguit
egritudinem pꝛesentē: vt dicit Haly 2ª parte tegni. in cō-
mento illius. tertio vero in ventre ⁊c̄. Moꝛs ergo virtu-
tis aīalis in partibus exterioꝛibus incipit a capite ꝫm ali-
qualem partem suā: sed moꝛs membꝛoꝝ interioꝝ incipit
a pedibus. i. caloꝛis innati: vnde pedes in sūmo frigidi nō
sentiunt ⁊ moꝛiuntur. Moꝛs ergo similiter incipit a pedi
bus: sed respectiue ⁊ apparenter a capite quātuꝫ ad virtu
tem aīalem. ⁊ ideo in cura paralesis opꝫ semper ire ad ca
put ⁊ nuccam posterius in capite. Simil'r spiritus qui est
instrumentū p̄mum virtutis ⁊ sensibile p̄muꝫ. dicit Aui.
ii°. de aīalibus. ca°. 2°. destruitur in doloꝛe foꝛti qꝛ resoluit̄:
vt dicit Auic. fen 2ª. p̄mi libꝛi. ⁊ ideo per cōsequens virt⁹
sensibilis destruitur: quantū. s. ad operationē suaꝫ. ⁊ ideo
dissoluit virtutem. i. pꝛimuꝫ instrumentum suum: ⁊ facit
operationeꝫ eius cadere. Et si arguitur. Gal. 2°. regiminis
acutoꝛuꝫ. cōmento. 50°. s. in cōmento illius. Neq̄ꝫ quispiaꝫ
medicoꝛū. dicit ꝙ magis festinās in perditiōe qñ accidit
sibi lesio est coꝛ: deinde post illud cerebꝛū: vltimo epar. er
go non caput. Dico ꝙ moꝛs tardius venit in coꝛde: qꝛ est
illud qđ vltimo moꝛit̄ nisi per accn̄s in accn̄tali moꝛte qñ
. s. aperitur latus ⁊ extrahit̄ coꝛ p̄mo: tunc pōt dici quodā-
modo incipe ibi: nec viuit cadauer derelictū tunc: ⁊ si mo
ueatur: qꝛ hoc est per dispōnes ꝯsimiles vite. Dico etiā ꝙ
ex lesione coꝛdis magis cito ꝓuenit moꝛs: nō ipsi⁹ coꝛdis
sed coꝛpoꝛis: tn̄ non apparet incipere: sꝫ in pedib⁹ in moꝛ-
te nāli: in capite aliqñ in accn̄tali. Uel potest dici ꝙ moꝛs
subita citi⁹ ꝓuenit a coꝛde: doloꝛosa citius ex cerebꝛo. pau
latina citius ⁊ plus ex epate. Et lesio est duplex. p̄ncipalis
⁊ per colligantiā. simil'r notabilis ⁊ nō notabilis. Et ꝫm h̄
rn̄dere possum ꝙ ex p̄ncipali lesione citius q̄ꝫ per colligā
tiam. Simil'r ex notabili citius ex quocūq̄ꝫ fuerit: qꝛ coꝛ
resistit omni nisi fuerit magna cā. ¶ 2ª cā qꝛ manus non
inflant̄ hec est: qꝛ sunt facilioꝛis motus q̄ꝫ pedes. propter
multitudinē ergo suoꝝ motuū resoluit̄ qđ mittit̄ ad eas.
¶ 3ª cā est: qꝛ de natura vapoꝛis siue de ꝓpꝛietate est: vt
descēdat inferius: ⁊ ꝓpter illud reddunt pedes inflatos.
¶ Signa ꝓpꝛiarū cārū idropisis nō sp̄erū sunt ꝙ idrop.
ex stō ⁊ intestinis ⁊ venis meseraicis cognoscit̄ ex diaria
diuturna: que vero est ab epate per tussim siccā ⁊ duriciē
digōnis. Sed idropisis cui⁹ cā est ap̄a duruꝫ cognoscitur
per fluxum ventris sanguineū. Et spleneticā significat co
loꝛ qui est decliuis ad liuiditatē ⁊ egritudo in splene pꝛe-
cedens. Et cuꝫ est a renibus non cadit appetitus: ⁊ doloꝛ
vel grauitas circa renes posterius modicuꝫ supꝛa bꝛacha
le vel sub eo. ¶ Hic notanduꝫ ꝙ membꝛa quedam infri
gidant epar ⁊ venas eius in gibbositate: quedaꝫ in conca-
uitate ⁊ sima eius. p̄ma sunt pulmo velamen costarum et
renes. scđa sunt splen stomacus et intestina. ¶ Item ali-
ud notandum quod Gal. videtur velle 6° de moꝛbo ⁊ ac-
cidēti. ꝙ timpanites incipiat a stomaco ⁊ epar compatitur.
⁊ ꝙ asclites incipiat ab epate ⁊ alia compatiantur: yposar
ca fit propter vitium tertie digestiue compatiente epate.
Tamē firmiter credo ꝙ omnes sunt propter lesionē epa-
tis: aliter inflatio nō esset idropisis: ⁊ ideo ad epar p̄ncipa
liter applicantur medicamina. Tamen causa remota est
pulmo: ⁊ tunc est malitia anhelitus cū pulsu duro ⁊ tussis
aliqualis. Et diafragma: ⁊ tunc est doloꝛ lateris cum ma-
litia anhelitus: ⁊ cuꝫ pulsu duro ⁊ doloꝛ lateris est vbi est
nocumētū velaminis vel diafragmatis. Si a stomaco pꝫ
per euacuationē ⁊ lesiones eius sequētes: nisi ꝙ aliqñ le-

ditur frequenter quando ipse est paruus ⁊ appetitus ma/
gnus: q² tunc non potest comedere totum prandium req
situm vna vice: sed debet partiri frequenter ⁊ modicū ac
cipiendo. ¶ Itē nota ꝙ iflatio ꝯtringens ex ipso cedit ta/
ctui: sȝ que est ex apate nō: q² est ex vētositate vtplm̄: alia
ab aquositate: vt dr̄ 2°. pno. ꝯ^{to} 3°. ⁊ Serap. in 4°. ca°. 7°.

**Pronostica.** Timpanites est deterior iter spēs idrop. dic̄ Auer. 3° colliget. ⁊ Hal'. h idem dicit in 5°. passionarij: sed Auic. dicit in 3° cañ. ca°. de
idropisi: ꝙ asclites est malignior oībus: sed leuior est ypo
sarca: ⁊ media est timpanites. Iō dico ꝙ timpanites vno
modo est deterior ad curandum: q² fit a frigiditate debi/
litante calorē ⁊ a calore exhalante. ⁊ ideo medicus qua/
si hesitat quid sit faciendum: ⁊ cum hoc si ponātur calida
augetur discrasia epatis ⁊ stōaci ⁊ fit sitis: sed frigida con
seruant ventositatem ⁊ ingrossant ⁊ non consumunt. Si/
militer si frigida ponantur super epar augmētant vento/
sitatem: q² epar iuuat stomacū ad digerenduȝ. ideo si de/
bilitetur impedit digōnem: ⁊ ex hoc habet venire vento/
sitas: sed asclites est peior quo ad sinthomata. Uel potest
dici ꝙ asclites est peior quo ad curaȝ interiorem: sed tim/
panites quo ad curam exteriorem. s. per incisionē: q² ibi
non valȝ incisio: q² ibi est inflatio maior in stomaco: ⁊ sto/
macus incisus mortalis est: vt dicit̄ 6° affo. sed intestina i/
uoluuntur vel balneantur in aquositate in asclite cū mo/
dica ventositate ⁊ satis potest pellicula supra ventrē sub
vmbilico incidi: inter quaȝ est aquositas: ⁊ pitomeon. i. si/
phac: q² Serap. in 4°. ca°. vocat siphac pitomeon: ⁊ tūc di
citur q² pariter tenet intestina: tamen inter anuȝ ⁊ virgā
est proprie magis: vt dictuȝ est in de apostematibus. Uel
potest dici ꝙ timpanites est peior. i. debilior: qa in mem/
bro magis sensibili vt in stōaco p̄ncipaliter: ⁊ alie in epa/
te qd̄ est insensibile in se: nisi in respectu pellicularū sua/
rum. Alia scȝ asclites est malignior. i. magis ignea. i. a cau
sa calidiori. vel calidior quia in membro p̄ncipaliori. vel
peior ad generandum q̃ȝ timpanites: cum timpanites sit
ex malo regimine in cibo qd̄ fit continue: quia filij huius
temporis sunt filij gule. dicit Hal'. 6^a particula affo. in cō/
mēto illius. Eunuchi non podagriçant. licet tamen ascli/
tes fiat ex errore potus. ¶ Iteȝ deterior idrop̄. Est ista q̄
fit cum fe. acuta. dicit Auic. ⁊ ideo Hypp. 2°. pno. Idrop̄.
in acuta fe. malum: vel sequens acutam fe. quia infestant
tales febres membrorum grauedine ⁊ dolore. ¶ Itē flu
xus ventris in idropisi est malus ⁊ mortalis. dicit Auicē.
cuius oppositum ponit Hyppo. ⁊ similiter Hal'. 6^a partic.
cōmento 30°. ibi. si albo flegmate. ¶ Item 6°. interioruȝ.
de isto qui habuit egritudines epatis: ⁊ tamē euasit. So/
lutio. fluxus in idrop̄. sine alleuiatione patientis est mor
talis. alius non. Et fluxus sanguinolētus sicut sanguis co
agulatus est mortalis maxime superueniens longe idro/
pisi. tamē fluxus diaricus vel aquosus moderatus est sa/
lubris: īmoderatus vel magnus est mortalis. Iste de quo
narrat Halie. 6°. interiorum. non fuit idropicus: ideo non
valet. ¶ Item in complexiōe calida ⁊ sicca est idropisis
peior q̃ȝ in aliqua alia causa: quia inducitur a fortiori cau/
sa morbus aquosus ibi ⁊ cum disconuenientia maxima.
¶ Item idropicus si tussiat desperatus est: vt Hyppo. 7^a
affo. cōmento 48°. ⁊ Serap. in 4°. dicit ꝙ si cū tussi sit spu
tum ⁊ fetor tunc non speratur de infirmo. hec est sua glo
sa. Unde tussis duplex est. sicca ⁊ humida: ⁊ vtraqȝ vl' est
a reumate vel ab essentia morbi. p̄mo modo non est mor
talis. scd̄o modo est mortalis: ⁊ ideo 6^a particula. affo. 35°.
dicit Hyppo. ibi. Idropicis tussis superueniens malum:
precedens vero non malum. i. sine malo scȝ mortali. Si
enim dicit Halie. ibi in cōmento. crescit humiditas aquo/
sa in idropicis pertingens vsqȝ ad canales pulmonis: ge/
neratur inde tussis vnde vicinus est suffocationi. Et Aui.
dicit in 3°. cañ. ꝙ quando dominatur mā idropisis: adeo
donec faciat accidere anhelitum ⁊ constrictionem anhe/
litus ⁊ solutionem ventris: illud significat propinquitatē
mortis in tribus diebus. ¶ Item idropisis veniens pro/
pter duritiem splenis est magis salua q̃ȝ veniens propter
duriciem epatis: ⁊ speratur in p̄ma curatio: in secūda nō:
nisi in p̄ncipio fuerit medicus sciens ⁊ diligens ⁊ patiens
obediens: ⁊ alia extrinseca bene subueniāt. ¶ Hic notā/
dum ꝙ omnis idropisis est curabilis: de frigida nō est du
bium: de calida dicit Constantinus 7°. practice sue. ca°. de
idropisi. ꝙ nullus curatur. Dico ego ꝙ verū est beneficio
nature: tamē beneficio artis sic. vel sic nullus curatur de
calida idropisi nisi cum difficultate ⁊ longo labore: ⁊ nisi
virtus fuerit fortior ⁊ habitudo patiētis ⁊ complexio ra/
dicalis fortis ⁊ bona. Et post confirmationem. i. post sta/
tum nullus curatur: ante bene potest. ⁊ ego expertus suȝ
mediante dei gratia in monialibus ⁊ monachis albis ⁊ ni
gris qui habuerūt ventrem inflatū per. xv. pollices plus
solito ⁊ testiculos etiam inflatos ⁊ maliciam anhelitus ⁊
tussim: ⁊ in baluis ⁊ succonibus ⁊ fere in omni genere ho/
minum de quo omnes mirabantur. nullum tamen in cu/
ra talem accepi nisi ad tentandum ⁊ alleuianduȝ in quā/
tum possem: ⁊ si curarem ꝙ tunc tantum vel tantum ha/
berem. vnde non potest promitti ibi aliquid nisi sub con/
ditione. ¶ Item si alicui habenti maniam vel melanco/
liam accidat idropisis resoluitur mania ⁊ melancolia: p̄/
pterea ꝙ idropisis humectans est causa. dicit Auic. cap°.
de idrop̄. sed Halie. 7^a particula affo. cōmento 5°. dicit ꝙ
hoc est propter hoc quia materia melancolie mittitur in/
ferius. ¶ Iteȝ melius est ꝙ natura. i. venter sit siccus in
principio idrop̄. q̃ȝ sit humidus ⁊ laxus: quia virtus tunc
significatur fortior nisi sit apostema calíduȝ desiccans fe
ces. ¶ Item quando accidunt vlcera in corpore propter
malitiam complexionis sanguinee: ⁊ vlcera in ore ⁊ gingi
uis propter maliciam vaporis: tunc sunt prope mortem.
¶ Item quando descendit ex idropisi: qd̄ est sicut caro:
p̄nunciat mortem. ¶ Item fetor totius corporis ⁊ anhe
litus sudoris ⁊ sputi ⁊ eoruȝ que exeunt a corpore sunt si/
gna mortalia: quia fetor significat putredinē in corpore.
dicit Halie. 2°. p̄nosti. cōmento 22°. ¶ Iteȝ idropici quā/
do nascuntur vulnera in corpore non facile sanantur. di/
cit Hyppo. 6^a affo. affo. 8°. Et causa est quia vulnera nō cu
rantur nisi desiccētur: quia ipsi sunt nimis humidi humi
ditate accidentali ⁊ mala. Et Auicen. primo cañ. fen scd̄a.
cap°. 4°. in fine. ponit idem ꝙ si in membro habente malā
complexionem accidunt vlcera non curantur nisi desic/
cent̄: quia ipsi sunt nimis humidi. vel tarde: sicut in idro/
pico vel leproso: vt dicit. ¶ Item vrina bicolor in idropi
si est mortalis: sicut cum est ruffa inferius ⁊ liuens superi
us: aut cum est rubea superius ⁊ nigra inferius. ¶ Item
quibuscūqȝ epar circūdolet ratione debilitatis fe. super/
ueniens soluit dolorem. dicit Hyppo. 7^a particula afforis.
affo. 53°. Ex isto sequitur ꝙ timpanites sit curabilis fe. su/
perueniente: quia ibi est dolor in epate ⁊ circa epar ratio/
ne ventositatis. consequens tamen est falsum: q² augmē
tat ventum debilitando digestionem cū hoc: quia ista est
sicca idrop̄. ⁊ fe. est sicca. Dico ꝙ dolor in epate contingit
rōne apatis calidi ⁊ rōne opilationis ⁊ rōne ventositatis.
Primus est cum fe. secundus est paruus. ⁊ est magis gra
uitas q̃ȝ dolor magnus. ergo dolor sine fe. ex ventositate
grossa erit: cui si fe. supueniat sine dubio cura erit. ¶ Itē
dicit Hal'. 6^a particula affo. cōmento. 40°. ꝙ ventosus do/
lor in fe. curat̄. Et tunc ad argumētū dico ꝙ in timpanite

epar non dolet:sed stomacus ꝛ venter:ꝛ fe.non consumit ventositatem in stomaco:sed in ipocundrys siue flegmone.dicit Hyppo.Et si arguitur.fe.valet in spasmo.ergo in idropisi frigida:quia consumit pmo vnam partem:deide aliam quousqꝫ totuꝫ consumatur.Dico ꝙ virtus non potest stare quousqꝫ tota materia consumatur:nisi sit in pncipio idrop̄.frigide non confirmate ꝛ in virtute forti.Similiter fe.debilitat epar.ergo materia multiplicatur:ꝛ iō si pars cōsumatur alia tanta ex alia parte multiplicatur. Nec ē simile de spasmo ꝛ idropisi:qꝛ vtraqꝫ.s.fe.ꝛ idrop̄. est morbꝰ vniuersalis.spasmus non.Similiter in spasmo est materia pauca:in idropisi multa:ꝛ plus de mala q̄ȝ de bona:ꝛ fe.citius consumit bonaꝫ q̄ȝ malam.econuerso in spasmo:sicut dicit Gilbertus in vrinis. ¶ Itē Hyppo.7ª particula affo.affo.56º.Quibuscūqꝫ epar aqua repletuꝫ in omentū.i.pelliculā ventris erupit:his venter aqua repletur ꝛ moriuntur.i.mori possunt nisi iuuent̄:qꝛ quādo vesice vel pellicule circa epar implentur aqua ꝛ rumpunt̄: aqua ista currit ad pelliculas solidas circa ventrē inferiꝰ vbi dicimus intestina esse ꝛ matricem:qꝛ dicimus fetum esse in ventre.quando ergo aqua ista intantū abundat ꝙ non potest ibi cōtineri:sed replet stomacū vt cōmuniter tunc moriunt̄.Sed Aui.in caº de causis iposarce:dicit ꝙ ipse estimat ꝙ hec aqua est plus nocens in epate q̄ȝ in vētre:qꝛ plus interficit suo vapore:qꝛ corrupta est:qꝛ tunica epatis continens ipsum est corrupta rōne illius.ꝛ ideo raruꝫ est ꝙ aliquis euadat.Et iō dicit Gal.7ª particula affo. cōmento 44º.de sanie.si enim sanies in tunica sit epatis ꝛ sit sana ꝛ sine macula substātia sua:euadunt.ꝙ si substātia epatis corrupta sit:necessario pereunt. ¶ Item quando est idropisis asclites eueniens subito post lapidem exeuntem excedentē absqꝫ causis manifestis in epate:tunc pro certo est vna duarū viarū duoꝝ testiculoꝝ iaꝫ disrupta.dicit Auic.caº de signis asclitis. ¶ Item quādo in facie hominis aut manu eius sinistra ē mollities.i.ablatio sensus vel motus.i.paralesis:ꝛ accidit in pncipio illius accidentis pruritus in naso:moritur in scdo die aut tertio.H ponit Auic.caº de signis iposarce. ¶ Item quādo timpanites dominatur cuꝫ constipatione ventris per octo dies ꝛ cum clisteri non euacuatur nec alleuiat̄:qꝛ forte nō potest intrare ꝑpter repletionē intestinoꝝ:tunc mors est in pānis.Et si duret per octo vel.xx.dies sic:ꝛ potat ꝛ comedit aliquid:sinuꝫ.i.vmbilicus rumpet̄.hec ego:ꝛ moriuntur.Idem iudiciū de idropisi matricis vt videbit̄:nisi qꝛ illa assimilatur impregnationi : ꝛ distinguit̄ qꝛ in idropisi eius est inflāmatio vsqꝫ ad vmbilicum tantuꝫ:sed in ipregnatione vltra.silr pōderosior est ꝛ locus frigidior ꝛ sine motu ꝛ inflatio pedum est maior.oppositum est in impregnatione. ¶ Iteꝫ pueri in vtero materno aliquādo idropicantur ex malo regimine matris comedentis fructus ꝛ frigida vt lacticinia ꝛ truffatoria:ꝛ illud scitur per quantitatem ventris ꝛ frequentem motū ad exituꝫ ꝑpter nocumentum fetus:ꝛ cum in partu venerit:moritur mater vl opꝫ ꝙ scindatur fetus vel mater:ꝛ ita periculū est vnius vel amborum:ꝛ ideo errant mulieres impregnate comedentes nimis de fructibus ꝛ lacticinys. Similiter cōtingit pueruꝫ idropicari quādo mulier fuerit idropica ꝛ eua sit:ꝛ post ipregnatur:qꝛ totus sanguis est aquosus: ꝛ ideo incidit fetus ꝑpter passibilitatē suaꝫ ꝛ humiditatem suā istum morbū faciliter. ¶ Itē cū idropicus patitur catarrum redit inflatio in spatio trium dierum:ꝛ fm plurimū fit illud ex ventositate.dicit Auic.

**Signa** huius passiōis cuius sit humoris aut sicci aut humidi sunt. qr illa que est sparsa nigra ⁊ corpulentior ⁊ acutioris capitis est de humore acutiore: que est latior ⁊ p̄fundior est minoris acuitatis ⁊ humidior. ¶ Si igit̄ fuerit ex sanguine tunc locus vergit ad ruborem cum humiditate ⁊ magno pruritu ⁊ delectatiōe magna in scalpendo: lȝ postea in fine sit dolor. ¶ Si autem fuerit de flegmate adusto vel salso: qr nō ab alio fit. tunc sunt ibi squame ⁊ sanies ⁊ pruritus vehemētissimus ⁊ delectatio in scalpendo: sed in fine dolor vehemens. Et est tunc vrina ruffa vergens in colorez pallidū: aliquantulū spissa in fundo: superius tenuis ⁊ radiosa sine obūbratione ⁊ confusione substātie: nisi febris cōiungat̄ cū aranea rubea sine pinguedine liuens in superficie liuore vergente in nigredinē. Et aliqñ est cuȝ cōtentis nigris adustis ⁊ cinerosis. ⁊ talis vrina significat scabieȝ de flegmate salso adusto. ¶ Si fuerit de mel'ia totus loc⁹ in circuitu vergit ad nigredinē: ⁊ pustule ⁊ scabies sunt sicce cū modica pōderositate ⁊ virulētia parua ⁊ est pruritus cū furfurib⁹ ⁊ squamis. ¶ Si fuerit de colera loc⁹ vergit ad citrinitateȝ cū magno pruritu ⁊ siccitate ⁊ fissuris. ⁊ in oībus istis vrina hȝ contenta nigra cū cinerosis contentis.

**Pronostica.** Pruritus senis parum obedit curationi. nec valet ei nisi vt bene regatur ⁊ blandiatur ⁊ fiat cura palliatiua. ¶ Similiter scabies in decrepitis est difficilis aut impossibilis curatiōis: ⁊ maxime scabies humida. ¶ Iteȝ scabies de melācolia aut de carne bouina vel de corruptis cibis ⁊ potib⁹ generata: sicut de ceruisia recente q̄ incipit pallescere ⁊ de ceruisia vel vino guttatim collectis sub dolio est pessima et infectiua corporis replens ip̄m maculis. ⁊ si desiccet̄ cito redit maxime quando patiens replet se ⁊ inordinate viuit: sicut quādo comedit carbonatas oua frixa cū pinguedine vel oleo in ientaculis mane vel sero. ¶ Itē scabies feda multas partes corporis occupās vlcerosa fetida hȝ multā radicem. ⁊ est de egritudinibus malis auferentib⁹ somnū: ⁊ est difficilis curatiōis. Si modicū de corpore occupet: nec aufert somnū nec multū angustiet: facile curatur. ¶ Item scabies in nucha est turpis: ⁊ similiter in collo ⁊ in faucib⁹ ⁊ est cure male. ¶ Similiter scabies in tibys ē cure male. tamē in fine tertiane post signa digestionis est signum euasionis. ⁊ ideo scabies in idropisi tarde curatur: sed tamē est signū bonuȝ. ¶ Simil'r pruritus in eis ⁊ in fine febris est bonus. ¶ Scabies etiā in iūcturis est mala: etiā in partibus inferioribus est peior q̄ȝ in superioribus nisi in capite. quia remotiores a fonte caloris. ¶ Item coitus cum tineosa vel menstruata vel scabiosa vel chachochimia. i. plectoria vel repleta repletione quo ad virtutem: scilȝ de humoribus putridis facit scabieȝ. i. infectionem impetiginosaȝ vel morpheatā vel leprosam vel male cure. ¶ Itē scabiosus vtens coitu frequēti tarde curat̄ vel nunq̄ȝ q̄ȝ diu vtitur: qr odor fetidus exit a luxuriosis. dicit Auic. in 4ª. quia ibi cōmouent̄ humores ⁊ seminantur per totum corpus ⁊ corrumpunt̄.

**Cura** In cura scabiei ⁊ istarū infectionuȝ multa sunt facienda. p̄ª cura est melior cum qua est sufficientia. dicit Auicē. in 4° cañ. fen 2ª. ⁊ tractatu 3°. cap°. de scabie. est euacuatio cum eo qḋ educit humoreȝ adustuȝ vel acutum vel salsum flegma. ⁊ illud intelligendū est de euacuatione minoratiua. 2° oportet cibuȝ ⁊ dietaȝ totā rectificare. 3°. oportet materiā digerere. 4°. opȝ euacuare euacuatione eradicatiua. 5° opȝ balneare. 6°. electuaria confortantia dare. 7°. oportet vnguenta applicare. Si tamen corpus non sit plectoricum vnguenta in p̄ncipio applicata ⁊ administrata curant.

¶ Circa p̄muȝ est sciendum q̄ si sanguis fuerit abundans flebotomia debet fieri in p̄ncipio. tamen si corpus sit plectoricum nō debet fieri flebotomia: nisi virtus sit magis fortis ⁊ corpus carnosum. ⁊ cibus in stomaco sit magis digestus ⁊ in p̄mis venis. ⁊ nō gulose vixerit patiens in duobus diebus vel tribus p̄cedētibus. 2°. fiat clistere in quo preter cōia ponatur hierepigre Gal'. ℥.5. rōne aloes qḋ ibi intrat. Deinde lauet̄ aloe bene ⁊ infundat̄ ponderis. ℥. ij. in sero caprino per diem ⁊ noctem. in crastino coletur: ⁊ si vis clarificetur ⁊ colatura detur. ⁊ h̄ fiat tribus dieb⁹ cōtinuis. deinde alternatis diebus. deinde post tertiā dieȝ. ¶ Deinde. ℞. succorū fumi terre scabiose boragi. añ. lib. 5. Deinde. ℞. succoruȝ mirabol'. citrinoruȝ kebulor̄ indorum. añ. ℥. ij. belliricorū emblicor̄. añ. ℥. i. infundant̄ in sero caprino vel alio die ⁊ nocte. deinde fricetur ad lentuȝ ignem ⁊ decoquatur in succis predictis. deinde permittatur residere: ⁊ tunc clarificet̄: ⁊ in colatura ponat̄ cassiafi. ℥. i. ⁊ detur mane ⁊ sero. ¶ Item in sero caprino pōt dari die quolibet coclear vnum de epithimo. ⁊ leuiter purgat humorem salsum ⁊ adustū. ¶ Item in sero aliquo decoquat̄ fumus terre: ⁊ tūc coletur ⁊ in colatura detur sene. ℥. i. vel. ij. ista sunt que longo vsu curant ⁊ purgant purgatione minoratiua. Si tamē non habeat̄ serū capiatur herba fumi terre ⁊ thimus ⁊ scabiosa cū capill'. ve. ⁊ epatica in estate. ⁊ decoquat̄ ⁊ clarificetur: ⁊ cum sene vel epithimo detur. ⁊ est optimuȝ ⁊ satis expertum a me.

¶ Circa scd̄m est sciendum ꝙ scabiosus cauere debet ab omnibus salsis ⁊ frixis ⁊ ab omnibus que vrunt sanguinem: sicut cepis ⁊ porris allys pipere melle et similibus. Tamē mel in decoctione medicinali potest eis dari: sed non via cibi. ¶ Simil'r omnia acuta nocent sicut grana paradisi ⁊ gar̄. ⁊ diuretica statim post prandiū. ¶ Caueat etiam ab omnibus cibis qui generant sanguinem melancolicum sicut a carnibus vaccinis leporinis ceruinis anserinis ⁊ anatinis ⁊ carbonatis adustis et caseo salito antiquo ⁊ similibus. Caueat a cena ⁊ a ientaculis ⁊ a dormitione diei ⁊ statim post cibum ⁊ a motu magno post cibū. Uitet etiam panem azimuz ⁊ panem actualiter caliduz ⁊ omnia ventosa. Caueat a pinguibus ⁊ viscosis opilantibus ⁊ a fructibus de facili putrescibilibꝰ ⁊ a lacte ⁊ ouis ⁊ a sanguine animaliuz ⁊ a cito conuertibilibus in malū. Non igitur eis valent herbe crude nec fructus crudi sicut castanea pira et coctana cruda persica nespile nuces magne. nec poma nec pruna nec raffanus. ¶ Itez caueat ab ira tristitia cogitatione īmoderato exercitio ⁊ sollicitudine ⁊ constipatione ⁊ a coitu multo ⁊ a repletione multa vel tarda vel frequenti ⁊ ab ebrietate ⁊ a similibus accidentibꝰ anime ⁊ alys superfluis. Utatur cibis facile digestibilibus ⁊ carnibus hedorum ⁊ porcellorū iuuenum ⁊ arietum ⁊ carnibus caponū ⁊ gallinarū ⁊ fasianorū perdicum: sed non paruarum auium nec lacunaliū cum pedibus continuis. ⁊ vtatur boraginibus ⁊ buglosa viola malua ⁊ fragraria in potagys. ¶ Item bibat vinum aromaticum bene limphatum non mustum nec ceruisiaz nouā nec acrem. ⁊ ista de dieta sufficiant.

¶ De tertio notandum ꝙ illa que digerunt coleraz nigrā ⁊ similia: etiam digerunt flegma salsum ⁊ humidum qđ est in aduri que hic sunt necessaria ⁊ sufficientia. ¶ Si sit flegma salsum. ℞. radicum feniculi petro. apy raffani lapacy acuti. ana partem vnā succorum boragi. fumi terre scabiose. ana quart. i. sandalorum albo. ⁊ ru. semi. endiuie melonum. an̄. ʒ. y. ros̄. ℥. ſ. florum boragi. ℥. i. floruz camomille violarum tamarisci. an̄. ʒ. iy. anisi carui sileris montani. an̄. ℥. ſ. liquiri. quar. vnā cinamomi nucis musc. ana. ʒ. y. spice nardi. ʒ. ſ. zuccari. quar. vnā mellis rosa. lib. vnā fiat potus ad pondus lib. vel quarte anglice: qđ idem est. ¶ Sed si materia sit melancolica vel colera adusta ⁊ sit scabies sicca. Tunc. ℞. radicum celidonie raffani enule campane radi. feniculi lapacy ru. ⁊ acuti ana partez vnaz thimi camedreos scolopenđ. foliorum celidonie. an̄. M. vnū succi fumi terre scabiose boraginis florum genestre. ana. ℥. i. vtriusqꝫ sticados. ana. ℥. ſ. cuscute carui peonie. ana. ℥. i. corticum genestre fraxini cinamomi. ana. ℥. ſ. vuarum passarum mundatarum ab arillis quartā vnā liquiri. quar. i. zuccari ⁊ mellis despumati. ana lib. ſ. vel ponatur mel tantum ad pondus lib. i. fiat potus vt priꝰ. ¶ Si tamen sit colera adusta. ℞. radicum feniculi petros̄. bruſci. ana partem vnaz endiuie cicoree scolopendrie capill'. vene. rostri porcini celidonie thimi camedreos. an̄. M. ſ. succi fumi terre libr. i. succi absint. quartaz. ſ. sandalorū vtrorūqꝫ: semi. scariole lactuce melonum. an̄. ℥. ſ. ros̄. florum boraginis viola. ana quartam. ſ. vel. ℥. i. rasu. eboris. ℥. ſ. cinamomi. ℥. i. spody. ʒ. i. vuarum passarum mundatarum quartam. ſ. liquiri. quartam. i. zuccari lib. ſ. fiat sicut prius. ¶ Cōmunia digerentia sunt sicut sirupus de fumo terre sirupus de boragine valēt in omni causa. ¶ Similiter in maio potare per septem dies succum fumi terre extractum cum sero sine decoctione est optimum scabiosis. ⁊ hoc inuit Serapio in libro qui vocatur seruitor. Sz non potet aliquis succum fumi terre cruduz: nisi sint duo dies inter illas potationes vel vnus: quia aliter cōmouēdo humores faceret febrem. Melius est tamen ꝙ crudus non potetur sed clarificatus. ¶ Item aliud de meis secretis. ℞. fumi terre boraginis buglo. scabiose absin. an̄ quantum vis succus extrahatur ad quātitatem lib. y. cū sero caprino vel alio decoquatur vsqꝫ ad consumptionez seri ⁊ semper dispumetur. ⁊ tunc in fine permittatur residere ⁊ quolibet die in tempore may. ⁊ dum durant succi predictarum herbarum potetur bonus tractus actualiter frigidus. ⁊ si tempus sit calidū quādiu homo indiget vl' per. x. dies. ⁊ iste potus per se multos scabiosos vel fere leprosos curauit. ⁊ ideo pro recōmēdato habeatur. Et si vis dulcorare cum zuccaro pro delicatis melius erit ⁊ voco eum sirupum scabiosorum. ¶ Si vero volumus sirupos cōmunes digerentes diuersos humores superius videamus capitulo de quartana in libro p̄mo.

¶ Circa quartum est sciendum ꝙ euacuantia flegma salsum qđ est cōmunis materia scabiei sunt illa que ponuntur in libro p̄mo. caº de cura quottidiane: ⁊ capitulo de cura tertiane note. Tamen in proposito si plectoricum est corpus fiat flebotomia. Deinde vtatur oximelle diuretico oxizaccara composita sirupo de fumo terre. ¶ Et tūc ℞. florum boraginis. florum viol'. folliculorum sene epithimi liquiri. vuarum passarū mundataruz. ana. ʒ. i. agar̄. turbith zinzib. anisi. ana. ʒ. y. fiat decoctio in sero caprino vel vaccino vel in aqua. ⁊ in decoctione temperentur cortices mirabolanorum chebulorum indorū belliricorum. ana. ℥. ſ. citrinorum. ʒ. y. ratiōe colere fricentur lento igne ⁊ colentur ⁊ dentur in aurora vsqꝫ ad lib. ſ. ¶ Uel sic. ℞. anisi celidonie scabiose. ana. ℥. i. ſ. decoquantur in aqua ⁊ in decoctione temperentur ⁊ infundantur ista. ℞. agarici ʒ. y. turbith zinzib. ana. ʒ. i. mirabolanorū chebuloruz indorum. an̄. ℥. ſ. sene cassiefistu. ana. ℥. i. deinde in crastino fiat clarificatio cuz melle ⁊ zuccaro: ⁊ detur mane. Et potest eodem modo colari aloe lotum ⁊ infundi: ⁊ valet in omni scabie. ¶ Deinde si fortius vis operari iteretur digestiuum suum vel s̄m partem recepte vel s̄m totam receptam. Deinde. ℞. hierepigre Galie. ʒ. y. hiere ruffini. ʒ. i. esule masticis. ana. ℈. i. agarici turbith. ana. ʒ. ſ. zinzib. ſ. conficiantur pillule cum oximelle diuretico vel simplici ⁊ iterentur precedentia. Iste pillule dentur de nocte stomaco ieiuno ⁊ superdormiat. ⁊ quā cito incipiunt moueri amplius non dormiat quousqꝫ cessauerit fluxus stante virtute nisi superfluat. ¶ Similiter potus digestiuꝰ potest dari post primū somnum quādo homines cenant: et tunc superdormiant. ⁊ similiter potus laxatiuus: sed non ante. s. dum stomacus est plenus. ¶ Si sit scabies de colera adusta: tunc cum sirupo acetoso ⁊ de fumo terre ⁊ de boraginibus ⁊ violatis potest digeri vel cum oxizaccara composita. ¶ Et si sit corpus plectoricū fiat flebotomia parua de mediana vel basilica. Deinde. ℞. endiuie cicoree epatice scolopendrie thimi celidonie. ana. M. ſ. decoquantur in aqua vel in sero bono ⁊ in decoctiōe infundātur per noctem vnam adminus ista. ℞. cassiefist. sene epithimi. ana. ℥. i. florum violarum boraginis. an̄. ℥. ſ. prunorum. xx. tamarindorum mirabolanorū citrinorum indorum emblicorum. an̄. ʒ. y. vel. iy. mirabola. fricentur lento igne ⁊ in crastino colentur ⁊ cum zuccari lib. ſ. dulcorētur ⁊ clarificentur ⁊ dentur in aurora vel post primū somnum. Et potest reubarbarum quolibet die imponi potui si patiens sit colericus iuuenis: ⁊ tēpus sit estiuale ad pondus. ʒ. ſ. ¶ Et si vis operari fortius. ℞. electuary de succo ros̄. trifere saracenice. ana. ʒ. y. hiere ruffi. ʒ. ſ. ⁊ ad pondus quadrantis vel ebuli. Conficiantur pillule vel cum oxizaccara vel cum sirupo de fumo terre. ⁊ potest addi si vis diasene vel diaboraginatum ⁊ plus valebit. dentur

in nebula vel in pulvere liquiri. vt prius. ¶ Sed si sca/
bies sit de melancolia: cuius signuz est: quia pustule sunt
nigre non multum eminentes cum alijs signis predictis:
tunc digeratur materia vt prius vel cum oximelle squil/
litico vel sirupo de fumo terre. ¶ Deinde. ℞. radicuz la/
pacij acuti celidonie polipodij. ana. quar. i. scabiose sapo/
narie scolo. thimi camedreos. an̄. M. ß. anisi maratri car/
ui. ana. ℥. i. boragi. ℥. i. sene. ℥. i. ß. agarici. ʒ. ij. mirabolanorū
indorum belliricorū emblicorū. ana. ℥. ß. temperentur mi/
rabolani cum fumo terre vel succo fumi terre per noctez
⁊ diem. ⁊ in crastino fricent̄ in succo illo ad lentuz ignem.
Alia laxatiua ponant̄ in infuso in decoctione ⁊ in crasti/
no clarificetur potus ⁊ administretur mane vel in vespe/
re si non cenet. vel si sic post primuz somnum ⁊ superdor/
miat modicum: ⁊ tunc deambulet: quia motus mouet et
conturbat. ¶ Et si vis fortius operari. ℞. biere ruffi. ʒ. ij.
diaboragiati diasene catbolicō. an̄. ʒ. i. lapidis lazuli ablu
ti nouies. ʒ. i. vel. ß. anisi masti. bdelij. ana. ℈. i. cuz oximel
le squillitico. conficiātur pillule vel cum sirupo de fumo
terre ⁊ dentur. i7. vel. zi. quando vadit dormitum. ⁊ post
potet modicum de vino ⁊ ad lectuz vadat ⁊ dormiat: sed
cuz incipiunt operari ne vomat masticet zinzib. ⁊ odoret
panem acetosum modicuz tostum ad ignem infusum in
aceto vel ruta ⁊ quiescat quousqꝫ cessauerit abhomiatio:
⁊ cum laxant moueatur ⁊ de brodio caponis vel galline
accipiat: quia illud iuuat ⁊ cōfortat. ¶ Et si nō ducat suf/
ficienter fiat potagium de boragi. buglo. patina petros. ⁊
fortior operatio fiet. ¶ Et si oportet post ista fiat flōmia
in vtroqꝫ brachio. si patiens toleret ⁊ repletio sit magna.
Deinde fiant scarificatiōes in anterioribus ⁊ posteriori/
bus tibiarū. ¶ Deide vtatur oxizaccara sirupo de fumo
terre ⁊ sirupo de boragi. deinde cum cassiafist. prunis flo/
rum tamarindorū ⁊ boragi. euacuetur. ⁊ materia adusta
⁊ sanguis mundificet̄. Uel sic. ℞. epatice cicoree endiuie
plantaginis. an̄. M. ß. melonum cucurbite citrullorū se.
portulace: semi. papaueris albi sandalorū omniuz. an̄. ℥. ß.
florum boraginis violarū ro. an̄. ℥. i. cassiefist. munde. ℥. i.
tamarindorum. ℥. ß. prunorū numero. xx. succi fumi terre
boraginis buglos. an̄. quar. i. iuiubarū sebesten si inueniā
tur ⁊ sanguis sit subtilis. an̄. ℥. ß. sene. ℥. ß. ꝓpter materiam
adustam. zuccari lib. ß. cum ptisana pōt fieri. Deinde fiat
flōmia de saluatella dextre manus: si particularia cōue/
niant ⁊ alia que dicta sunt in cap. sinoche in libro primo.
¶ Itez ventose in cruribus conferunt scabiei fede: quia
sanguinem mundificant.

¶ Quinto sciendum ꝙ balnea sunt facienda ⁊ stuphe pri/
mo in causa frida de flegmate vel melancolia. ℞. acrimo
nie scabiose fumi terre lapacij acuti ⁊ ru. germandree vel
camedreos: qđ idez est: centauree. an̄. M. iij. ⁊ decoquan
tur in aqua ⁊ intret stupham siccaz per duos dies: vel im/
pleantur olle de istis herbis ⁊ ponatur ex vtraqꝫ parte le/
cti ⁊ bene cooperiatur patiens ⁊ sudet. deinde lauetur cū
aqua salsa vel cum aqua calida simplici. ⁊ cito post terga/
tur molliter ⁊ leuiter. ¶ Item lotio manuuz ⁊ cruriū cuz
propria vrina est bona post purgationem: quia abstergit
⁊ consumit desiccando. ¶ Item pulegiuz aufert pruritū
quādo cum aqua decoctionis eius ⁊ cum ipso fit lotio et
fricatio vel balneatio vel stupha. ¶ Si causa sit calida.
tunc. ℞. florum boraginis viol. nenufa. ros. albarum epi/
thimi camomille mellilotí fumi terre furfuris maluaruz
blete. an̄. M. ij. ⁊ fiat stupha vel balneum: ⁊ tunc modicū
de aceto imponatur. Deinde tergatur ⁊ fricetur cum fari
na fabarum ⁊ semine melonuz ⁊ oleandro siluestri. idest
ossei. ⁊ fiat lotio sicut prius dixi de pulegio. ¶ Itez qđ di/
citur de pulegio dicitur de folijs enule campane. ⁊ nō so/
lum in homine: sed etiam in alijs aīalibus valet. ¶ Itez
apium ⁊ absint. ⁊ folia vitis fumus terre valent in omni
causa quocunqꝫ modo preparentur.

¶ Sexto dāda sunt electuaria. ℞. ros. nouelle diarodon
abbatꝭ. ana quar. ß. misceantur ⁊ dent̄ in causa flegmatis
salsi. Et tūc electuaria laxatiua sunt diarodon catholicō
diaturbith catarticum imperiale. ¶ Sed si causa sit co/
lera adusta. ℞. diaboraginati triasandali. an̄. quart. ß. mi/
sceantur ⁊ vtatur post primum somnuz ⁊ superdormiat.
¶ Si causa sit melancolia. ℞. diacalamenti diacapparis
℥. ß. pliris. ℥. i. ꝓpter fumos melancolicos eleuatos ad ca/
put dianthos. ʒ. ß. misceantur. ¶ Laxatiua sunt diabora
ginatum diasene catholicon. et possunt fieri magistralia
prout melius expedire videtur.

¶ Septimo ⁊ vltimo apponenda sunt vnguenta. et inter
alia valz plus vnguētuz ad flegma salsuz qđ est mihi pro
prium qđ sufficit facta purgatione sine alio medicamine
cuius recepta est hec. ℞. olibani argenti viui extincti cuz
saliua hominis ieiuni: cere albe olei laurini. ana. ʒ. ij. salis
cōmunis grossi ad pondus omniuz. assungie porci recen/
tis quantuz sufficit: sal teratur subtiliter: ⁊ olibanum cuz
cera liquefiat ⁊ assungia ⁊ alia imponantur: ⁊ est vnguen/
tum optimum cum quo curaui multos ab omni pruritu
⁊ scabie qui apparuerunt quasi leprosi. ⁊ in tantū ꝙ opor
tuit ante illud vnguentuz appositum habere duos homi
nes scalpentes etiam in prandio. Etiaz in scabie senum ⁊
in sicca scabie sine purgatione: sed plus valet post purga/
tionem. Et in humida modicum valet ante purgationez:
⁊ debent manus ⁊ pedes lauari in plantis ⁊ volis versus
noctem: ⁊ tunc desiccari: ⁊ post inungi cum isto vnguento
in volis manuum quādo vadit dormitum. ⁊ curat scabiē
ab vmblico supra: ⁊ plantis pedum. ⁊ curat etiam ab vm/
blico inferius. ⁊ valet contra pruritū inunctum super pu
stulas si vis. nec obstat si sint tres cause pncipales scabiei
quin vnum medicamen cōpositum valere possit respectu
diuersorum medicantiuz. Fit enim scabies ꝓpter debi/
litatem expulsiue sicut in senibus ⁊ conualescentibus: et
qui etiam sunt sicci: ⁊ ideo recipiunt: ⁊ ꝓpter ciborum ma
litiam ⁊ multitudinem ⁊ mordicationē: ⁊ ꝓpter debilita
tem digestiue. ¶ Item ad omne genus scabiei accipe la/
pacium acutum ⁊ inuoluatur in stuppis canapinis made
factis in aceto ⁊ coquatur sub cinere calido diu donec be
ne coquatur ⁊ postea bene teratur cum assungia porci ve
tustissima stuppis ⁊ corticibꝰ exterioribus remotis: ⁊ po/
stea ponatur tertia pars sulfuris ⁊ fuliginis que adheret
camino vel tecto vel tegulis ⁊ parum argenti viui. Dein/
de manibus cū saliua hominis ieiuni madefactis omnia
cōmisceantur bene ⁊ incorporentur. ⁊ est probatissimum
in omni genere scabiei: imo sine argento viuo optime va
let. ¶ Item vnguentum factū de allijs minutissime tri/
tis ⁊ diu cum assungia porci curat omnez scabiem in tri/
bus appositionibus. ¶ Item vnguentum albū cōmune
est vnguentum ꝓprium superinunctū. ¶ Item in scabio
sa facie valet vnguentuz citrinum sepe inunctuz: ⁊ in cru
ribus valet vnguentuz fuscuz specialiter. ¶ Item in vn/
guento citrino pone modicum litargirij ⁊ curat guttam
roseam in facie. ¶ Item contra scabiem de flegmate sal
so confice vnguentum cuz aloe ⁊ calce viua ⁊ oleo cōmu
ni: sed prius extinguatur calx si scabiosus sit tenere cutis.
¶ Item cinis alliorum cum melle valet scabiei ⁊ impe/
tigini. ¶ Item quādo apium recens cum sale tunditur ⁊
ponitur in pāno lineo ⁊ fricatur scabiosus in balneo valz
¶ Cōmunia ⁊ leuia sunt lauare manus frequenter cum
sero calido vel sicut actualiter calidum separat̄ a caseita
te. ⁊ similiter lauare cum vrina ꝓpria ⁊ cum lixiuio facto

de cinere vitium est optimũ. ¶ Item scabiem calidã valenter curat argentũ viuum extinctuȝ cum saliua hominis ieiuni distemperatũ cum oleo rosa. sed argentũ viuũ non debet poni in facie nisi raro. ¶ Item lachryma quãdo exit de vite quãdo ponit᷑ ad ignem curat scabiem inunctam vel lotam ſm Auic. ¶ Iteȝ succus celidonie positus super scabiem curat omnia ⁊ desiccat. ¶ Iteȝ aqua calida resoluit materiaȝ eius: sed nõ diu moretur. ¶ Itẽ cõtra sirones ⁊ vermes nascẽtes in manibus ⁊ digitis capiatur semen iusquiami ⁊ manus suffumiget᷑ ponendo semen illud in ignem vel super carbones. ¶ Item ouũ assetur ⁊ excorticet᷑ ⁊ calidum superponat᷑ ⁊ curat. ¶ Iteȝ sulphur contundat᷑ cum oleo nucum ⁊ fac vnguentuȝ qd̃ omneȝ scabieȝ curat infallanter. ¶ Item vademecũ est bonũ in omni pustula ⁊ scabie ⁊ infectiõe. ℞. succi celidonie fumi terre boraginis scabiose lapacy acuti. añ. q̃r. i. litargiry ceruse lote eris vsti. añ. ℥. 5. misceant᷑ cum fece aceti ⁊ assungia antiqua: ⁊ fiat vnguentũ de succis predictis optimũ per se pro eisdem. ¶ Item. ℞. sũmitates recẽtis palmitis ficus folia celidonie enule campane ⁊ folia saponarie. añ. quantũ vis ⁊ conterant᷑ sicut si essent comedenda. ⁊ cõmisceantur cum assungia porci antiqua vel butiro may vel oleo nucum vel illiniatur caput tineosum vel pustule albe in corpore ⁊ veruce ⁊ alie infectiões. ¶ Iteȝ sumatur litargirium ⁊ cerusa conterantur optime donec pulverizentur: cum oleo nucum conficiantur: ⁊ pustule omnes inungantur. ⁊ curat dicit Buscoliensis. De tinea videbitur in 3° speciali.

¶ De sudore. Capitulum. VI.

Sudor dicitur a supra ⁊ do das. q2 dat᷑ in superficie corporis a natura expellente vel a mã abundãte. Cuius diffinitio est. Sudor est vapor humidus ab interiori corpore resolutus ⁊ iuxta corporis superficieȝ densatus cui pus colericũ est admixtũ. ¶ Pro quo sciendũ ꝙ vapor in corpore est duplex. s. hũidus ⁊ siccus. Humidus de subtili ⁊ grosso. subtilis dicit᷑ mulcebris. ⁊ grossus est materia sudoris. Siccus est ventositas subtilis ⁊ est materia pilorum: non tamen sũme subtilis. tamen vapor et fumus sunt aliquãdo nomia generis aliquãdo speciei ſꝫ Isidorũ scd̃a parti. affo. Dam̃. cõmento. 6z. Aliquãdo accipiuntur pro sicco vapore ⁊ humido. aliquãdo vapor specialiter pro humido tãtũ. Similiter fumus accipitur pro humido tantum: sed subtili ⁊c̃.

Cause sudoris sunt iteriores ⁊ exteriores. Exteriores sunt sicut a coopertura pannoruȝ ⁊ a stupha et a balneo ⁊ a caliditate solis aut ignis aut vento meridionali aut ex labore nimio siue aniali siue corporali aut ex accidentibus anime intensis ⁊ motu nimio.

¶ Cause interiores sunt multe. s. calor dissoluẽs ⁊ nõ resoluens vel consumens. ⁊ ideo dicit Isido. p̃mo affo. Dama. z6. cõmento. ꝙ dispersio vel dissolutio est a nãli calore. sed resolutio a calore nãli extraneo: tñ in cõmẽ. 27. dicit ꝙ dissolutio est in mẽbris solidis: ⁊ accipit dissolutionem stricte pro mẽbroꝝ cõsumptione: ⁊ repletionẽ pro cõsumptione humoꝝ cõuertẽdo in vaporẽ. ¶ Sic igitur sudor est multus a p̃te caliditatis fortiter resoluẽtis: vel a multitudine materie replentis. vel q2 aquosa subtilis calida ⁊ vaporosa ⁊ humida: vel a poroꝝ raritate. vel a contentiue debilitate: vel ab expulsiue fortitudine. Et istis tribus modis fit sudor in multis tẽpore frigidissimo statim cum incipiunt comedere: q2 pori sunt rari: ⁊ cõtentiua debilis: ⁊ expulsiua fortis: ⁊ tunc in comestione eleuant᷑ fumi statim ex cõtra operatiõe stomaci ⁊ ciboꝝ: qui expulsi ad cutem ibi a frigiditate cutis vel partiũ circunstãtiuȝ vel aeris condensant᷑ in substantiã aqueã ⁊ fit sudor. ¶ Sudor paucus fit ex causis cõtrarys: vel q2 est debile resoluens ⁊ materia pauca grossa: pori densi ⁊ cõtentiua fortis ⁊ expulsiua debilis. vñ tria sunt que augmentata diminuũt ⁊ diminuta se augmentãt: sicut sudor egestio vrina: vt habetur 4ª particula affor. affo. vltimo. Quia sudor quãdo est multus fit egestio pauca ⁊ vrina ecõuerso: nisi repletio ciborũ liquidorũ p̃cesserit. ⁊ q2 in repletione tali sicut patet in potatoribus ⁊ gulosis possibile est vrinã esse multã ⁊ egestionẽ etiam ⁊ sudoreȝ: sed a causa humorali nõ põt ſm Aui. z° cañ. ca° de sudore. ¶ Sudor eniȝ est aqueitas sanguinis cui pus colericũ est admixtũ ⁊ est superfluitas plus digesta q̃ȝ vria: q2 est superfluitas tertie ⁊ quarte digestionis. vrina secũde vt dicit᷑ ibidem. ⁊ p̃mo cañ. ca°. de generatiõe humoꝝ. ⁊ aliquãdo est superfluitas materialiter secũde digestionis. formaliter tertie vel q̃rte. ¶ Notandum hic ꝙ superfluitas tertie digestionis vno mõ dicitur: q2 per illam separat᷑ ab illo qd̃ ipsa in mẽbra conuertet. z° modo: q2 a scd̃a digestiua dirigit᷑ vel digerit᷑ scd̃a. 3ª expellit᷑. vnde sudor est duplex. nãlis ⁊ inaturalis. p̃us est in sanitate factus a causa intrinseca cũ alleuiatiõe patientis: nõ a causa exteriori vel vi sinthomatis. s. in morbis ante signa digestionis. Tñ q2 dicit Gal. ibi in cõmen. Uentres hyeme ⁊ vere. ꝙ sudor est extra nãm. Dico ꝙ illa innãlitas non est simpliciter: sed rõne caloris nãlis: q2 sigñat suam debilitateȝ vel impotentiã: q2 nõ põt insensibiliter expellere euacuatione occulta a sensu rõne grossitiei materie. vnde est extra nãm nõ vl̃em sed particularẽ que nõ põt insensibiliter resoluere. q2 nã vniuersalis vel regitiua que est in corde. s. vitalis intẽdit expellere ⁊ sufficit sibi ꝙ sit extra. sed q2 nõ insensibiliter: hoc arguit ĩpotẽtiaȝ in motore ĩmediato qui illud deberet facere. vnde Auic. 4°. cañ. fen zª. tractatu p̃mo. dicit ꝙ sudor fit a multitudine repletionis. aut ꝓpter vehementẽ dilatationem pororũ. aut ꝓpter defectũ virtutis ad digestionẽ bonam: aut ꝓpter vehementiã. ⁊ ideo egrediens est a natura.

Signa causaruȝ sudoris sumpta sunt a dictis Gal. p° ꝓnosti. c. de sudore. Quia si sudor fit in die cretica ⁊ eger liberabit᷑. ergo fit in toto corpore. ⁊ hec ẽ p̃ma spẽs boni sudoris. scd̃a est. nam sequit᷑ si sudor est in toto corpore ⁊ eger alleuiat᷑. igit᷑ est creticus. ¶ Sudor significatur. 8. vel. 9. modis. Primo per tactũ suum si est calidus vel frigidus: q2 sudor calidus significat febrẽ calidã in statu vel in augmẽto. Sudor frigidus significat in acuta febre morteȝ. in lenta significat frigiditatem materiei ⁊ longitudinẽ egritudinis. z° significat per coloreȝ suũ: q2 si ipsi intincti in sudore vergant in rubedinẽ signuȝ est sanitatis. si ad citrinitatem signuȝ est colere. si ad albedinem signum est flegmatis. si ad nigredinem vel liuorem signũ est melãcolie vel mortis. 3° sudor significat ex parte cordis. grauis enim ⁊ fetidus significat corruptionem. acetosus significat melancoliaȝ. dulcis aũt sanguinẽ. 4° significat per suum saporeȝ: q2 aliquãdo cadit vna gutta in os ⁊ patiens sentit dulcedinẽ: ⁊ ita sanguinẽ significat. aut sentit amaritudineȝ ⁊ significat coleram. aut salsedinem ⁊ significat flegma salsum. aut acuitatẽ ⁊ puncturã: ⁊ ita coleram adustaȝ significat. aut ponticitateȝ: ⁊ ita melancoliam significat. 5° significat per sui substantiaȝ: q2 subtilis sudor significat humores subtiles ⁊ viscosus viscosos significat. lutosus significat morbuȝ longum ⁊ cuȝ virtute debili periculum. 6° per quãtitateȝ suam: quia si multus fit in vigilia ⁊ in tempore sanitatis: tũc significat materiaȝ multaȝ vel caliditatem forteȝ ꝓpter motuȝ vel coitum vel ab aliquo tali vel poroꝝ raritatem vel operationeȝ: sed in somno remota causa manifesta significat

multitudinē ciboꝝ prius assumptorū īmediate. vel reple
tionem antiquoꝝ humoꝝ: vt innuit particula 4ª affo. cō
mento. 38. Que sunt cause manifeste dicit Gal. 5ª particu.
affo. cōmento. 45. sicut febris acuta diaria herisipila san
guinis fluxus: saltus percussio ⁊ morsura: magna abstinē
tia. timor ⁊ silia. ⁊ tunc manifeste vocant cause exteriores
sicut coopertura pannorū stupha ⁊ similia. 7º significat
per locum suū: qꝛ particula 4ª affo. affo. 38. vbi in corpore
sudor ibi egritudinez narrat mālr. s. pro illa que est vel
que fuit vel formalr. ¶ Et sudor aliquis est in toto corpo
re ⁊ vniuersal. ⁊ aliquis in pte ⁊ pticularis. Et sudor vni
uersalis dicit vniuersalitate loci vel vniuersalitate virtu
tis. Silr particularis dr vel loci pticularitate vel vtutis.
Sudor vniuersalis vtroqȝ mō est bonꝰ: qꝛ signat virtutez
vniuersale dñium habere super mām morbi vel sudoris
māz: que lz sit parua: tñ pōt virtꝰ spargere per totū corpꝰ.
Sudor particularis pticularitate loci vel virtutis est ma
lus. qꝛ significat victā esse nām: que nō pōt expellere nisi
per vnū locum mām que multa est. ⁊ ideo sudor si est in
capite tantū vel in precordijs tantū est malus. Si tamen
sit particularis pticularitate loci: ⁊ vlis vniuersalitate vir
tutis: qd pz per alleuiationē: tūc est bonū signū. Uñ sudor
vlis in morbo vniuersali est bonꝰ: ⁊ in pticulari morbo est
malus: nisi sit particularis morbus mēbri: cui pmo debet
virtꝰ vlis regitiua totiꝰ: sicut vitalis in corde: qꝛ in cardia
ca sudor vlis est bonus: qꝛ tenet mēbruz pticulare: cuius
virtꝰ est vlis. ecōuerso in morbo vli est malus. in particu
lari est bonꝰ. Nec est oīs morbus vlis peior pticulari nisi
loquēdo de morbo eiusdē rōnis: qꝛ apoplexia est peior ter
tiana fe. ⁊ tñ pma pticularis est rōne loci. lz rōne virtutis
sit vlis: qꝛ ibi est lesio oīuz vtutū. ¶ Itē añ signa digōnis
sudor est peior vlis: ⁊ pticularis melior. qꝛ signat virtutē
habere vle dominiū supra mām morbi. ⁊ h si in die creti
ca apparet: ⁊ cū alleuiatiōe patiētis ⁊ nō a repletiōe cibo
rū nec a cā exteriori. 8º signat per horā suaz. qꝛ si in pnci
pio venerit sinthomaticus est. i. vi morbi nō vi nāe bene
operātis: qꝛ nulla est euatio sz cursuz nāe que fit in initio
morbi. dicit Gal. 4ª parti. affo. in cōmē. illius. Egritudini
bus qbuscūqȝ incipiētibꝰ. Si in statu vel declinatiōe pōt
esse ad bonū. si in die cretico venerit ⁊ est vlis ⁊ cum alle
uiatiōe patiētis. Sed in augmēto si venerit nō pcedente
replōne noua a multitudine māe fit vel ab eius acuitate
vel a poroꝝ raritate remotis causis exterioribꝰ: qꝛ a plu
uijs vel ab humiditate aeris posset cōtingere. 9º signat
per illud qd ei succedit. qꝛ si leuitas sequit ⁊ alleuiatio: cō
fert: tūc ⁊ hoc cū cōditionibꝰ creticis reqsitis que ponebā
tur in pmo li. c. de fluxu sanguis nariū. Si horripilatio se
quit tūc est malū: qm horripilatio signat expansionē hūo
ris mali nociui in corpe. ⁊ tūc sudor nō mūdificat: sed re
mouet de malis hūoribꝰ illud cuiꝰ acuitas est fracta per
miscens ipm in hūoribꝰ qui resoluunt per sudorē.

## Pronostica.

Pronosticatio est talis: qꝛ sōnus fa
cit plus sudare qȝ vigilia: a cā. s. inte
riori: qꝛ calor innatus plus agit in humiditates. ¶ Item
multiplicat in partibꝰ posterioribus vt in dorso plusqȝ in
anterioribꝰ sicut in pectore: lz in vētre ⁊ stomaco frequen
ter fiat. ⁊ in supioribꝰ sicut in capite plus multiplicabit qȝ
in iferioribꝰ. ¶ Itē 5ª parti. affo. affo. penul. Quibꝰ coria
circūtendunt sicca ⁊ dura sine sudore finiēt vitā. ¶ Itez
sudor frigidus in acuta fe. mortalis est. vocādo frz nō vt
laici vocant frigidū. i. nō excessiue calm. qꝛ sudor tēpera
tus est bonꝰ qui venit in declinatōe post signa digōnis cū
alleuiatiōe: ⁊ est vlis. tñ in pposito vocat frigidus sudor:
qui ad tactū est frigidus. Et est mirabile qualr est fridus
in acuta feb. cū ipsa sit calor totū corpus occupans. Dico
igit ꝙ per accidēs est sudor frigidus in acuta febre: qꝛ pp
apostema interius trahēs ad se calorē ⁊ spūm ppter mor
tificationē membroꝝ exterioꝝ. ⁊ ideo calor retrahit ver
sus cor: ⁊ cor vltimo in se mouet ⁊ morit. vel qꝛ aliq ma
teria frigida in corpore est dissoluta sicut flegma vitreū.
vel ppter debilitatē caloris nālis qui non pōt se multipli
care ad cutem: qꝛ cutis est frigida ⁊ aer exterior. ⁊ ideo fe
bris totum corpus occupat nisi impediat: sed īpedit vel a
materia cōtraria: vel a debilitate virtutis: vel nālis calo
ris. frequēter aūt mā sudoris qñ dissoluit ē causa postea
vt infrigidet pp cās pdictas. Et sūt vsus de istis sudoribꝰ

Sudores cretici cōfortant sic venientes.
Sed sinthomatici sunt oēs dānificantes.
Mortem si frigidus in acuta significabit.
Si sit eger validus in molli tunc cronicabit.
Si sit totalis melior qȝ particularis.

Coctio pcedens tñ h distiguit vtrūqȝ. Qꝛ. s. añ signa digō
nis mali sunt: sed ante vniuersalis est peior. Sed post si
gna digōnis vniuersalis est melior vt dictū est. ¶ Itē su
dor sanguineus est pessimus. ¶ Itē sudor intrinsecus est
malus: qꝛ mām diuersaz significat. ¶ Itē sudor sincopa
lis ⁊ cū pulsu debili est qsi mortalis. ¶ Itē sudor in capi
te tñ est malus. ¶ Itē Gal. 4ª parti. affo. cōmēto. 42. di
cit ꝙ sudor calidus multū calorē cuz pauca mā ostendit:
in cōparatione. s. ad materiaz sudoris frigidi. ⁊ loquit ibi
de calido sudore ⁊ frigido sudore multo: vt patz in textu.
¶ Item cōmen. pmo tertij pnost. per sudorem ⁊ somnū
raro fit crisis ⁊ infantibꝰ. s. per illa duo simul. qꝛ crisis est
vehemens motus quo quis ad mortē vel ad vitaz dedu
cit. ⁊ ideo tūc pauci dormiūt ⁊ sudant quādo creticāt. Si
tñ littera nō dz glosari: tunc debet dici ꝙ dz esse per sopo
rem. i. per sōnū ⁊ soporē. ⁊ pro. i. soporē qui est suauis som
nus. ¶ Itez latus super quo hō dormit vel iacet raro su
dat. ⁊ h venit ppter coartationē pororum.

## Cura.

Circa curā duo reqrūt. pͦ strigere eū si supfluat
⁊ puocare si deficiat. De pͦ sciēdū ꝙ nō dz strin
gi nec aliq euatio nisi vsus tertiū diē si virtꝰ possit tolera
re. Et hoc est qd dicit Dama. cōmē. 62. ⁊ ꝙ nō dz euacua
tio naturalis stringi: quia natura que potest humores cō
mouere potest etiam stringere. nec sinthomatica debent
stringi cito sed paulatim. Et vt scias ꝙ est differētia inter
euacuationem naturalez ⁊ sinthomaticam: scias ꝙ natu
ralis est paulatina ⁊ sinthomatica ē subita. Qꝛ si post eua
cuationem sentiat homo se alleuiatū ⁊ melius se habeat:
tunc est naturalis. ⁊ si peius: tunc est sinthomatica. Nec
debet argui de euacuatiōe cretica: quia ipsa fit subito: qꝛ
natura non tolerat subitas mutatiōes. 2ª particula tegni.
⁊ scdo regimi. acutoruz. Dico ꝙ apparenter ⁊ quo ad nos
est subita. tamē quo ad naturā ⁊ simpliciter nō. qꝛ natura
ante duos dies anteqȝ expellat vel per tres diuidit ⁊ inci
pit expellere. ⁊ tunc in tēpore breui expellit complete: ita
ꝙ cōpletio illa est breuis. sed totalis expulsio est paulati
na vel forte a naturali dispositiōe ad naturalē natura nō
pōt tolerare subitam mutationē. tamē ecōuerso bene su
stinet: quia nec delicie nec dolores habent ab aliquo nisi
subito veniāt. vt dicit Auic. fen 2ª. pmi cañ. de causis de
liciarum. ¶ Pōt igit stringi sudor per discoopertura pā
norum ⁊ per flabellationē ⁊ piectionez aque vel aceti in
facie: nisi esset sincopalis ⁊ cum pulsu debili. tunc eniz nō
debent proijci in facie talia nisi sint aromatice sicut aqua
ro. camphorata. ⁊ ꝙ accipiat vinuz camphoratū in causa
calida: vel muscatuz in causa frigida: vel brodiū caponis
eodem modo dispositū. ⁊ ideo claretū valz ibi vel offa in
eo cū aqua ro. zuccarata. fiant ergo illa que dicta sunt in
pmo libro. capº. de accidentibus sudoris. Si tñ corpus sit

plectoricum opꝫ euacuare ipsum. ⁊ hoc si repletio sit antiqua: q̄ꝛ repletio noua cuꝫ abstinentia noua curaꝛ̄. ¶ Unde notanduꝫ ꝙ in sudore multo non competit solutio vētris ⁊ flobotomia maxime si sit ꝓpter debilitatem virtutis: sed clisteria leuia. dicit Auic. in 4°. nisi forte in cōualescentibus quādo multiplicaꝛ̄ ꝓpter reliquias hūoris: tūc nō est maluꝫ facere paruā mutationē: sed nō multā neqꝫ frequentē. 2us. s. ꝓuocatio sudoris fit cū inunctione cuꝫ oleo de camomilla ⁊ cū fricatione cum vino albo ⁊ aqua dulci. ⁊ dictū fuit in p̄mo lib°. vel cū vesica enea plena aq̄ calida apposita in extremitatibus. vel cū camomilla melliloto maluis. se. feniculi positis ī sacculo. ⁊ cū aqua calida apponaꝛ̄ lateribus vel pedibus. vel fiat stupha de his vel ponatur in olla ex vtraqꝫ parte lecti. ⁊ ista valent in febribus. si sine fe. fiat inunctio cum vnguentis calidis cōmunibus. ¶ Item notanduꝫ ꝙ in sudore fetido ⁊ grauis humoris: q̄ꝛ significat humoris ventositatem ⁊ corruptiōeꝫ: non competit aliq̄d sicut euacuatio fortis cuꝫ ieraruffi. sꝫ tyriaca vtaꝛ̄ ⁊ gētiana ⁊ tormētilla ⁊ diaboraginato acuito cum ligno aloes vel cum musco cōfortato. Et ꝙ vtatur cibis odoriferis non corruptis nec putridis. ⁊ ꝙ balneeꝛ̄ ante prandium cum capillis ve. feniculo abs. camomilla ⁊ furfure. deinde tergatur. ¶ Item quāuis in acuta feb. sudor in ceruice vel in capite tātū sit mortalis: ⁊ maxime quādo est frigidus: vt dicitur p̄mo ꝓnosti. tamen in alijs animalibus sudor in illis locis est medicinalis. vnde Auic. ponit multa que habentur per hos versus.

Sudor equi iuxta collum curat potatus aceto.
Morbum caducum sed quartanam fumigatum.
Sudor lactantis purgat cum puluere quouis.
Mānias inflatas ⁊ testiculos tumefactos.

¶ De lepra. Capl'm. VII.

Lepra est vno modo petrosa q̄ꝛ induratur ex adustione materie sicut petra. ⁊ iō sunt ibi nodositates ⁊ fissure. Alio mō diciꝛ̄ q̄si intra carnem facta: q̄ꝛ est de infectionibus carnem corrumpentibus ⁊ figurā corporis. Cuius diffinitio multiplex est sꝫ Gal. 2°. de morbo. Lepra est error virtutis īmutatiue in carne. que cū deberet cibum cōuertere ⁊ assimilare ipsi membro nō cōuertit ipꝫ. ¶ Pro quo sciienduꝫ ꝙ duplex est īmutatiua. p̄ma ⁊ scd'a sꝫ Aui. p̄mo cañ. doct. 6a. fen pa. ca°. 3°. p̄ma īmutatiua est que sperma diuidit ⁊ dat cuilibet membro lineationē figurationē ⁊ compositioneꝫ. scd'a est duplex. cōis ⁊ ꝓp̄a. Cōmunis est que in epate operationē toti corpori efficit cōmunem conuertendo chilum in chimū. Propria est in quolibet membro que assimilat nutrimentum ꝓut membro cuilibꝫ cōpetit: ⁊ hꝫ in re operationes tres. p° comprehendere nutrimentū: ⁊ hoc deficit in atrophia vl' in sinthesi que est extenuata macies. ibi eniꝫ deficit ꝯp̄sio nutrimēti per mēbra. 2a operatio est adhesio: ⁊ illud deficit in idropisi. 3a operatio est assimilatio: ⁊ illud deficit in morphea ⁊ lepra: quia ibi est cambiū ⁊ adhesio ⁊ deficit assimilatio. Aui. 4°. cañ. fen 3a. tractatu 3°. ⁊ p° ca°. dicit sic. lepra est infirmitas mala ꝓueniēs ex ꝯp̄siōe colere nigre in toto corpore que corrūpit complexionē membroꝝ ⁊ formā ipsoꝝ ⁊ figurā eorū: ⁊ finaliter ꝯtinuitatem soluit ⁊ scindiꝛ̄ ⁊ cadunt. Et iō sicut cancer cōmunis toti corpori diciꝛ̄ īfirmitas mala: ꝙ in ea concurrunt tria genera morboꝝ. s. mala complo frigida ⁊ sicca: peccatuꝫ in forma ⁊ figura: ⁊ solutio cōtinuitatis ab vlceratione. ¶ Item 2° est mala rōne longe permanētie: q̄ꝛ postq̄ꝫ semel venit non curaꝛ̄ beneficio nisi per aereꝫ. ¶ 3°. est mala: q̄ꝛ a gnōne fit qm̄ est morbus hereditarius: vt dicit Aui. fen 2a. p̄mi libri. ca° 8°. ¶ Itē si parentes sint mundi ⁊ ꝯcipiatur fetus tempore menstruorū: frequēter fit leprosus. ⁊ ex coitu leprosi cū pregnante in quo coitu īficitur fetus rōne tenereitatis: ⁊ nō mater rōne dēsitatis matricis nō de leui recipientis: ⁊ q̄ꝛ nō delectaꝛ̄ in illo coitu cito expelliꝛ̄. Si tñ sperma leprosi diu permaneat: opꝫ eam fieri leprosaꝫ vel illū qui post euꝫ coiuit p̄mo: ꝓpter infectionē vel aggregationē spirituū qui infecti totū corpus inficiunt. ¶ Diffinitur autē a Rogerio sic. Lepra est vniuersalis corruptio humoꝝ ⁊ membroꝝ incipiēs a vasis. s. intra ⁊ terminās in fontibus. Et ideo dicit Auic. in 4°. ꝙ q̄uis generatio eius p̄ma sit in visceribus: tñ p̄muꝫ vestigium eius est apparens in extremitatibus: q̄ꝛ sunt debiliores. ¶ Intelligenduꝫ ꝙ materia mel'ica spargitur aut per totuꝫ aut per partē. Si ad partē ⁊ quasi coaduneꝛ̄ extra cutem ⁊ nō adureꝛ̄: tunc generat crustas. Et si sub cute magis ⁊ nō aduritur: tūc apostema durū facit scliroseꝫ vel cancrū vlceratū. Si aduriꝛ̄ ⁊ est materia grossa: tunc generat cancrū vtplurimū vlceratū ⁊ corrosiuuꝫ. Si mā sit subtilis: tunc generat aut herpetem aut hestiomenum qui generaꝛ̄ ex adustione alioꝝ humoꝝ calidoꝝ. Si spargitur ad totū corpus ⁊ putrefiat generat quartanā. Si nō putrefiat ⁊ mittatur ad carnem generat leprā: q̄ꝛ est error illius virtutis assimilatiue in carne. Si aūt ad cutem generat morpheā que est lepra cutis. ¶ Ulterius est notandum ꝙ lepre q̄tuor sunt spēs. pa vocaꝛ̄ tiria a tiro serpēte ꝓpter squāmas ⁊ excoriationeꝫ quā facit: ⁊ fit de flegmate adusto vel mel'ia flegmatica. 2a spēs diciꝛ̄ alopitia ab alopice que est vulpes ꝓpter depilationē suā similem depilationi vulpis: aut est quādo renouanꝛ̄ pili ⁊ ꝓuenit de sanguine vel melācolia sanguīea. 3a fit de colera adusta ⁊ vocaꝛ̄ leonina ꝓpter ferocitatem sil'eꝫ ferocitati leonis. 4a diciꝛ̄ elephantia ꝓpter tuberositatem ⁊ grossitiē innāleꝫ similē elephanti in quo est grossities corporis informis. ⁊ fit de melancolia simpl'r. ⁊ de hoc sunt versus.

Sub specie tetra deturpat corpora lepra.
Tiria p̄ma datur de flegmate que generatur.
Turpe pilos pascens alopicus sanguine nascens.
Fitqꝫ leonina colera feruente canina.
De mel. fit tristis elephantia tristior istis. s. precedentibus in aspectu.

¶ Pro quo sciendum ꝙ lepra vera est de melancolia nō adusta nec putrefacta: sed nō vera est de melancolia nō nāli adusta ꝓpter adustionē generata.

Cause sunt multe. s. efficiens ⁊ māl'is. Efficiens est duplex. antiqua ⁊ remota. ꝓpinqua ⁊ noua. Antiqua est malitia ꝯpl'onis epatis ad caliditatē decliuis ⁊ siccitateꝫ. quare adurit sanguinē in mel'iam. 2a cā remota est totius corporis ꝯplexio cal'a aut sicca aut ꝯpl'ones ambe totius. s. ⁊ ꝑtis. s. epatis declinātis ad frigiditatē ⁊ siccitatē. quare adurit sanguinē in mel'iaꝫ. ⁊ tunc splen nō mūdificat. ⁊ ita incurrit ad totuꝫ corpus ⁊ inficit sanguinem. ¶ Cāe efficientes noue ⁊ ꝓxime sunt oēs ille cāe que sanguinē adurunt ⁊ infrigidāt ⁊ exiccāt. Adurētia sunt cibaria assata frixa salsa ⁊ salsamenta cal'a ⁊ sicca: sicut piperata alliata ⁊ res mellite ⁊ ieiuniū nimiū in estate ⁊ sil'ia. Infrigidantia sunt cibi mel'ici sicut carnes bouine ⁊ antique ⁊ salite caprine anserine leporine ⁊ sil'ia: ⁊ legumina vt faba pisa lentes: ⁊ herbe calide vt porri nasturtiū. ⁊ semina vt maratrū. adurendo ⁊ faciendo subtile exhalare īfrigidat per accidens. Simil'r lac ⁊ pisces in eadē mensa ⁊ lac ⁊ vinū ⁊ repletio nauseatiua. De cibis melācolicis infrigidat ⁊ desiccat per se repletio nauseatiua. De cibis adurentibus adurit humores. ⁊ maxime si nuces antique accipiantur in quātitate vel in abundantia. Et oleuꝫ rancidum ⁊ pinguedo rācida ⁊ cibi putridi ⁊ oua ⁊ pisces faciūt istū morbuꝫ in disposito. ¶ Itē opilatio poroꝝ est causa prefocationis caloris nālis: ⁊ tūc sanguis infrigidaꝛ̄ ⁊ ingrossaꝛ̄: ⁊

maxime quando splen est opilatus debilis, ꝛ non trahit neqꝫ potest mundificare sanguinē ab humiditate melancolica: aut expulsiua in visceribus est debilis nō expellēs illuꝫ humorem in venas ani ꝛ matricis: ꝛ sunt pori stricti: ꝛ iste sunt cause coadiuuantes. ¶ Ex istis apparet que sit materialis causa. s. cibi melancolici ꝛ flegmatici cuꝫ satietate nauseatiua ꝛ comestione replente super satietateꝫ ꝛ caliditatem resoluentem subtile ꝛ spissum conuertenteꝫ in melancoliam. etiam pisces grossi ꝛ etiam recentes non euentati sunt huius morbi cā. ꝛ ideo iuxta mare fiunt plures leprosi q̄ꝫ alibi. ¶ Modo videnduꝫ est de causis exterioribus magis: quia aer corruptus in se ꝛ pestilentialis in se est magis causa huius morbi. vnde dicit̄ 3ª particula affo. cōmento 12º. ꝙ in craton ciuitate fuit pestilentia magna corrumpens corpora ꝛ pustulas venenosas efficiens. ¶ Item aer aliquādo inficitur ex confabulatione leprosorum ꝛ contactu. ꝛ lepra est morbus inuadens vel contagiosus: vt dicit Auic. 4º. caº. de lepra. ꝛ p̄mo cañ. fen 2ª. caº. 8º. ¶ Pro quo notanduꝫ ꝙ accidens non transit de subiecto in subiectum: sed sibi simile efficitur: ꝛ de melancolia naturali nihil resoluitur: sed de māli adusta. ¶ Ideo notanduꝫ ꝙ ad hoc ꝙ morbus sit contagiosus multa requiruntur. pº oportet ꝙ materia sit venenosa. 2º ꝙ sit fumosa resolubilis. 3º. oportet ꝙ mēbra illius qui habet morbuꝫ sint corrupta in substantia vel complexione vel in vtroqꝫ. 4º. oportet ꝙ morbus ille sit in habētibus respirationem ꝛ inspirationem. 5º. requiritur ꝙ passum sit dispositum anteq̄ꝫ introducatur actio. 6º. requirit̄ ꝙ tēpus sit sufficiens ad hoc ꝙ istud agat: ꝛ ꝙ illud recipiat, sed in lepra sunt omnia ista: q2 in oculis naribus ꝛ in ore ꝛ in anhelitu vapores sunt corrupti. ꝛ per totum corpus cutis erit rara. ꝛ continuantur artarie cū porositatibus istis attrahentes totum qd̄ in eis vicinat̄: vt dicit̄ p̄mo de simplici medicina. distinctione 4ª. caº. 7º. ꝛ ideo fumi possunt per totuꝫ corpus exire. ꝛ ideo est morbus contagiosus: vt prius caº. de scabie dictum est qui ꝛ quot sint tales morbi. ¶ Item aer alteratus in qualitatibus suis non solum in substātia causat adustioneꝫ si sit calidus. ꝛ cibaria calida: ꝛ si sit inordinatus sicut est in autūno. ꝛ ideo iste morbus potest poni inter morbos autūnales. ꝛ ratione melācolie tūc generate ꝛ humiditatis que est de genere infectionuꝫ melancolicaruꝫ. ¶ Item illa que ingrossant sanguinem sunt causa huius morbi scilꝫ calor adurens subtile consumens. ¶ Iteꝫ caliditas ꝛ siccitas desiccantes humiditatem sanguineam ꝛ frigus congelans sanguineꝫ. ꝛ cibaria multa grossa ingrossant eum in substantia sua. ¶ Itē coitus cum leproso vel leprosa vel tempore menstruoso vel statim cum aliquis cum leprosis coiuit causatur iste morbus. ¶ Notandum hic ꝙ materia lepre est adusta ꝛ non putrefacta: dicit Auic. 4º. cañ. Contra tamen arguit̄. q2 si esset adustio ibi esset ebullitio. igitur mixtio puri cum impuro in putrefacto: sicut dicit Isaac 5º. febrium. ¶ Iō sciēdum ꝙ putrefactio est quintuplex. Una est que est cōuersio materie in saniem sicut in apostematibus. 2ª est conuersio materie in venenositatē vel virus sicut est in cancro particulari ꝛ herpete ꝛ noli me tangere. 3ª est ebullitio corporis vel corpoꝝ liquidoꝝ fluidorum ꝛ mixtio puri cuꝫ impuro: ꝛ talis est in febre. 4ª est cōsumptio humidi radicalis ꝛ exalatio ꝓpꝛiꝫ calidi a calore extraneo: ꝛ talis est in cadaueribus: sicut dicit̄ in 4º. methe. ꝛ pº ꝓnost. cōmēto 35º. in cōmēto illius. Et si vsqꝫ. xx. dies. Et ibi in fine itroducit̄ frigiditas ꝛ siccitas: ꝛ ista putredo quo ad vltimam mansionē suā est arefactio ꝛ desiccatio ꝛ incineratio: ꝛ talis est in lepra. Et de ista loquit̄ Auer. 3º colliget. c. de causis egritudinuꝫ frigidarū ꝛ siccarū ꝛ melancolicarū inālium. vbi dicit ꝙ colera nigra generat̄ per adustionem. Et si generetur a melācolico calore ꝛ ab intensa siccitate: tunc remanent tales calores per naturam earū frigidi: ꝛ miscetur cum eis calor extraneus accidentalis: qui cito recedit. Cuius signuꝫ ꝙ sunt frigide est quia acetositas earum est fermentatio super terram ꝛ illa est putrefactio. 4ª est vera putrefactio que est in colera mixta precedens illam incinerationeꝫ predictam. ꝛ ibi sunt tria. humoris destituti ebullitio: ꝛ hūoris ebullientis desiccatio: ꝛ arefactio: ꝛ per ꝯsequens est vltima membroꝝ incineratio. 5ª est destitutio rei a regimine nature cōseruantis: ꝛ isto modo est in lepra: sed ibi non est mixtio puri cū impuro post confirmationē: q2 ibi nihil est purum: vt innuitur 2ª ꝑticula affor. cōmen. 36. Silr̄ ibi. nō pura corpora. quāto magis nutries tanto magis ledes. ¶ Et ꝙ sit ibi putrefactio pōt argui per predicta in cōmento illius. Que relinquuntur in morbis post crisim. ꝛ 2ª ꝑticula affo. cōmē. 12º. Et si arguit̄ 2º ꝓnost. cōmen. 38º. in cōmen. illius. Laudabilis vomitus. Hyppo. videt̄ velle ne aliquis humorū sit purus. Et similr̄ 3ª ꝑticula tegni. cōmē. 138º. in ꝯmēto illiꝰ. Immoderata repletio: sanguis qui est in venis nō est purus: sed est omnes humores. Dicemus ꝙ puruꝫ dicit̄ vno modo cui nihil extraneum admiscetur. 2º. ꝙ nihil est corruptum vel putridum vel infectum. p̄mo mō est sanguis purus in corpore. dicit Haly in cōmento vlt. caº. de signis ꝯplonis epatis. sed hoc raro ꝛ parum inuenit̄. 2º modo nihil est purū in lepra confirmata. ¶ Per hoc patet ad primum ꝙ Hyppo. videt̄ ne aliquis humor purus sit in bono vomitu: q2 vomitus laudabilis est vbi flegma miscet̄ colere. ¶ Ad 2ᵐ dico ꝙ sanguis ī venis qui exit in flōmia nō est purus ꝛ simplex: sꝫ sunt ibi oēs humores: tñ aliquis est sanguis purus: sꝫ in magnis raro fit illud.

**Signa.** Signa lepre sunt multa. p̄mo sunt signa precedentia pronostica occulta tamen. 2º sunt signa demōstratiua ꝛ manifestatiua morbi presentis. 3º. sunt signa rememoratiua materie antecedētis. 4º. sunt signa demonstratiua materie coniuncte. ¶ De p̄mo sciēdum ꝙ si color faciei rubeus vergatur in nigredineꝫ ꝛ habeat guttam rosaceaꝫ in naso vel in facie: ꝛ incipiat anhelitus īmutari ꝛ aliq̄liter fetet. ꝛ sit sudor ꝛ capilli incipiūt graciliari ꝛ paruificari. ꝛ apparent mores melancolici ꝛ mali ꝛ dolosi ꝛ sollicitudo ꝛ solitarietas. ꝛ imaginat̄ frequēter se esse leprosuꝫ ꝛ timeat h̄: q2 imaginatio talis frequenter in disposito inducit morbuꝫ actualem cū errore in regimine quasi nimio: ꝛ frequenter multiplicant̄ sōnia melica ꝛ terribilia expergefacientia: ita ꝙ clamat: nec audet iacere solus ꝛ sentit in somno grauitatem magnā super corpus suum: sicut faciunt illi qui patiuntur incubuꝫ: sed non est ibi nisi materia grauis dispersa per totuꝫ. ꝛ sōniat se currere nō posse vel cadere in loco turpi fetido sterquilinoso. ꝛ si pediculi multiplicentur a causa intrinseca ꝛ nō ab extrinseca: sicut est in iacentibus in silicio: ꝛ qui nō curant de ornatu corporis balneando ꝛc̄. ꝛ apparēt scabies ꝛ pustule ꝛ morphea per totum corpus: ꝛ infectiones late ꝛ rubee obscure nigre. ꝛ īcipiat fieri fetida corporis dispositio: tunc pronosticandum est ꝛ dicendum ꝙ est dispositus ad lepram. ꝛ est ibi lepra incohata ꝛ adhuc potest cuꝫ populo cōmunicare: sed nō ita tute sicut alius. ¶ Signa demonstratiua intrinseca ꝛ infallibilia sunt sumpta a facie ꝛ ab extremitatibꝰ ꝛ ab humoribꝰ a sanguine. ¶ Primo a facie: rotundatio oculorum: contractio palpebrarū: lachrymositas multa ꝛ aqueitas oculorum: depilatio superciliorꝝ ꝛ grossities eoꝝ: dilatatio nariū exteriꝰ ꝛ ꝯstrictio interiꝰ: ꝛ coartatio anhelitꝰ q̄si si cū naribꝰ loqueret̄. ꝛ color faciei liuidus vgēs ad fuscedinē mortificatā terribilis

aſpectus faciei cum fixo intuitu.contractio etiã palpebra
rum ⁊ aurium:infectio cutis maculoſa.tuberoſitas ⁊ pu/
ſtule in facie ⁊ nodoſitas.iſta omnia ⁊ maior pars eorum
ſunt ĩfallibilia ſigna lepre actualis. ¶ Ab extremitatibꝰ
ſigna ſumuntur ſicut in manibus conſumptio muſculoꝝ:
⁊ maxime inter policem ⁊ indicem ⁊ fixuram vnguiuz:in
tibys ⁊ pedibus inſenſibilitas ſicut in talo poſterius ⁊ pa
rum ſupra:ita ꝙ ſi homo pungatur ibi cuz acu vel ſtilo nõ
ſentit ꝓpter materiam frigidam ⁊ ſiccam opilantem po/
ros.⁊ ideo ꝓhibetur ſenſus exterioꝝ. Sed in ethica ſunt
pori aperti ⁊ eſt ſenſus exteriorũ ⁊ non interioꝝ ꝓpter ha
bitudinem ſuam. ¶ Et cauſa quare muſculus dictus con
ſumiť:eſt qꝛ materia aduſta eſt cauſa morbi.⁊ ſm partes
ſuas ĩficit diuerſas partes corporis:qꝛ pars que vadit ad
muſculuz illuz cõſumit. Tamẽ rõne ſubtilitatis ſue pars
que vadit ad pulmonẽ ⁊ cãnã ⁊ lacertos eoꝝ ⁊ ad oculos
ſpaſmat ⁊ contrahit ⁊ ĩmutat raucedinẽ inducendo ⁊ alia
prius dicta.Et ſi ad vias vrina facit harenulas:⁊ cum va/
pore eius multiplicat ſe ad ſupercilia ⁊ nares ⁊ faciem in/
groſſat ⁊ inflat illas partes:⁊ ſic diuerſa mala facit prout
ad diuerſas partes mittitur. ¶ Quantũ ad humorẽ dico
ꝙ ſi ſanguis abluatur poſitus in pãno lineo ⁊ habeat con
tenta nigra aſpera harenoſa oñdit lepram. ſilr ſanguis in
flõmia eſt vnctuoſus ⁊ in tactu aſper ⁊ harenoſus ꝓpter
aduſtionẽ. ¶ Item ſanguis eoꝝ redit ad carnem in ꝑnci
pio ſed in ſanis aliquãdo eſt illud vt ego frequẽter proba
ui:ſed eſt caro illa in lepra vnctuoſa.⁊ ſi iter digitos frice/
tur ſtridet ꝓpter aduſtionem magnaz ibi pluſq̃ꝫ in ſanis.
¶ Joãnes de ſancto amando in taquino ſuo ponit ſigna
valde certa demonſtratiua lepre.actualis ſcꝫ color corpo
ris decliuis ad nigredinẽ.ſtrictura anhelitꝰ ⁊ vocis.mul/
tiplicatio ſternutationis.locutio per naſuz ⁊ gracilitas ca
pillorum ⁊ caſus eorũ.fetor ſudoris ⁊ anhelitus . fuſcedo
albi oculorum ⁊ eorum rotunditas.tumor faciei ⁊ aliorũ
mẽbrorũ.mores mali ⁊ doloſi.ſomnia terribilia.morbus
ſepe eueniens.vnctuoſitas cutis ita ꝙ ſuper eam non po/
teſt ſtare gutta aque niſi fluat. ⁊ inſenſibilitas ſure tibia/
rum.i.poſterioris partis iuxta talũ.⁊ eſt ſignum familia/
re.hec Joannes de ſancto amando. ¶ Et ego addo mul/
ta alia iſtis.quando enim digiti minores manuuz ⁊ pedũ
⁊ qui vocãtur medy ſcꝫ aly ſibi propinquiores patiuntur
frigus ⁊ quandam dormitationem quaſi ſenſus priuatio/
nem.⁊ aliquando hoc accidit cuti inter iſtos digitos vſq̃ꝫ
ad cubitum ⁊ brachiuz ⁊ a pede dormitatio illa extendit
ſe vſq̃ꝫ ad anchã medietate genu ⁊ tranſit per partes ti
biarum ⁊ coxarum:eſt ſignum lepre expertiſſimũ. ¶ Itẽ
impetigo ⁊ ſerpigo eis eueniunt.Et ſi curentur loca rema
nent depilata vel cum pilis paruis ⁊ gracilibus. ¶ Et ſi i/
petigo occupet magnam partem quaſi ad quantitatẽ pal/
mi vnius vel amplius:tunc eſt lepra actualis actuatione
materie vel forme. ¶ Item formicationes ſub cute ſen/
tiuntur in aliquibus locis ac ſi vrtice fricarentur.⁊ ſunt ti
tillationes ſub cute ac ſi vermis faceret ibi motuz.⁊ pun/
cturas:ſub cute ſentiũt ac ſi acu vel ſtilo pungerentur ꝓ/
pter fumos aduſtos.Et dicit Auerr.facies tumet ⁊ rubet
⁊ ſiccitati attinet.⁊ ideo cuz ſcalpunt ſe ſunt multa furfu/
ra deſcendẽtia. ¶ Similiter habent furfures capitis cuz
vnctuoſitate cutis capitis: qđ pꝫ in ſuperficie tacto corpo
re cum vnguibus:⁊ per fricationem. ¶ Item habent ſca
biem ſiccam cum pruritu ⁊ quaſi per totuz. ¶ Similiter
vngues liuent ⁊ habent aſpectum tortuoſum ſintillarez:
nec libenter plorant lꝫ aliquãdo oculi ſint humidi : ſed h
eſt in ꝑncipio ante confirmationem.ſimilr iraſcuntur fa/
cilius ſolito.febricitãt ⁊ maxime q̃rtana.que ſi in eis ad/
ueniat eſſet eis ſũma medicina.⁊ ſi febricitant parum du
rant eorum febres. ¶ Item plus ſolito appetunt coitum
⁊ plus ardent in coitu:⁊ tanto plus debilitantur in eis vir
tutes. ¶ Item ſi ipſis aeri frigido expoſitis eminentie ta
les non accidant ſicut in anſere deplumato:ſignum eſt le
pre infallibile:ſed eſt de pronoſticis. ¶ Itez quando cau
teriçantur modicum dolorem ſentiunt reſpectu eius que
ſentiunt ſani:dicit albucaſ.⁊ dicit cãm:qꝛ corpus eorũ eſt
ſtupefactum.ideo non eſt ibi ſenſus ſuper mãm melanco
licam ſtupefaciẽtem. ¶ Item vox rauceſcit ⁊ fit groſſior
ſolito vel ſubtilior. ¶ Item nodi cito redeunt poſt eoruz
completam abraſionem cuz ferro candente vel cuz calce
viua vel attramento. ¶ Item ſentiunt ſe graues cuz dor/
mitatione membroruz. ¶ Itez vngues ſcabiunt ⁊ inſpiſ/
ſantur ⁊ ſupercilia depilantur ꝓpter defectum nutrimen
ti.⁊ pili extracti habent carnez in radice.nodoſe ſunt ma/
nus ⁊ brachia ad viſum ⁊ tactuz. ¶ Signa confirmatio/
nis etiam incurabiliter ſunt corroſio cartilaginis que eſt
inter foramina ⁊ caſus eiuſdem.pedum fixura ⁊ manuuz
⁊ caſus eorum.groſſities labioꝝ ⁊ diſpoſitio corporis glã/
duloſa.diſnia ⁊ difficultas anhelitus ⁊ vox catulina.pul/
ſus occultꝰ paruus.color niger.aſpectus terribilis faciei.
¶ Non eſt iudicandus eſſe leproſus ⁊ ab omnibus ſepa/
rãdus quouſq̃ꝫ figura ⁊ forma faciei corrumpatur.⁊ ideo
cancer in pedibus ⁊ ſcabies fetida nõ debẽt arguere iſtuz
morbum nec nodoſitates:niſi fiant iſta in facie. ¶ Quia
tamen ſunt multi leproſi anteq̃ꝫ iſta ſigna mala appareãt
ſciendum ꝙ tria ſunt ſigna cõmunia in omni lepra. ꝑmũ
eſt accipere tria grana ſalis ⁊ ponantur ſuper ſanguinem:
⁊ ſi ſanguis ſit infectus:ſtatim reſoluetur.ſi non:non. 2m
eſt ꝙ ſi ſanguis fricetur in volis manuuz ⁊ ſtrideat vel ni
mis ſit vnctuoſus ſignum eſt corruptionis. 3m eſt accipe
re ſanguinem alicuius ⁊ ponere in aquam clariſſimam:⁊
ſi ſupernatauerit corrumpiť.⁊ ſi petit fundũ:nõ. ¶ Mo/
do de ſignis rememorationis materie antecedentis.⁊ ẽt
ſunt ſigna demonſtratiua materie cõiuncte:quia ſi fuerit
lepra ex ſanguine:color vergit ad rubeum obſcurum:ha/
bet faciem ſubrubeam cum morbillis multis vlceroſis ⁊
cum virulentia ſanioſa:oculi ſunt rubei ⁊ lachrymantur.
palpebre inuerſantur:⁊ quaſi ex qualibet leuiſſima cauſa
exit ſanguis a naribus.odor grauis ⁊ fetidus in toto cor/
pore:vria vergit ad rubedinẽ ⁊ ſpiſſitudinẽ:⁊ eſt negligẽs
ĩ dieta ⁊ flõmia ⁊ vocať alopitia.⁊ ſũt vſus de iſtis ſignis.

Deficit alopicus cilium lux flammea turget.
Ulceribus ſuccenſa riget facies ſanioſa.
Groſſa tumet naris prauum reſpirat odorem.

¶ Iſtis addo ſi ſit corpus ſanguineum ⁊ vene circa ocu/
los plene ⁊ tempus vernale ⁊ corpus ĩficitur maculis ru/
beis:tunc eſt certius ſignuz. ¶ Et ſi ſanguis exiens in flo
botomia eſt ſpiſſus viſcoſus tremuloſus ⁊ in lauatura in/
ſpiſſatur ⁊ denigratur. ¶ Sed ſi fuerit lepra ex coleraco
lor vergit ad citrinitatez ⁊ punctura ⁊ mordificatio eſt in
facie:⁊ in palpebris naſcitur morbꝰ velocius ⁊ eſt tertia/
nus morbus:⁊ vrina vergit ad citrinitatem ⁊ tenuitatem.
⁊ aliquando erit ibi impetigo ⁊ ſerpigo ⁊ infectiones cro/
cee:⁊ labia ſcinduntur ⁊ gingiue corroduntur.ventres cõ
ſtipantur.⁊ ſunt de hoc verſus.

Signa leonine manuum fixura pedumq̃ꝫ.
Aſperitas cutis macies pruritus ⁊ ardor.
Vox eſt rauca color citrinus mobile lumen.
Fit gingiuarum corroſio naris acumen.

¶ Si fuerit ex flegmate color erit albꝰ vergens ad nigre
dinem.faciem habet ſubtumidam ⁊ extremitates cuz re/
ſolutionibꝰ furfureis ⁊ ſquãmis albis.vrina eſt alba ver/
gens ad ſpiſſitudinem ⁊ quandaz gibboſitatem ſanioſaz:
⁊ ſunt verſus de hoc.

Candeſcit cutis in tiria molleſcit ⁊ albet.
Et manibus limphe perfuſio facta coheret.

Unde in iſta ſpecie facile mutaẗ cutis ſicut in tiro ſerpente. extremitates ingroſſanẗ. vngues putrefiūt. ſupercilia depilanẗ. oculi lachrymanẗ: ſꝫ tarde hic ꝓpter hoc ꝙ materia diutius remanet humida. ſanguis exiens a vena cito reſoluiẗ in aqueitatē: ⁊ quāto magis lauaẗ tanto induratur: ſic̄ in leonina ſanguis exiens eſt ſubtilis ⁊ ignitus ⁊ quaſi ſintillis diſtinctus tarde cōdenſaẗ ⁊ locus cito diſſoluiẗ. ⁋ Si fuerit de mel'ia facies vergit ad nigredinēꝫ turbatā: ita ꝙ ſi aer fuerit nimis calidus aut ſi patiēs ipſe moueatur aut iraſcatur color eius rubeus turbatus vergit ad nigredinēꝫ. nodoſitates multe erunt in toto corpore. morū malitia. ſtupor ⁊ inſenſibilitas in talo ⁊ in poſteriori parte tibiarū ⁊ alibi: ſed ibi prius. vrina tenuis ⁊ remiſſa. ⁊ ſi aer īfrigidetur aut patiens timeat: color eius eſt liuidus ⁊ turbatus vergens ad nigredinem. ⁊ ſunt vſus.

Contrahit ⁊ ſpaſmat: ſpecies elephantie neruos:
Corrugat nares oculos: facit eſſe rotundos.
Tibia dura rigent: caro liuida: ſqualidus vnguis.

⁋ Iteꝫ lingua eſt granuloſa: muſculi conſumuntur inter policeꝫ ⁊ indicem: ⁊ in hoc differt tiria ⁊ alopitia: quia ibi quaſi nō cōſumitur muſculus. ⁊ eſt verſus de hoc.

In tiria tn̄ muſculus manet alopiaqꝫ.

⁋ Iteꝫ ꝯtrahunẗ ſupcilia: oculi rotundanẗ: ⁊ ſanguis exiens in flōmia hꝫ terreū colorē ⁊ cito mutaẗ ⁊ denſaẗ poſt exitū a vena ⁊ fetet cito: ⁊ quāto magis lauaẗ in aqua: tanto magis cōdenſaẗ: ⁊ in lauatura quedā venule apparent q̄ſi rami neruoꝝ. ⁋ Et h̄ egritudo in iſta ſpecie tarde venit ad augmentū. ⁊ cuꝫ deuenerit facit fixuras in multis partibꝰ corporis ſicut in ſupercilijs ⁊ extremitatibus corporis. ⁊ eſt turpior alijs ſpēbus: qꝛ aſſimilanẗ elephātibꝰ. Qꝛ ſicut elephas eſt maior ⁊ fortior alijs aīalibus: ita hec ſpēs eſt maior ⁊ fortior ad curanduꝫ: ⁊ patiens eſt diſpoſitus diuerſis maculis ſicut elephas.

**Pronoſtica.** Pronoſticatio ē ꝙ iſta egritudo in ꝑncipio eſt ſuſceptibilioris curationis. ⁊ tn̄ tunc eſt difficilis curationis: in tantū ꝙ beneficio nature poſt nō curaẗ niſi cū artis auxilio. Cōfirmata magis eſt inobediens. Et poſtq̄ꝫ venit ad manifeſtam corruptionē ⁊ forme ⁊ figure: nō eſt ſpes curationis: qꝛ in cōfirmata dicit Auic. non opꝫ ꝙ ſit occupatio in flōmia nec in ſol'one ventris cū medicina forti: qꝛ mouet mām̄ ⁊ nō ſeparat. Igiẗ cū forti infirmitati ꝯpetat fortis medicina ſꝫ Gal'. 4°. affo. ꝯmēto 15°. in ꝯmē. illius. Elleborus periculoſus eſt. ⁊ iſta eſt fortis medicina: īmo fortiſſima. iō non cōpetit hic aliq̄ medicina: qꝛ ſi fortis mouet ⁊ nō educit: igitur nec debilis a multo fortiori. ⁋ Et ſi arguiẗ quāto fortior tanto patiens debilior. ⁊ quāto patiens debilior: cōpetit ſibi medicina lenior. ſicut de ſene cauſonico pꝫ cui minus frigida cōpetūt q̄ꝫ iuueni cauſonico. dicit Auer. 7°. colliget. ⁊ Dam̄. 2ª ꝑticula affo. Dico ꝙ virtꝰ vel eſt debilis eſſentialiter vel accn̄taliter. p̊ ſicut in pueris ⁊ ſenibꝰ rōne etatis. 2°. mō ſic̄ in egris rōne egritudinis debilitātis virtutē in ramis. p̊ mō quāto virtus debilior tanto debilior medicina cōpetit: ⁊ ſi morbus ſit fortis qꝛ eſt melius multiplicare vices q̄ꝫ q̄ꝫtitateꝫ. Et iſto modo iſta eſt falſa q̄ꝫto morbꝰ eſt fortior tāto virtꝰ debilior. loquēdo de debilitate eēntiali. 2°. mō eſt veꝝ ꝙ q̄ꝫto egritudo eſt fortior: tāto ꝯpetit medicina fortior: ſꝫ loquēdo de debilitate virtutis in ſe ⁊ radice opꝫ medicinā debilē dare. Tn̄ nos loqmur hic de virtute debili in ramis tantū: nō. ſ. in ꝑncipalibꝰ mēbris: ⁊ qꝛ in lepra eſt debilitatio in ꝑncipalibꝰ membris ⁊ maxīe poſt ꝯfirmationē: iō nō cōpetit ibi fortis medicina: ſꝫ ſolū mitigatiua ⁊ paulatina ⁊ ꝓlongatiua ⁊ ꝓhibitiua a malo q̄ꝫtum poſſibile eſt. ſ. ꝓhibere ne vadat ad mēbra ꝑncipalia. Qꝛ lepra incipit ab īterioribꝰ ⁊ poſt manifeſtaẗ in exterioribꝰ ⁊ in facie: ⁊ iterato reuertiẗ ad interiora. dicit Auic. ⁊ tūc eſt mors: qꝛ mēbra ꝑncipalia taleꝫ ⁊ tantā ruinā pati nō pn̄t diu: qꝛ mā̄ eſt frigida ⁊ ſicca contraria ꝑncipijs vite: que ſtāt per cal'm ⁊ humidū. ⁊ in ſe eſt valde horribilis rōne aduſtionis ⁊ corruptiōis. ⁋ Aliter pōt dici ꝙ medicina fortis laxatiua nō cōpetit eis: tn̄ fortis alteratiua ꝯpetit: ⁊ maxime ſi frigidus ſit morbꝰ. Uel dico ꝙ in augmēto morbi eſt virtus fortis in radice: ⁊ tūc ꝯpetit fortis medicina vtroqꝫ modo: ſꝫ in debili rōne etatis cōpetit in minori q̄ꝫtitate: ⁊ ſi ſit eque fortis in gradu. Tn̄ in ſtatu ⁊ declinatione nō cōpetit: qꝛ tunc nā̄ eſt debilitata vtroqꝫ mō: lꝫ ſit fortior: tunc quo ad morbū in morbo ſalubri. ⁊ iō maior ꝯuenit tunc: qꝛ criſis ꝑceſſit declinationē: iō ſolū tunc cōpetit medicina pro reliquijs morbi. ⁋ Itē Auic. ꝓbat ꝙ lepra ſit incurabilis: qꝛ cancer ꝑticularis qui eſt lepra vnius mēbri eſt de illis q̄bus non eſt ſanatio. q̄liter igiẗ eſt ſanatio illius lepre que eſt cācer vniuerſalis totius corporis: quaſi dicat nullo mō. ⁋ Sꝫ differentia eſt inter leprā ⁊ cancrū: qꝛ in lepra ſpargitur materia egritudinis per totuꝫ corpꝰ. ⁊ qn̄ adminiſtranẗ curationes fortes in ꝑn°. tollunt egritudinē vel total'r vel quo ad longū tempus: in tantū ꝙ nō agit ſupra mēbra ſimplicia actione notabil'r corrumpēte: ſꝫ in cancro nō eſt ita: qꝛ in ꝑncipio ſolū ⁊ poſt nō curaẗ: qꝛ nō pōt total'r auferri: niſi fiat nocumentū ſenſibile in mēbro ſimplici in quo fuerit. ⁊ hoc intelligit Aui. lꝫ per obſcura verba: qꝛ dicit feſtinat egritudinē. i. malitiā egritudīs ad expulſioneꝫ anteq̄ꝫ ledat notabil'r. Et lr̄a alia hꝫ ſuſtenta egritudinē. i. ꝓlōga in tantū ꝙ nō ledat vſqꝫ ad tēpus magnū poſt talē medicinā ⁊ curationē fortē de qua loquiẗ. ⁋ Itē lepra facta a fece ſanguinis eſt ſaluior ⁊ quietior ⁊ nō vlcerat vlceratione de qua ſit curandū: niſi cā exterior adurēs ſit ꝯiuncta: ⁊ illa vocaẗ alopitia. ⁊ eſt minus periculoſa ⁊ facilioris curationis. liceꝫ tn̄ ſanguis quādo corrumpiẗ ſit magis odioſus nature ſꝫ Iſaac. tn̄ eſt minus periculoſa ⁊ faciliter recipit curationē ꝓpter obedientiaꝫ eiꝰ digōni: qꝛ humores alij ſunt in ſe peiores. ⁋ Et iō lepra fcā ex melancolia eſt magis feda. dicit Auic. ꝙ h̄ eſt veruꝫ q̄ꝫtum ad vlcerationē ⁊ caſuꝫ membroꝝ: qꝛ elephantia eſt plus feda rōne indebite q̄ꝫtitatis: ſꝫ tardius venit ad augmentū illud ⁊ ad illā feditatē. ⁋ Et ideo colerica eſt magis feda ⁊ exponēdo magis pro citiꝰ. ⁊ eſt colerica difficilioris vel difficiliorū accidentiuꝫ: ⁊ vehemētius eſt adurēs ⁊ vlcerans: ſꝫ eſt ſuſceptibilior curationis ⁊ facilius venit ad augmētuꝫ q̄ꝫ aliq̄ aliaruꝫ. ⁋ Flegmatica lepra. i. tiria medio mō ſe hꝫ: qꝛ cōcordat cū colerica rōne aduſtionis ⁊ cum ſanguinea rōne humiditatis. ⁋ Sꝫ lepra facta a melācolia aduſta aſſimilaẗ colerice in ſuis accn̄tibus: ſed eſt tardius recipiens curationē. ⁋ Hic eſt dubitatio magna: qꝛ dicit Auic. ꝙ colerica eſt ſuſceptibilior curationis: quia dicit ꝑus ꝙ ſanguinea eſt ſaluior. igitur ⁊c̄. ⁋ Item dicit ꝙ colerica eſt difficilior. igitur eſt difficilioris cure: quia accidentia ⁊ ſinthomata proſternunt virtutem. ⁊ ideo colerica eſt difficilioris cure. ⁋ Item ꝙ melancolica eſt ſimiliū accidētiū cū colera. igiẗ ⁊c̄. ⁋ Cōtra illud ꝑmū dr̄ ſic. qꝛ 6ª ꝑticula affo. cōmē. 53°. diciẗ ꝙ colerica nigra que eſt de aduſtione colere ru. ceteris mel'icis paſſionibꝰ eſt peior. ⁊ 2° ꝓno. ꝯmēto 46°. ponit ꝙ illa colera nigra que eſt de aduſtione colere ru. eſt in fine malitie ⁊ corroſionis. ⁋ Oppoſitum huiꝰ videẗ 4ª ꝑticula affo. ꝙ melancolia naturalis eſt nequior humor ⁊ groſſior. ⁊ eſt in cōmento illiꝰ. Diſſinteria ſi a felle nigro incohauerit mortale. ⁋ Pro iſtis ſciendū ꝙ colerica lepra eſt ſuſceptibilior curationis quātum ad

materiam:qꝛ materia est pauca que faciliter potest resol/
ui ⁊ per medicinā curari. Sꝫ sanguinea est de mā pluri:iō
q̄tum ad subam est colerica curabilioꝛ:nō tñ q̄tuꝫ ad cō
plexionē q̄ꝫ sanguinea. Et iō sanguinea rōne ꝯplōnis non
ita saluioꝛ est ⁊ quietioꝛ:nec cū medicia laxatiua tā cura/
bilis est sicͭ colerica:qꝛ nō est medicina purgatiua sangui/
nis in vsu.tñ per flōmiaꝫ pōt ita cito curari. Et quo ad sin
thomata colerica est peioꝛ q̄ꝫ sanguinea.⁊ iō simplr peioꝛ
lꝫ rōne substātie colerica sit resolubilioꝛ cito ⁊ sanguinea
rōne q̄titatis nō ita cito obediat. ¶ Et cum dicitᷣ melica
est similiū accidentiū cū colerica. dico ꝙ veruꝫ est q̄tum
ad corrosioneꝫ:qꝛ ipsa colerica magis corrodit. ⁊ dicitᷣ 2°.
ꝓnosti.cōmē.45°.non tamē ad puncturā ⁊ arsurā ita festi
nat:qꝛ tardius operatur rōne grossitudis sue. ¶ Ad ali/
ud dico ꝙ colera nigra de adustione colere rub.est peioꝛ
quo ad sinthomata. Sed illa que est de melia nāli est pe/
ioꝛ quo ad curā:qꝛ posito ꝙ vterqꝫ morbus curetᷣ.tamen
tardius ille qui est de colera nigra nāli vel adustione ei⁹.
⁊ hoc est qᷣ dicit Gal.2°. ꝓnost.cōmēto.45°.ꝙ cuꝫ colera
nigra sit difficilioris resolutiōis ꝓpter grossiciē illius hu
moris:⁊ etiam ꝓpinquitatem ad nām terre.ideo de facili
ipsa eradicatᷣ ex mēbris sustinentibus eā. ¶ Per hoc ad
argumenta. ¶ Sed ad 2ᵐ in oppositꝫ.si sit de colera ni
gra impossibile est ꝙ suscipiat sanitatē:⁊ debet dici īpossi
bile.i.nō facile pōt fieri.vel verū est ꝙ qñ de colera nigra
fit dissinteria ⁊ ipsa adusta vlcerat intestina:tūc est ibi vl
ceratus cancer qui nō pōt curari nisi totū membrū aufe/
ratur:vt dicitᷣ 6ª particula affo. Quibuscūqꝫ cancri abscon
diti nō curare melius ⁊c̄.melius est ita facere cuꝫ incēdio
vel cū ferro incidendo. ¶ Et nō dico ꝙ morbus vniuer/
salis melicus facilius pōt curari si sit in venis q̄ꝫ ꝑticula/
ris extra venas supposita cōfirmatione vtriusqꝫ:vt pꝫ de
quartana respectu cācri particularis: ⁊ lepra vniuersalis
cōfirmata quasi nullo modo curatᷣ:vt dictū est. Est enim
extra venas totā carnē corrumpēs. ¶ Et si arguitᷣ adhuc
sinthomata faciūt ad difficultatē cure:sicut pꝫ in colera.
Dico ꝙ verū est qñ ipsa sunt deterioꝛa morbo p̄ncipali si/
cut doloꝛ in colerica prosternit virtuteꝫ.nec est doloꝛ ille
colicus:qꝛ colica est opilatio intestini colon:vt dicit Haly
2ª ꝑticula tegni.cōmēto 137°.⁊ iō Auic.p̄ can̄.fen 4ª.c.25°.
dicit ꝙ accidēs aliqñ superat suam cām.⁊ iō opꝫ ibi p̄mo
sedare accidentia:sicut docetur p̄ can̄.ca° vltimo.

**Cura.** In cura lepre opꝫ p̄ multa videre.p̄ caueat sibi
a contagiositate ne inficiatᷣ cōfabulando cum
eis vel operando vel medicinā administrādo. 2°.oꝫ eua
cuare euacuatione minoratiua. 3°.opꝫ dietam ⁊ regimen
ordinare:qꝛ corpora non pura q̄to magis nutries ⁊c̄.s.an/
te purgationē.⁊ iō premittenda est aliqualis euacuatio ⁊
dietatio sequens statim ꝓpter debilitatē digestiue eorū.
4°.debꝫ digeri materia. 5°.debent preseruatiua a lepra
dari ⁊ eam occultantia. 6°.oꝫ ꝯplete eūari ꝭm ꝙ pōt vel
q̄tum tolerat. 7°.opꝫ purgare ꝑticulariter cū caputpur/
gys ⁊ cauterys. 8°.veniendū est ad localia remedia. 9°
remouenda sunt accñtia ꝯcomitantia ⁊ sequentia: ⁊ sunt
insensibilitas partiū posterioꝝ tibiarū ⁊ malitia anhelit⁹
⁊ fetoꝛ cōis ⁊ sudoꝛ ⁊ similia vt videbitur.
¶ De p̄mo notandū ꝙ panis calidus singulis diebus sto/
maco ieiuno sumptus:nō tñ in multa q̄titate.s.in tribus
vel q̄tuoꝛ morsellis datus illo mō vel in vino tinct⁹ sum/
me valet cōtra cōtagionē membroꝝ:⁊ oꝫ sumi mane an/
te visitationē ifirmoꝝ.⁊ valet ꝯtra nebulas matutinales
fetidas ⁊ ꝯtra aerē pestilentialē ⁊ ꝯtra aerē fetidū locoꝛū
paludosoꝝ. Et si nō habeatᷣ panis calidus recens da panē
coctuꝫ. Et si sit vna minima portio vini sedat ⁊ recreat qꝛ
vinū de sua essentia hꝫ conuerti facile in spūs,dicit Auic.
de pulsibus.c.14°. In estate si sit talis cura facienda:in vi/
no fundatᷣ camphora vel limphetur vinū cū aqua ros.cā/
phorata vel cū aqua nenufaris que est spālis:sꝫ in hyeme
pōt vinū ꝯfortari cū musco vel croco ⁊ distemperari vel
cū agarico. Et qꝛ ista diebus ieiuny non possunt fieri vta/
tur parū cinamomo vel nuce musc.vel agarico vel mace
vel tormentilla vel gentiana:⁊ non timeat infectiones ta
les nisi corpus esset plectoricū ⁊ maxime īmunduꝫ qᷣ est
viciosuꝫ medico:qꝛ oꝫ alys dare bonū exēplū regiminis
⁊ diete. Nā turpe est doctori cū culpa redarguit ipsuꝫ. Ca
ueant medici ne recipiant anhelitū ipsoꝝ nec loquantur
cū eis nimis ꝓpe:nec potent nec comedant cū eis.
¶ Circa 2ᵐ est sciendū ꝙ euacuatio minoratiua fit cuꝫ flo
botomia ⁊ cū medicina eūatiua leui.fiat igitur in p̄ncipio
quecūqꝫ tñ fuerit flōmia:qꝛ materia adhuc est in venis.⁊
fiat de basilica vel mediana dextri brachy in cā cal'a. Sꝫ
in sinistro brachio in cā frigida vel de ei⁹ saluatella. ¶ Et
si sit sanguis plurimū corruptus:tūc opꝫ flobotomare de
venis magnis nisi de minima quātitate.⁊ raro ⁊ tunc con
fert flobotomia de venis paruis sicut de frōtis ⁊ nasi ve/
nis. ¶ Sed in lepra cōfirmata sicut postq̄ꝫ corrumpitᷣ fi/
gura nō multū cōfert flōmia:īmo nocet de venis magnis
qꝛ mā extᷣ eas est:sed tunc valet ventosatio cū scarificatio
ne inter spatulas ⁊ sub mento:⁊ scarificatiōes per se in an
terioꝛib⁹ tibiaruꝫ a parte siluestri ⁊ exteriori. ¶ Si tñ cō
petit in cōfirmata hoc est qñ est de sanguine:⁊ qꝛ sanguis
multū abundat:aut qꝛ est in muliere cā retentionis men/
struoꝝ:aut in viro cā retentionis emorroydaruꝫ insolita:
qꝛ etiā patiens veniret ad magnaꝫ difficultatē anhelitus
in tantū ꝙ timeretᷣ de suffocatione. Et si tūc est raucedo
ꝓpter abundantiā materie ibidē:⁊ tunc dicit Auic.flobo
tomia de duab⁹ guideç valet plusq̄ꝫ de brachio:qꝛ in rau/
cedine flōmia de venis magnis inducit frequenter rauce
dinem perpetuā:⁊ maxime qñ est de cā reumatica . ⁊ hoc
de p̄ncipio. Sed de duabus guideç minus nocet materia
fluxa. Et sunt due vene magne in collo ex vtraqꝫ ꝑte gut/
turis ⁊ epigloti vel canne pulmonis que sunt vocales vel
organice ꝭm aliquos:tñ est ꝑiculosa flōmia nisi patiēs po
stea quiescat per vnā hebdomadā ne ex motu rumpatᷣ li/
gatura ⁊ sanguis exeat cū impetu:ita ꝙ vix tunc possit re/
stringi nisi cū medicina dicta in p̄° libro.c.de cura fluxus
sanguis. ¶ Sꝫ si iste cōditiones iam dicte concurrant in
p̄ncipio:moritur.⁊ tūc cōpetit flōmia quasi vltima. ¶ Et
si arguitᷣ:Auic.fen p̄ª.p̄mi lib.ca°.de flōmia.dicit.qñ mul/
tum est de malo ⁊ de bono modicum:tunc flōmia dimit/
tit malum ⁊ rapit bonū:sed in lepra est totū quasi maluꝫ:
igitur nocet. Dico vno modo ꝙ ꝓpositio Auic.intelligen
da est in morbis qui sunt extra venas que sunt quasi vni/
uersales ⁊ sunt de sanguīe multo ⁊ malo. tūc flobotomia
post cōfirmationē morbi talis si corpus nō sit plectoricū
⁊ repletum intra vasa rapit bonuꝫ sanguinē qui est in ve/
nis magnis ⁊ dimittit maluꝫ qui est materia cōiuncta ex/
tra venas illas. ¶ Et similr posito ꝙ sanguis qui est cau/
sa antecedens sit bonus:⁊ ille qui est causa ꝯiuncta sit cor
ruptus:adhuc verum est ꝙ flobotomia capit bonum ⁊ di
mittit malum in loco morbi sicut prius. Et quia in propo
sito cā coniuncta est in carne infecta:tunc flōmia infrigi/
dat ⁊ exiccat. ¶ Etiā medicia laxatiua fortis in lepra cō
firmata cōmouet ⁊ non educit mām extra venas:que scꝫ
est in membris exterioribus inuiscata. ⁊ ideo Hyppo.4ª
ꝑticula affo.cōmēto 36°.malo vtentes cibo velocius exol
uuntur a medicina laxatiua forti ⁊ sincopiçant q̄ꝫ sana ha
bentes corpora:qꝛ lꝫ sana nō purgentᷣ sufficiēter tñ cū far
macia ꝯsumuntᷣ ⁊ hūiditas subalis minuitᷣ:⁊ iō vi⁹ dissol
uitᷣ. Et malo cibo vtētes sūt illi q hñt sāguinē corruptū ⁊

quorum corpora sunt plena malis humoribus corruptis occultantibus se inter vacua membra: quos cum farmacia moueat actionem suam ostendere necesse est. que scꝫ est virtuteꝫ dissoluere ⁊ corpus interficere. ⁊ ideo accipit ibi cibuꝫ non pro exteriori sed pro interiori: qui est cibus in via ⁊ pro parte est cibus actu. ⁊ si non totaliter assimilatur: quia hoc deficit in lepra: ⁊ illos vocat malo cibo vtentes. ¶ Modo de medicina laxatiua minoratiua videndum est que potest multum dari vel multotiēs dari ⁊ q̄si cōtinue que ducit ad vnam vel duas assellationes. ℞. florum boragi. florum viol̄. foli. sene epithimi polipod̄. ana. vuarum passa. mundatarum liquir. munde. an̄. ℥. i. succorū boragi. bugl̄. fumiterre scabiose saponarie patine mellisse. ana. quar. i. vel. ß. succi dispumentur omnes per se et omnes insimul. ⁊ omnia alia decoquātur in sero caprino vel vaccino: ⁊ in decoctione temperentur cortices mirabolanorum indorum belliricorum emblicoꝝ bene gummosorum. ana. ℥. ß. confricentur in crastino lento igne mane ⁊ colentur. ⁊ totum simul qd̄ liquiduꝫ est decoquatur ⁊ cum çuccaro in causa calida vel cum melle in causa frigida dulcoretur ad pōdus lib. ß. ⁊ clarificetur. detur in aurora vel post p̄mum somnuꝫ: ⁊ superdormiat. ⁊ sic fiat de die in diem. ⁊ addas si videatur oportunum quātum virtus ⁊ etas ⁊ alia particularia permittunt. Et est iste potus optimus ⁊ cum paucis additis curat omnē lepram curabilem a p̄ncipio. ⁊ est de meis secretis. ⁊ voco eum sirupū de mellissa. Et si colera vel sanguis abundet addat̄ cassia fist. in decoctione quando debet clarificari: ⁊ tunc non facit potum spissum. plus tamen operaretur si in substātia poneretur; sed fieret totum abbominabile magis.

¶ De 3°. notandum scꝫ de dieta ꝙ panis de tritico non nimis nouus nec antiquus valet eis. Et si venter sit constipatus debet panis esse furfureus: sed non debet esse similagineus. i. de medulla tritici ⁊ florum frumenti: non tortellosus nec adustus nec acetosus nimis nec salsus multū: sed medio modo inter ista se habens. ¶ Et si causa sit calida debet aliquid esse de farina ordei: ⁊ plus valebit. Uinum sit clarum odoriferum mundū citrinum non antiquum nec nimis forte. ⁊ si tale non inueniatur limphetur cum aqua decocta çuccarata ⁊ detur in parua quantitate ⁊ inter prandium ⁊ cenam nihil: ⁊ cena sit breuis ⁊ leuis: nec aliquo modo ieiunare maxime in causa calida: qꝛ semel comedere in die plus adurit humores ⁊ nocet eis. ¶ Et sit aqua eoꝝ munda currēs versus oriens ⁊ de tali fiat ceruisia eoruꝫ. Et si eam potent debet esse clara defecata aliqualiter granosa vel virtuosa ⁊ fortis. ⁊ cum tali aq̄ dꝫ fieri potagium suuꝫ ⁊ alia cibaria. ¶ Carnes sint gallinacie caponine fasianine ⁊ alioꝝ volatilium non degentium in lacubus ⁊ in aquis. Et de quadrupedibus pōt vti leprosus scꝫ de arietibus iuuenibus ⁊ lactantibus ⁊ vitulinis hedinis ⁊ porcinis macris de coxa ⁊ spina dorsi: qꝛ non cōmendo extremitates porcorum nisi qꝛ sunt in motu. Et de siluestribus accipiat de cuniculo iuuene vsqꝫ ad annum vel dimidium a natiuitate sua. ⁊ etiam de capriolis ⁊ aliys facilis digestionis. ¶ De piscibus vtatur squāmosis de aquis mundis currentibus longe a ciuitatibus ⁊ lacubus sicut de lupo aquatico vel lucio de perchia de fluuialib⁹ cancris ⁊ marinis ⁊ aliys tenere substātie decoctis cū fenugreco feniculo ⁊ petrosilio ⁊ saluia ⁊ teneritatibus feniculi ⁊ similibus. ¶ De oleribus vtatur buglos. borag. patina fragraria sūmitatib⁹ feniculi teneris petro. spiachys bletis lactucis. Et herbe frigide in cā calida valent ⁊ calide in causa frigida sicut serpiliū ⁊ capita porrorūꝫ ⁊ capparis: sed tamē porri debent decoqui ⁊ exprimi: ⁊ tunc cuꝫ brodio bono cuꝫ lacte amigdalaꝝ confici. Un̄ dicit Aui. porri ⁊ feniculi nouelli valent ad icidēdū ⁊ diuidēdū: qꝛ preparant superfluitates ciboꝝ ad expulsioneꝫ. Et ideo quādo volumus laxare eos ista debēt precedere. ¶ Si tn̄ volumus eos facere vomere: tūc raffanus ⁊ bleta prius competunt ⁊ pisces saliti ⁊ pinguia qꝛ natura facilius dimittit ea abire. ¶ Et dicit Aui. ꝙ caulis valet istis a proprietate: qd̄ tamē mirabile est: qꝛ sunt melancolici ⁊ grossi ⁊ ingrossant sanguinem. dicit in 2°. can̄. ⁊ Auer. in 5°. colliget. ¶ Solutio. dico ꝙ Auic. in 2°. can̄. dicit ꝙ caulis est triplex. s. siluestris marinus ⁊ domesticus. Siluestris vocatur caulis agrestis: ⁊ est valde calidus ⁊ siccus. Marinus est ille cum foliys latis sine stipite quasi sicut est parisius. Domesticus est duplex albus ⁊ rubeus cuꝫ longissimo stipite sicut est in anglia. p̄m⁹. s. siluestris adurit humores. 2⁹ a proprietate sua valet in nouitate: sed cuꝫ senescit ⁊ completur in quantitate est valde nociuus quantum ad suam substantiam: lꝫ succus posset valere in casu. s. in difficultate anhelit⁹ ⁊ in raucedine que cōmuniter ē in isto morbo. Et eodem modo de 3°. genere qd̄ nullo modo rōne substantie valet: sed ratione succi caulis est clarificare vocem. ⁊ ideo electuariuꝫ ibi valet. ℞. succi cauliū lib. i. bulliat ⁊ exp̄matur: croci. ʒ. ij. vel. iij. panis çuccari ⁊ mellis. an̄. lib. ß. fiat electuarium cum leui decoctione vel conditum. ⁊ valet fere in omni passione pectoris in causa frigida ⁊ in tempore frigido: et succus caulium cum çuccaro optimū est in lepra. ¶ De lacte pōt vti quādo anhelitus est difficilis: hoc supposito ꝙ non corrumpat̄ in stomaco: ⁊ ꝙ sit cōtentus illo solo cibo si sit possibile nisi virtus deficiat: ⁊ tunc paneꝫ madefactū in lacte accipiat. Et tunc claretum est bonū eis. s. in raucedine: si fiat de lacte cum carnibus porcinis macris vel cum carnibus arietuꝫ iuuenum ⁊ sit lac ouinum sicut mulgetur si possibile est. Si abhorreat illud capiatur tepefactum in quo modicuꝫ ponatur de succo menthe vel calamenti vel de melle vel de sale. ¶ De ficubus siccis accipiatur ante prandium et vuis passis mundis ab arillis pineis amigdalis excorticatis ⁊ modicum torrefactis ⁊ de fisticis. Aliquando fruct⁹ nocent eis nisi ꝙ aliquādo possunt capere vnū bolū post prandium de piro assato intincto in vino. ¶ Oua aliquādo possunt accipere si sunt sorbilia ⁊ de gallinis: sꝫ nō sint nimis mollia. ⁊ si sit possibile imponatur modicuꝫ de succo citoniorum vel de carnibus eoruꝫ: quia hec prohibent putrefactionem etiam vel corruptionem eorum in malū. ¶ Caueat a brodio pisoruꝫ ⁊ cicerum ⁊ fabarū. dimittat oīa sale indurata ⁊ frixa ⁊ adusta ⁊ pisas ⁊ fabas ⁊ cepas ⁊ allium ⁊ carnes leporinas ceruinas bouinas ⁊ fermentatum ⁊ indigestibilia ⁊ opilantia omnia frigida ⁊ melancolica ⁊ viscosa sicut panem pastilloruꝫ ⁊ anguillas ⁊ pisces putridos ⁊ carnes pridie assatas. ⁊ vitent coitum omnino quia nullus vsus eius est saluber. ⁊ vitent iram ⁊ sollicitudinem laborem nimium ⁊ frigus nimiū ⁊ calorem nimiū ⁊ omnia adurentia ⁊ congelantia. ⁊ aerem pestilentialeꝫ ⁊ omnia que corpus exterminant ⁊ corpus infrigidant et siccant ⁊ adurūt. Et in alopitia ⁊ leonina sit aer frigidus aliqualiter: sed in elephātia ⁊ tiria sit aliqualiter calidus: nec debent vigilare multum nec tristari: sed debent gaudere ⁊ de sanitate sperare ⁊ confidere. aliter enim nulla esset alleuiatio sensibilis quantūcunqꝫ medicus laboraret: quia facillime recidiuarent.

¶ Circa quartuꝫ ⁊ circa digestionem materie est sciendū ꝙ ea que dicta sunt de scabie valent hic. tamen in speciali scienduꝫ ꝙ in alopitia que est de sanguine cum casu pilorum ⁊ vlceratione ⁊ squammis ⁊ furfuribus: licet aliquando sit de colera adusta vel de humoribus frigidis: sed tūc si capilli cadunt vocatur magis tiria. dicit Sera

rapio in p̄mo practice ⁊ est cuꝫ squāmis:ſꝫ alopitia est de/
capillatio cū vlceratione magis.igit̄ si sit de sanguine dꝫ
digeri cum isto.℞.epatice capill've.ceterach adianthos
politrici fumiterre.an̄.M.i.seis portulace rasure eboris
floꝝ boragi.roſ.an̄.℥.i.melonuꝫ.℥.ſ.vuarū paſſ.munda/
tarū ab arillis çuccari.an̄.lib.ſ.fiat potus ad pondus.lib.
i.vel tali quo vtat̄ mane ⁊ sero.Deinde pōt vti sirupo de
fumoterre ⁊ sirupo de borag.oxiçaccara cōposita.an̄.q̄r.
i.¶ Sed si mā̄ sit colerica digerat̄ cum oximelle simpli
ci vel oxiçaccara ⁊ sirupo violato ⁊ sirupo de boragi.⁊ si/
rupo de nenufar̄.¶ Vel sic.℞.radicū feniculi petro.bru
sci apy.an̄.partē.i.endiuie scolopēdrie lactuce epatice ci/
coree capilloꝝ ve.an̄.M.i.sandaloꝝ alboꝝ ⁊ rubeorum
q̄tuor seminū frigidoꝝ maioꝝ ⁊ minoꝝ.an̄.℥.ſ.succoruꝫ
boragi.fumiterre.an̄.q̄r.i.çuccari albissimi.lib.ſ.fiat apo
çima vel decoctio acerba:qđ idem est:cū modico aceti si
non sit lesus anhelitus.3°.in tiria debet digeri mā̄ cū oxi/
melle diuretico ⁊ sirupo de fumoterre ⁊ sirupo đ boragi.
vel sic.℞.radicuꝫ feniculi raffani enule campane aristol'.
rot.an̄.partē.i.camedreos mellisse ysopi eupatory scolo/
pendrie.an̄.M.i.cinamomi nucis musca.an̄.ʒ.ſ.succorū
bugl'.scabiose caulium fumiterre boragi.an̄.q̄rt.i.qꝛ tunc
cōiter est difficultas anhelit⁹ in morbo isto.mellis ⁊ çuc/
cari.an̄.q̄r.i.vel de melle ponatur lib.ſ.⁊ fiāt lib.iy.⁊ vta/
tur mane ⁊ sero tepide in hyeme:⁊ in estate frigide.4°.di/
geratur materia in elephantia cum oximelle diuretico ⁊
squillitico ⁊ sirupo de fumoterre vel de borragie.¶ Vel
sic.℞.radicum raffani enule campane aristo.lon.anisi ca
mepitheos camedreos thimi saponarie scolopēdrie.an̄.
M.i.corticū radicuꝫ fraxini corticis genestre tamarisci.
an̄.℥.i.ponantur radices ⁊ cortices in aceto per dieꝫ ⁊ no/
ctē si nō fuerit ibi raucedo nec malitia anhelit⁹.¶ Tūc
℞.cinamomi.℥.i.anisi.q̄r.i.cuscute.℥.ſ.succorum boragi.
scabiose fumiterre.an̄.lib.ſ.liquir.mūde.q̄r.i.mellis lib.
i.çuccari.q̄r.i.fiat q̄rta anglicana.⁊ dimidia vtat̄ post pri
mū somnū in mane.¶ Modo de electuarys cōfortanti
bus est videndū.¶ In alopitia valet pliris cum triasan/
dalis.¶ In leonina valent triasandali cum çuccaro ros.
nouella çuccarū roſ.¶ In tiria valet diacalamentū cuꝫ
diaturbith ⁊ diamargariton.¶ In elephantia valet dia/
calamentū vel çinçi.conditum cuꝫ leti⁹ Hal'.Et in oibus
valet diaboraginatū ad restaurandum:qꝛ cōsumpti sunt
omnes:ſꝫ non eq̄liter.Sed rōne pectoris in cā̄ calida va/
let diadragantū tn̄ frigidū.In cā̄ frigida diadragantū ca
liduꝫ infusuꝫ in penidie:sed diapenidion nō valet nisi au
ferant̄ calide ⁊ sicce spēs que ibi ponuntur.

¶ De 5°.ſ.de preseruantibus a lepra ⁊ etiā palliantibus vi
denduꝫ ꝙ quedā sunt pro pauperibus ⁊ quedaꝫ pro diui
tibus.¶ Pro pauperib⁹.℞.quolibet die de epithimo co/
clear vnum ⁊ sero caprino ⁊ preseruat ⁊ curat longo vsu.
¶ Iteꝫ capiatur miluus ⁊ assetur in furno vel patella sic
ꝙ possit pulueriçari:⁊ de puluere illo detur quolibet die
leprosis ⁊ scabiosis ⁊ est sūma medicina.¶ Item eodem
modo pōt fieri de saponaria desiccata ⁊ pulueriçata data
in potu vel in cibo.¶ Pro diuitibus.℞.limaturā auri ⁊
detur quolibꝫ die ad pondus.℈.i.⁊ detur in cibis vel po/
tibus mane vel in p̄ncipio prandy.⁊ est sūmuꝫ remediuꝫ
⁊ sacratissimū ⁊ confortat mentē ⁊ cor.Eodē modo si de/
tur in diaboraginato vel in diarodon abbatis vel in leti⁹
Hal'.¶ Item argentū si detur limatū vel pulueriçatum
ad pōdus.i.scrilingi vel.℈.i.quolibet die sicut dixi de au
ro est optima medicina.vel folium auri vel argenti qđ fa
ciunt aurifabri eodem modo acceptum optimum est.⁊ si
sit patiens potens capiatur in magna quātitate.¶ Iteꝫ
capiatur sericum album crudum sumatur minutim cum
succo boragi.⁊ scabiose clarificatum.da quolibet die.⁊ ℞
in tiria.Et sericum ru.detur in alopitia.citrinum in leoni
na:nigrum in elephantia:⁊ si cum osse de corde cerui de/
tur in cibis vel potibus vel electuarys:tunc est optimuꝫ.
¶ Item capiatur argentū limetur cum lima donec fiat
sicut terra.deinde in cocleari ferreo cum aqua salis deco
quat̄ donec aduratur.Si autē non adurat̄ p̄yciatur mo
dicum de sulphure citrino in cocleari:⁊ tunc comburat̄.
⁊ cū refrigerat̄ cribelletur ⁊ teratur subtiliter.detur aur̄.
ſ.sex vicibus cum aqua buglo.Et eodeꝫ modo de auro li
metur p̄us:deinde de plumbo ad pondus.ʒ.i.ſ.liquefiāt
vtraqꝫ ⁊ dimittantur in frigidari ⁊ iterū aurū limet̄ ⁊ ad/
datur iterato tantuꝫ sicut p̄us ⁊ de plumbo ⁊ limetur 3°.
cuꝫ lima:⁊ tūc fricat̄ in cocleari ferreo ⁊ fundat̄ super aq̄
salis.i.sal liquefactū vel aqua salsa vel modicum lixiuy ⁊
ferueat donec consumat̄ aqua ⁊ remaneat auruꝫ ⁊ plum/
buꝫ.deinde teratur in mortario donec fiat sicut puluis ⁊
misceatur cum medicinis.vel potest dari cum vrina hir/
coꝝ montanoꝝ vel cum vrina caprarū ⁊ ouium nigrarū
vel cum sero caprino vel vaccino clarificatis.¶ Iteꝫ ac/
cipe serpentē ⁊ decoque cum tritico.⁊ cum illo tritico nu
triantur galline vel capones quousqꝫ plume cadant tunc
assentur ⁊ comedant̄ a leproso tales capones vel galline
quousqꝫ habeat scothomiā.⁊ capiat cum hoc de cinamo/
mo vel tyriacam modicam.⁊ illud curat ⁊ cutem totā re/
nouat ⁊ carnem.Et cuꝫ pinguedine distillante inungatur
facies ⁊ pustule:⁊ est optima medicina:ſꝫ bonuꝫ est illud
facere in vere ⁊ post autūnuꝫ postq̄ꝫ corpus purgat̄.⁊ sil'r
in alys temporibus qꝛ periculosus esset ante purgationē.
ista sunt de secretissimis.¶ Item de asino pōt fieri opti/
ma medicina:qꝛ cinis epatis asini cum oleo super scrofu/
las valet ⁊ lepraꝫ sanat:siue detur talis cinis per interius
siue aspergatur exterius.Et cinis carnis vel epatis asini
cū oleo valet fixuris factis a frigore sicut hyeme ⁊ factis
ab adustione.Et ista Aui.ponit 2°.can̄.⁊ ego expertus suꝫ:
nec pōt valor illius medicine exprimi.

¶ De 6°.ſ.de euacuantibus complete dicendū ꝙ euacuan
tia in cā̄ sanguinea sunt ista.℞.floruꝫ boragi.viol'.an̄.℥.i.
succoꝝ fumitterre boragi.bugl'.an̄.q̄r.i.cassiefi.prunoruꝫ
tamarindoꝝ.an̄.℥.i.mirabol'.citrinoꝝ.℥.ſ.sene.℥.i.epithi
mi.℥.ſ.⁊ propter adustionem in omni specie çuccari lib.ſ.
fiant lib.y.⁊ dentur in aurora vel post primum somnū cū
modico somno post.⁊ cum expergesit modicum amouea
tur.⁊ hoc iuuat ad expulsionem.¶ Itē diapapaueris cū
diaboraginato hic valet.¶ Flobotomia etiam valet hic
cum conditionibus habitis:quas dixi prius.¶ In causa
colerica scꝫ in leonina.℞.endiuie scariole lactuce ⁊ ace/
dule.ana.M.i.mirabolanoruꝫ citrinoruꝫ belliricoꝝ.an̄.
℥.ſ.temperentur in sero sicut dictum fuit prius.cassiefist.
℥.i.mundate:prunorum.xx.florum viol'.boragi.nenufa/
ris.ana.℥.i.sene.℥.i.succorum fumiterre boraginis absin.
an̄.q̄r.i.diagridy masticis.an̄.℈.i.vel.ſ.ponātur ista duo
in sacculo ⁊ decoquantur in clarificatione cum vuarum
passarum.quar.ſ.çuccari lib.ſ.fiant lib.y.si vis.¶ Dein/
de cum istis pillulis.℞.catholicon.℥.y.electuary de suc/
co rosato oxilacri.an̄.℥.y.agarici.ʒ.i.conficiantur cuꝫ oxi/
çaccara composita vel cum sirupo de fumoterre detur in
nebula in sero.17°.vel.19°.⁊ post sumatur de diarodon lily
vel diacameron si sit diues.¶ Si materia sit flātica si/
cut in tiria.℞.succorum fumiterre scabiose.ana.lib.ſ.ma
sticis nucis muscate.ana.℥.ſ.mirabolanorum chebuloꝝ
gummosorum emblicorū.an̄.℥.ſ.turbith çinçib.ana.ʒ.y.
agarici.℥.ſ.polipody quercini.quar.ſ.mellis roſ.lib.i.vel
ſ.fiat sicut prius.Et quottidie vtatur diaturbith cuꝫ çin/
çiber in dicto laxatiuo ⁊ electuario quia vsus eius preser/

nabit a lepra flegmatica:ſicut dicit Meſue.c.de turbith.
Et ſi fortius vis operari pone adhuc aliqd de ſemine car-
thami cum rectificatione dicta in.c.de quottidiana.li°p.
¶ Deinde fortes medicine in veris pncipio ꝛ autumni.Et
℞.ierepigre gal'i.ʒ.ij.diaturbith.ʒ.ij.eſule maſticis.an̄.ʒ.
i.agarici.ʒ.ſ.ieraruffi.ʒ.ſ.interiorū colloquintide.℥.ſ.fiāt
pillule cū oximelle diuretico. ¶ Deinde vtatur diamar-
gariton ꝛ çinçi.ↄdito.ſi mā ſit mel'ica ſicut in elephantia:
tūc.℞.camedreos thimi epithimi eupatorij.an̄.M.i.ſuc
coꝝ ſaponarie lapatij acuti fumiterre ſcabioſe.ana.lib.ſ.
ſene.℥.i.ſ.polipodij aniſi.an̄.q̄r.i.corticū mirabolanoruz
emblicoꝝ ꝛ kebuloꝝ.an̄.℥.ſ.indoꝝ.℥.i.ꝛ preparent̄ agari
ci.ʒ.ſ.floꝝ boraginis ſticados arabici.an̄.℥.i.ſ3 epithimū
ponat̄ in vltima ebullitione cuſcute cinamomi.an̄.℥.ſ.li-
quiri.quar.i.mellis diſpumati.lib.ſ.fiant lib.ij.vel plus.
¶ Deinde purget̄ cuz pillulis.℞.iereruffi.diaſene.an̄.ʒ.
ſij.catholicon diaboraginatuz.an̄.ʒ.ij.pulpe collogntide
bdellij.an̄.ʒ.ſ.ſene agarici.an̄.ʒ.i.fiant pillule cuz oximel
le ſquillitico:ꝛ dentur plures vel pauciores ſm temp⁹an-
ni ꝛ virtutē patientis. ¶ Deinde detur patienti de diaca
meron diambra leti^a.Gal'.ſi ſit diues.ſi non:detur diabo-
raginatuz per ſe. ¶ Notandū tn̄ ꝙ ſi ſit mulier ꝛ patitur
retentionē menſtruorū detur in medicinis arthemiſia ꝛ
ſpicanardi.ſi ſit vir ꝛ patitur retentionē emorroydaꝝ po
natur ciminū ꝛ ſuccus porri.ꝛ detur aloe bn̄ preparatuz.
¶ Uel in cauſa mel'ica dentur pillule ioānis Meſue:q̄s
ponit.c.de electuario.℞.ierepigre Gal.℥.i.polipodij.ʒ.iij.
electuarij.ʒ.i.epithimi ſticados.an̄.ʒ.iij.ſ.agarici.ʒ.ij.lapi
dis laçuli bene abluti ſaliſgēme colloquintide interioris
bdellij.an̄.ʒ.i.fiant pillule cum oximelle:quarū doſis.ʒ.i.
vel.ſ.ʒ.i.ſ.in forti.Et dicit Haly in regali diſpōne ꝙ ſunt
ſane ꝛ experte etiā in cācro ꝛ in morphea ꝛ in alijs paſſio-
nibus mel'icis:tn̄ poſt debent vti paſſulis ꝛ aqua earum ꝛ
aqua ordei ꝛ iure galloꝝ ꝛ gallinarū ꝛ amigd̄.ꝛ nucib⁹ma
gnis vel oleis earū ad expellendū nocumentū electuarij.
ꝛ debent iſte medicine iterari frequenter ſi patiens tole-
ret:tn̄ puluerem electuarij non eſt tutum aſſumere.
¶ Septimo opꝫ purgare particulariter cuz caputpurgijs
ꝛ cauterijs ꝛ poſt cuz caputpurgijs.ꝛ accipiat̄ ſuccus me-
diani corticis ſambuci ꝛ inijciatur in narib⁹ cuz pēna ipſo
iacente reſupino vel ſuccus maiorane vel primule veris
vel cuz puluere caſtor.ꝛ piperis fiat ſternutatio. ¶ Item
accipe ſemē vrtice ꝛ inſuffletur poſtq̄ȝ teratur ſubtiliter.
ꝛ aperit opilationē colatorij fortiter ꝛ etiā ſi maſticetur ꝛ
confert ſtricture naris qd̄ eſt peſſimū in lepra. ¶ Iteȝ na
ſturcij celidōie pulegij origani agnicaſti.an̄.M.ſ.macro
piperis nucis muſca.an̄.ʒ.ij.ↄquaſſent̄ ꝛ bulliant in vino
albo ꝛ addat̄.℥.i.olei de lilio vel de lino ꝛ bulliant ſimul
ꝛ colent̄.ꝛ bombax vel lana intingat̄ ꝛ due gutte compri
mant̄ in narib⁹ ante cibū ꝛ optime purgant caput. ¶ Itē
fiant maſticatoria.℞.maſticis euforbij piretri piperis ca
ſtorei ſinapis.an̄.ʒ.i.miſce cū oximelle ſquillitico ꝛ modi-
co cere.fiat cerotum de quo vna pars ponatur inter den-
tes ad q̄ȝtitatē fabe ꝛ cum aqua venit expellatur. Uel pi
retruz ꝛ ſtafiſagria in ſacco lineo terantur inter dentes ꝛ
maſticētur ꝛ exibit ſuperfluitas. ¶ Uel fiat gargariſma.
℞.maſticis.ʒ.ij.ſeminis ſinapis.℥.ſ.ſucci ruthe.℥.i.ſ.pire
tri ſtafiſagrie.an̄.ʒ.ij.mellis.lib.ſ.aceti modicū decoquā-
tur ſimul in modica quantitate aque:tunc colentur ꝛ ſor-
beatur vnus hauſtus paruus ꝛ non tranſglutiat̄:ſ3 in gut
ture nō cōmoueat̄ ꝛ in ore teneatur diu ꝛ tunc expellat̄.ꝛ
illud purgat caput.pn̄t tn̄ prius bethonica ꝛ ſaluia deco-
qui. ¶ Deinde fiant cauteria in vtriſq̄ȝ tibijs ſub genu in
ↄcauitate ſup muſculū fortiter.ſil'r i brachijs.ꝛ fiāt ſectio
nes in collo ꝛ ventoſe īter ſpatulas cū ſcarificatiōe.ꝛ fiāt
cauteria in capite in ptib⁹ q̄tuor ſup cōmiſſurā ſi patiens
poſſit pati:ꝛ teneant̄ iſta.40.diebus ad minus.
¶ Octauo veniendū eſt ad localia remedia que ego voco
balnea ſtuffas vnguenta emplaſtra ruptoria. Et pmo de
balneo ꝛ ſtuffa.capiatur fumuſterre ſcabioſa lapatiū acu
tum camomilla mellilotū melliſſa ſaponaria.an̄.quātuȝ
vis decoquātur in aqua mane.ꝛ tunc patiens excitetur ꝛ
expellat omnes ſuperfluitates:ꝛ tunc intret ſtuffam ꝛ fri
cetur per totū corpus. ¶ Deide.℞.ſinapis piperis nigri
nucis muſca.cinamomi ſulphuris viui piretri aloes.ana.
pulueriçent̄ ꝛ bulliant in aceto multo:ꝛ tūc cū pāno aſpe
ro intincto totus fortiter fricetur a capite vſq̄ȝ ad pedes
ꝛ retro.ꝛ poſt lauet̄ cum aqua dulci calida:ꝛ tunc cū pan-
no lineo molli deſiccetur:ꝛ tunc detur ſibi de tyriaca.ʒ.i.
cuz vino decoctionis fumiterre. ¶ Deinde inungat̄ cum
oleo maſticino vel coſtino vel cū oleo cōmuni in quo gal
le ꝛ maſtix decoquātur.ꝛ tunc cuz aqua de floribus faba-
rū lauetur vel cū iſta aqua.℞.radicuz lilij iari dragontee
cōquaſſentur ꝛ diſtillent̄ per alembicuz ꝛ addat̄ aqua de
floribus fabarū ꝛ parū de gario.ꝛ nuce muſ.vel aqua roſ.
modicū.ꝛ cū iſta aqua facies ꝛ totū corpus ꝛ caput lauet̄
quottidie q2 iſta decorāt ꝛ palliant. ¶ Idē facit ſanguis
leporis calidus ſi facies ꝛ totuz corpus liniat̄. ¶ Uel.℞.
leuiſtici capilloꝝ ve.radicū lilij furfuris fumiterre.deco-
quant̄ in aqua:ꝛ cuz illa lauetur facies manus ꝛ totū cor-
pus.ꝛ hoc dealbat rugas faciei:ſcabies ꝛ furfures ꝛ pruri
tum aufert.ꝛ camomilla cū eis eſt bona . ꝛ iſta omnia de-
bēt freq̄nter iterari:q2 decies repetita placebūt. ¶ Mo-
do remoueamus tuberoſitates que ſunt in facie.pmo ſtu
phetur facies cum iſtis.℞.radicum lilij malue biſmalue
ſcabioſe feniculi camomille melliloti aneti.an̄.M.ſ.de-
coquant̄ in aqua ꝛ ſtuphet̄ facies quottidie ante prandiū
poſt purgationes:ꝛ tunc ſudent ibi. ¶ Deinde foliū cau-
lis ſupponat̄ ꝛ inungatur cū dialtea ad remolliendum.ꝛ
tunc iterū ſtuphetur.ꝛ ponat̄ paritaria ꝛ lapatiū acutuz.
ꝛ tunc cū iſtis inungat̄ cū dialtea adhuc ad remolliendū:
ꝛ tunc ſtuphet̄ iterū:ꝛ cuz predictis apponat̄ ebulus ꝛ ſa
ponaria.ꝛ poſt cū vnguēto citrino inungatur.℞.vnguen
ti citrini.q̄r.ſ.vnguenti fuſci vnguenti albi.an̄.℥.ſ.litargi
rij.℥.ſ.miſceant̄ ꝛ vngat̄ tota facies ꝛ loca tuberoſa.dein
de abluatur cū aqua furfuris ꝛ fabarū.ꝛ tunc cū lardone
inungat̄.Et tunc niſi recedāt accipiatur radix bruſci vel
fricetur ꝛ cōteratur ꝛ ſuperponat̄.deinde cū puluere her
modactilorum corrodant̄ vel cū dialtea acuita cū viridi
eris.tunc calx viua extincta ſupponat̄ ꝛ ſapo mollis ꝛ cor
rodit:ꝛ tunc cuz olibano curentur vel cum emplaſtro ia-
nuenſi vel cum lardone inungant̄ tuberoſitates nodoſe.
ꝛ tunc ſuperfricentur cuz herbis predictis ꝛ eleuent̄ cuz
vncino.ꝛ tunc abſcindant̄ cuz nouacula.ꝛ totus ſanguis
qui fluit colligatur.ꝛ cū litargirio bene pulueriçato forti-
ter cōmiſceat̄.ꝛ tota facies vl' locus ille emplaſtret̄.ꝛ ſtet
ibi tribus diebus.ꝛ tunc abluatur cuz aqua furfuris ꝛ in-
ungatur vt pus. ¶ Si aūt timeat inciſionem capiat̄ pul-
uis tantū viridis eris ſalis armoniaci calcis viue:ꝛ cuz ſa
pone molli miſceat̄ vel cum aceto ꝛ ponatur in caſſula et
ſuperponat̄ loco in quo volumus corrodere ne loca vici-
na corrumpant̄:ꝛ tunc curet̄ cū melle roſ.vel cuz empla
ſtro nigro ꝛ ianuenſi. Tamen ad decorandū faciē pōt fie
ri ventoſatio inter ſpatulas ꝛ ſub mento cuz ſcarificatio-
ne in anterioribus tibiarū. ¶ Si nō vult iſta:poteſt cum
cantaridibus capitibus ablatis ꝛ alis cū ſepo mixtis fie-
ri veſicatio ꝛ ruptoriuz ſub mento:ꝛ tunc teneatur locus
apertus per multos dies:ponendo foliū ſaponarie ſuper
locū:ꝛ poſt cuz maſtice ꝛ olibano ꝛ roſis ſimul pulueriça-
tis cuz albumine oui ſimul mixtis curetur ruptura.ꝛ va-

let totuz illud in flegmate salso vel in gutta rosea in facie
que vocatur ab Auic. 4°. cañ. fen 7ª albezauē: ⁊ a Rasi ru
bor faciei. ¶ Post vniuersalia possunt localia poni mul/
ta. ℞. argēti viui. ʒ. ij. sulfuris. ʒ. iij. fellis porci succi hede/
re terrestris. añ. ℥. ß. vel. ℥. i. misce cum assungia veteri vn/
ge faciem prius lotam vino albo. ⁊ si ponatur cuz ista zin
zib. ⁊ elleborus erit fortissimū. Si precedant remolliētia
⁊ ventose ⁊ purgationes flegmatis salsi ⁊ flebotomie ali/
que particulares vel vniuersales. ℞. granorū pini vel pi/
nearum mundatarū argenti viui extincti cum saliua bo/
minis ieiuni assungie porcine recentis quā non tetigit aq̄:
aque de floribus fabarū añ. partē. i. conterant̄ ⁊ pistentur
bene simul in mortario ⁊ facies inūgat̄ quādo vadit dor/
mitum ⁊ in crastino nihil apparebit. ⁊ hō est meum ꝓpriū
experimentū: ⁊ voco illud pineatum. ⁊ est illud vnguētuz
meuz pro delicatis: pro quo habui pecuniaz ⁊ tot alia que
nescio quot ⁊ quāta. ¶ Item. ℞. cepe ro. sulfuris viui. añ.
partez. i. aluminis piperis nigri. añ partez. ij. fiat vnguen
tum cum pinguedine porci. ¶ Item. ℞. sanguinez vituli
.i. saym spume maris cubebe grana paradisi añ. cōfice cū
pinguedine anatis. ¶ Item aliud optimū ⁊ experimētū
meum est. ℞. piperis nigri. ℥. i. salis cōis partē. i. sulphuris
viui partē. ß. confice cum sanguine antiquo. ¶ Item. ℞.
fol. hedere cocta in aqua tritici pistati adde assungie vete
ris iaceant per noctē in aceto forti in mane bene cōmisce
⁊ vtere: ita ꝙ lib. i. istius addatur. ℥. i. argenti viui pone su
per locum in vespere nec moueas nisi post longuz tēpus.
¶ Item. ℞. soleas combustas ⁊ cuz melle fac emplastrū
super pustulas faciei nec amoueas quousqʒ cadant dicit
Theodoricus. ¶ Item cum succo feniculi ⁊ aceto pustu/
le inungant̄ ⁊ berbeles vocate a mulieribus ⁊ auferant̄.
¶ Item. ℞. lapacij acuti ⁊ remoue illud durū qđ interi⁹
est. ⁊ cortex exterior optime lauet̄ ⁊ mundificetur. postea
subtilissime pulueriʒetur in mortario ac si esset salsamen
tum. post apponat̄ argentuz viuum extinctū ⁊ bene incor
poretur cum pistello. deinde apponatur assungia porcina
vetustissima liquefacta ⁊ per pannū colata cum cera icor
poretur ⁊ inungat̄ facies quottidie preeuntibus stuphis
cum herbis ad ꝓpositū valentibus ⁊ cum lapatio acuto
fumo terre ⁊ scabiosa fol. enule campane malua capil. ve
ne. ¶ Si aūt inueterate sunt pustule ⁊ egritudo illa: tunc
borax pulueriʒetur cuz equali pondere piperis ⁊ conficia
tur cum succo cepe ⁊ melle. Et si illud non sufficiat. ℞. cā/
phore. ʒ. i. farine ciceruz rubeoꝝ. ℥. ß. boracis. ʒ. ij. terenda
terantur ⁊ cum succo cepe conficiant̄ ⁊ melle dispumato
⁊ locum inunge. ¶ Modo dicendū est de nodositatibus
in leprosis que nō sunt pustule ꝑmittende. ℞. radicē lilij
celestis portantis florez purpureuz vel radicem cōis lilij
vel radicem serpentarie cōterant̄ post decoctionē ⁊ cum
oleo de amigđ. amaris distemperent̄ ⁊ superponat̄ totuz
⁊ curat frequēter. ¶ Item de farina ordei ⁊ furfure lota
in aqua fiat lotio faciei frequēter. ⁊ de substātia solsequij
⁊ saluie fiat emplastrū super trūbositates frequenti vsu.
¶ Ultimo si non sufficiant ista. fiat scarificatio in loco. ⁊
tunc sanguis ille fluens cū puluere litargirij misceat̄ vel
coralli albi vel olibani vel flores eris ⁊ superponat̄ sicut
℥. i. vel cum albumine oui. ¶ Item diaquilon confectuz
cū balsamo cōsumit ⁊ remollit. ¶ Et si sit nodositas anti
qua remollienda. remollientia debēt ꝑcedere. Et tunc ar
moniacum dissolutū in aceto valet optime. vel sterc⁹ ca/
prinū fusum in aceto superponat̄ ⁊ curat. ¶ Ulteri⁹ post
opʒ faciem dealbare in mulieribus ⁊ sanis ⁊ alijs. ℞. bo/
racis marmoris ceruse coralli albi. añ. ʒ. ß. fiat puluis: ⁊ cū
saliua ieiuna distemperet̄ pars in manu ⁊ facies inunga/
tur. ¶ Deīde si post ista pustule sic remaneāt ī facie post
lauetur cum saliua ieiuna. Deinde. ℞. pinguedinis porci
recentis partē. i. ponat̄ in vino albo per aliquot dies. tūc
℞. argenti viui cuz saliua hominis extincti. ʒ. ß. sulphuris
ʒ. i. camphore pōdus oboli. fiat vnguentum quo vngatur
facies in sero post stuphas herbarū mollitiuarū ⁊ malue
bismalue. ⁊ in crastino lauet̄ cum aqua colature furfuris
Et in causa calida reumatica remoueat̄ camphora: ⁊ con
ficiatur cum albumine oui loco illius. ¶ Item accipe li/
macias ru. ⁊ incidantur per mediū. ⁊ tunc superaspergat̄
puluis salis gēme. ⁊ illud liquidum qđ exit vel distillabit
admisceat̄ cum pinguedine terre. que vbicūqʒ terrarum
inuenit̄. ⁊ vocatur stella terre ⁊ castis stelle. ⁊ cum istis la
uentur pustule ⁊ facies: ⁊ faciem mundificat ⁊ consumit
pustulas. ⁊ ista sunt secretissima mea. ¶ Item. ℞. ceruse
litargirij. añ. ℥. ß. cum oleo ro. ⁊ aceto fiat vnguentū opti/
mum cōtra pustulas leprosoruz. Et aliquando aliqui ad/
dunt de lapide alabastri. ʒ. ij. qđ idem est de marmore al/
bo vel de calce viua extincta parum. ¶ Item cōtra oēs
pustulas. ℞. draganti gūmi arabici. añ. ʒ. i. rof. ʒ. ij. amidi
ʒ. i. ß. cum saliua hominis ieiuni misceant̄ simul. ⁊ loc⁹ epi
thimetur vel cataplasmet̄ vel fricetur: ⁊ valʒ in omni pu
stula: ⁊ illis que dicunt̄ plurpis: ⁊ in venenosis ⁊ alijs oī/
bus: ⁊ in omni tēpore morbi: ⁊ omnia vulnera sanat: ⁊ cuz
carpia ⁊ pul. hermodactilorū valet contra cancrū ⁊ fistu/
las. ¶ Item radix malue cuz pinguedine cerui lupini. i.
torruli bullita in oleo cum modico cere. si fiat vnguentū
valet ad berbeles que sunt pustule parue. ⁊ ad scabiē tur
pē vbicūqʒ fuerit in corpore. ⁊ valʒ ad inflaturas ⁊ ad lo/
ca indurata ⁊ ad omnes passiones mulierū quas patiunt̄
in matrice. ⁊ si oleum ro. addat̄ hoc est vnguentū lupinū
vocatū a me. ¶ Item stercus muriū remollituz in aqua
aufert leprā ⁊ pustulas grossas que sunt berbeles. ⁊ si re/
molliat̄ in vino albo tollit lētigines in trib⁹ dieb⁹. ¶ Itē
sanguis tauri tollit lentigines ⁊ faciem facit clarā. ¶ Itē
stercus tauri distemperatū cuz aceto faciez facit pulchrā
si cū eo inungat̄. ¶ Contra rumorē faciei innālē circa na/
res ⁊ partes illas capiant̄ tuberositates lilij viridis ⁊ cuz
**Signa** sunt. febris ethica īseparabilis ⁊ lenta frequēter contingit eis. ⁊ habent sputuz saniosum et flegmaticum. ⁊ sputum saniosum quādo submergitur in aqua petit fundum. flegmaticū vero supernatat. ⁊ saniosum proiectuz super carbones viuos fetet. flegmaticum vero nō. ¶ Item sanies semper inducit maciem. flegma viscosum non taliter. ¶ Tamen hic est notandum ꝙ sanies arguit empicum frequēter ⁊ non ptisicuz. ⁊ ideo opꝫ videre pulsum. ⁊ si non significat febrem non videt̄ fieri ex vlcere pulmonis. si igitur est ordinatus ⁊ tardus nō est ibi ptisis nec ethica. Et ideo Hal'. 5ª particula afforis. commento. xi. Quicunqꝫ squinantiaz effugiunt ad pulmonez eis conuertitur ⁊ in septem diebus moriuntur. Si vero hos effugerint empici fiunt sicut dicit. ⁊ cognoscitur ad pulmonem migrasse. ¶ Notandū de ratione pulsus. naz si durus ⁊ inordinatus est inequalis ad pⁱncipale mēbruz translatam significat materiam. Mollis autez ⁊ equalis ⁊ ordinatus cum bona respiratione certam diuisionez significat. ⁊ ideo quādo materia est in pulmone semp ostēditur per pulsum ⁊ flabelluz cordis: quia mutuo se ostendunt: quia ledunt̄. ¶ Aliud signum ptisis tussis cōtinua quasi q; natura incipit expellere saniem ⁊ nocumentuz: ⁊ nō potest nisi cum tussi. quia sicut stomacus purgatur superius per vomituz: ita pulmo per tussim. ⁊ tussiunt plus mane q̄ꝫ post primuz somnū. ⁊ in tempore humido plus. ¶ Item grauantur magis post cibum q̄ꝫ ante ꝓpter fumos plures eleuatos. ⁊ habent debilem appetitum propter saniem distillantem aliquādo ad stomacuz. ⁊ habēt grauedinem pectoris ꝓpter saniem ibi collectam. ⁊ propter vlcerationem. habent rubedinem in pomis maxillarum post cibum maxime ⁊ post fortem tussim. habent etiaz calorem in volis manuū ⁊ plantis pedum cito post prandiū: vt etiā dixi in pⁱmo libº. de ethicis. habent cōstrictionez anhelitus ⁊ malitiaz: maxime si moueant̄ ꝓpter motum laboriosum pulmonis. tunc similiter corpus est extenuatum arefactum. musculi cōsumuntur. ⁊ apparet quasi puluis in volis manuuz. ⁊ capilli cadunt ꝓpter consumptionem. vngues incuruantur ⁊ extremitates gibbosantur: sicut corrigia exposita igni. quia ibi est quasi spasmus de inanitione. ¶ Itez aliquando ꝓuenit ptisis propter vlcera in velaminibus pectoris: aut ꝓpter vlcus trachee artarie seu cannaliū pulmonis: sed illa est ptisis impropȓie dicta. ¶ Si autez veniat ꝓpter vlcus pulmonis: tunc est ptisis vera ⁊ sunt signa distinctiua. quoniaz quādo venit a canalibus est dolor in medio colli ⁊ fetor oris: ⁊ ita est cōmuniter in ptisicis cōfirmat'. ¶ Et si fuerit vlcus in substantia partis annulose nō curatur: ⁊ quādo est inter duos ānulos post: ⁊ ita in perforatiōe gule. sed si sit in reliquis partibus corporis possunt curari: q; vene sunt stricte ⁊ parue: ⁊ q; sūt ibi partes magis carnose. ¶ Ubi tamen minera sit scitur si filuz intingatur in aqua sanguinis draco. vel in sanguine muris ⁊ circūcingatur pectus: vbi citius desiccabitur ibi est minera. ⁊ vbi dolor: ibi narrat egritudinem. ¶ Si tamen vlcus sit in pulmone sunt signa multa. quia ledunt̄ a quocūqꝫ aere excedente siue in calido siue in frigido. ⁊ tussis est magis molesta ⁊ non possunt iacere in aliquo laterum. ⁊ est dolor in spatula sinistra ⁊ māmilla sinistra. ¶ Hic tamen notandum ꝙ est differentia inter vulnus pulmonis ⁊ vlcus eius. quia vulnus est solutio continuitatis cum deperditiōe substantie vel sine sanie. sed tunc est vlcus quādo est deperditio ⁊ solūmodo cuz sanie. ¶ Et q; vulnus precedit aliquādo vlcus: quia in sputo sanguinis fit sputum saniei. s. quādo sanguis est pessimus. dicit̄ 7º. affo. cōmento. 15. Jđ sciendum ꝙ sputum sanguinis aliquādo venit a vulnere pectoris: aliquando a vulnere pulmonis: aliquando de partibus oris: aliquādo de cāna pulmonis ⁊ de consimilibus. Si de pulmone tunc est spumosus. vt dicitur gnta particula afforis. affoȓismo. 14º. vbi sic dicit. Quicunqꝫ sangninem spumosum expuunt: his ex pulmone eductio fit. ⁊ hoc est quando sanguis exit cum tussi. si non est clarus nec boni odoris: tunc vulnus pulmonis arguit. quia si fit de vena pulmonis rupta. tunc cum tussi exit et multus est ⁊ boni odoris. ⁊ non oportet ꝙ sit spumosus. ⁊ ideo septima particula affoȓis. cōmento. 31. dicit Halie. de pulmone nō exit sanguis spumosus: nisi cum ipso pars substantie pulmonis exierit: qđ maxime est intelligenduz. s. quando debet exire per anum: quia aliquādo in longa via consumit̄ spuma nisi pars substantialis vel rara: cuiusmodi est pulmo ⁊ partes eius exeant per locum illū. Et isto modo loquit̄ in affo. illo. s. de egestione vt patet. Similiter 2º ꝓnostic. commento. 49º. dicit Halie. ꝙ sanguis euacuatus a pul

mone non est grossus in sua substātia nec multus. ⁊ ideo sanguis veniēs a pulmone est spumosus: ⁊ minus si de vena veniat q̄ȝ si de substantia eius. ⁊ est maior ⁊ cum minori tussi. s. cum venit de vena ⁊ est magis ru. Et discernuntur ista duo a sanguine veniēte a pectore: qꝛ de pectore venit cuȝ magna tussi. ⁊ tamen illud est fallibile: sed de pulmone venit sine dolore: sed de pectore cuȝ dolore. ¶ Itē sanguis veniens de pectore est nigrior ⁊ minus calidus ⁊ grossior: sed sanguis qui venit de pumone est albior clarior: ⁊ calidior ⁊ minus coagulatus ⁊ spumosior. ¶ Iteȝ de ore veniens exit cum simplici sputo: qꝛ venit de gingiuis mollificatis vel palato. Et si veniat de naribus vel de capite per palatum: tunc non est spumosus ⁊ est appitio rerum rubearum coram oculis: ⁊ grauitas temporum ⁊ dolor capitis. Sed de gutture exiens exit cū rascatione ⁊ cū aliqua leui tussi. vnde rascatio attrahit a gingiuis ⁊ a palato: sed fortior a gutture: fortissime attrahit a cāna pulmonis. Et si cū vomitu veniat sanguis venit de stomaco vel de epate vel splene. ⁊ discernitur ex dolore loci. ¶ Item cum tussi modica venit materia a partibus proximis. ⁊ si cum magna venit a partibus remotis. Sed si sanguis sit virulētus ⁊ saniosus tūc est a corrosione: ⁊ quia catarrus aquosus precessit. Et si est ex apertione a principio est paruus: post multus: ⁊ minuitur color ꝯm multitudinē ⁊ paruitatem sui exitus. ¶ Item a parte vrine est signū ptisis. si ipsa sit citrina in colore: in substantia pinguis. ⁊ oleagina cum spuma diuersa grauis tunc ptisim significat.

## Pronostica.

Pronosticatio est q̄ ptisis antiqua ⁊ confirmata incurabilis est. tamē in principio potest curari sicut narrat Auic. 3°. cañ. fen 10a. de muliere ptisica: cui fuerant omnia funeralia parata: tamen euasit cum çuccaro ros. vt dicit. Sed antiquata nō curatur maxime quando vlcus est in pulmone ⁊ saniosuȝ ⁊ corrosiuum ꝓfundum. cuius causa est: quia vulnera nō curantur nisi desiccentur. ⁊ quia vlcus pulmonis non potest desiccari nec mundificari nisi cuȝ tussi: pulmo dilatatur ⁊ vlcus augetur. ideo morbus augetur. sȝ quanto magis augebitur tanto minus curabitur. etiam cum illud cōtinue fiat: impossibile est q̄ curetur. ¶ Iteȝ si tussiat pulmo plus leditur dilatando vlcus. si nō tussiat sanguis detinetur ⁊ moriuntur suffocati. ⁊ ideo dicit Hyppo. 7a particula affo. q̄ vbi sanies detinetur in ptisicis moriuntur. ¶ Item pulmo est in continuo motu. ⁊ ideo vlcus augetur ⁊ vlcus ꝓfundum est fistulatum. ⁊ quia corrosiuum vene magne ⁊ artarie ꝯsumuntur ⁊ pars substantie pulmonis. ⁊ cū sint ibi membra spermatica non restauranť. Et Aui. fen 20a. tertij cañ. arguit q̄ nulla medicamina sunt cōuenientia eis: quia si sunt calida augebunt febrem ethicam que concomitatur semper. Si sint frigida virtualiter nō penetrabunt. ⁊ quia frigidum vlceribus mordax 5a particula affo. Si sunt sicca desiccabunt corpus ⁊ consument: ⁊ tamē sunt cōsumpti. Si sunt humida opilabunt ⁊ putrefacient. ⁊ cū vulnera debeant exiccari. ⁊ sicca faciunt tussim. ¶ Iteȝ quia locus est in ꝓfundo ⁊ virtus medicaminis non attingit ad locum. posito q̄ sic: multum deperdiť de virtute eorum in via: quia transeunt per stomacum ⁊ epar ⁊ per venas iuxta cor: nisi q̄ aliquando lambendo si sumatur aliquid distillat ad pulmonem ⁊ iuuat: qꝛ si alio modo perueniret ꝓuocaret tussim: vt patet de mica panis intrante guttur. vel de potu multo subito trāsglutito de quo per viam aeris aliquid intrat. ¶ Iteȝ Hyppo. ꝓnosticatur 5a particula affori. sic. vȝ. q̄ ptisici molestantur si sputum quēcunq̄ȝ expuunt graue fetet super carbones defusum ⁊ capilli defluunt a capite est mortale. ¶ Item a ptisi habito diaria superueniēte mortale. ¶ Item quādo a pulmone venit sanies: tunc est odor grauis sicut carnium assatarū. ¶ Item quādo sanies descendit ad ꝓfunduȝ aque: tunc est ptisicus ⁊ incurabilis. ⁊ si misceať flegmati vel saliue opȝ cū ligno separare. ⁊ si stet in medio aq̄ tunc se parat ptisis ad cōfirmationē. ¶ Iteȝ si pustula appareat super spatulas ptisici moritur īfra. 52. dies. ¶ Itē ptisis est magis curabilis in pueris ⁊ senibus ⁊ pinguibus ⁊ carnosis ⁊ modicum laborantibus. ¶ Item signa mortis vicine sunt casus appetit⁹. retentio saliue vel sputi. fluxus ventris: inflatio tibiarum ⁊ pedum. casus capilloruȝ. incuruatio vnguiuȝ: ⁊ difficultas anhelitus. tussis somnū ꝓhibens ⁊ digestionē impediens. difficultas transglutionis cibi: ⁊ consumptio musculoruȝ. Itē anhelitus fetidus in ptisi. omnia sunt mortalia. ¶ Item sputum rotunduȝ ꝓnosticatur ptisim. ¶ Item sputum nigruȝ viride vel liuidum mortale est in eis. Et est simile de egestione nigra ⁊ vrina nigra ⁊ sputo nigro: quia talia in p̄ncipio sunt mala: sed post signa digestionis aliquādo sunt bona. Sȝ sputum nigrum est semper maluȝ. vel est ab adustione vel a mortificatione: ⁊ tunc liuidum precedit. Et si est ab adustione: tunc precedit citrinum. Aliquando est a melancolia; ⁊ tunc precedit morbuȝ longum: ⁊ est a p̄ncipio nigrū. ⁊ quia virtus debilitatur significatur q̄ non potest ad finem bonum peruenire: vt cōmuniter.

## Cura

huius morbi est duplex. vera ⁊ blandiēs. Cura vera est ante confirmationeȝ. ⁊ est ante vlcerationem saniosa de parte pulmonis cōuersa in saniem: ⁊ in p̄ncipio vlcerationis anteq̄ȝ sit sanies māifestata multa. ⁊ ante eius fetorē ⁊ descensum ad ꝓfundū aque. Suntq̄ȝ multa facienda in cura. s. 13. p̄° oportet ꝓhibere catarruȝ ⁊ reumā. 2°. oportet mundificare corpus. 3°. oportet diuertere ⁊ trahere materiam ad aliam partē. 4° oportet confortare pectus ⁊ caput ne materiā recipiant: ⁊ ne plus multiplicetur. 5°. oportet mundificare vlcus ⁊ desiccare ipsum ⁊ expellere materiam ab eo. 6°. oportet consolidare. 7°. ꝓhibere tussim ⁊ curare ⁊ cum lenitiuis pectoris ⁊ cum potibus ⁊ electuarijs ⁊ vnguentis ⁊ stuphis. 8° opȝ somnū ꝓuocare. 9°. opȝ appetitum confortare ⁊ reducere. 10°. opȝ sputum sanguineū stringere. 11°. malitiam anhelitus ⁊ asma: ⁊ raucedinem si qua sit auferre. 12° oportet dietam ordinare quo ad omnes sex res nō naturales. 13°. oportet putridam febrē vel ethicā ꝯiunctam curare.

¶ Circa p̄mum fiant ista que dicta sunt p̄us. c. de reumate. s. c. īmediate precedente. ⁊ ideo opȝ frequēter ad illud capitulum recurrere. ℞. spice nardi seminis papaueris albi nucis musca. olibani. añ. ℥. i. tyriace bone. ℥. ß. croci modicum. fiant pillule ⁊ teneantur sub lingua: quas ponit Nicolaus in antidotario suo sunt optime.

¶ Circa 2m sciendū q̄ flobotomia valet in vlcere pulmonis dum in p̄ncipio existit. i. dum adhuc patiens nihil saniei expellit per os: qꝛ postq̄ȝ tempus eorū ꝓlongatur minime debēt minui. Flobotomia etiā fiat rōne accidentis soluȝ ⁊ diuersionis materie in eis. Et est cura per accidēs per eūonem ⁊ inanitionem curare cum eūatiuis: sicť Aui. curat vomitū per vōitū. 3° cañ. fen 13a. ⁊ illa est cura Auer. in scd̄a parte cantic̄. Auic. Debet igiť flobotomia fieri in p̄ncipio si sanguis dn̄atur aut si corpus est plectoricū. ⁊ ħ in parua quātitate. ⁊ hoc maxime si corpus est forte ⁊ carnosum: ⁊ alia particularia concurrant. ¶ De eūatione est sciienduȝ q̄ minoratiua valet cum medicina lenitiua vel lubrica ⁊ infrigidatiua sicut cum cassiafi. ⁊ ad leniendum cum violis ⁊ prunis ⁊ mucillagine psilij. ad lubricandum ⁊ infrigidandum ⁊ mollificandū. possunt igitur dari cum lacte ista. vel. ℞. ysopi ordei capilľ. ve. añ. M. i. decoquāť in aq̄ ⁊ tc̄ addanť pruna. x. mūda a lapidib⁹ ⁊ cassief. ⁊ vio

le.ana.ʒ.i.mucillagi.psilij.ʒ.ſ.⁊ fiat potus leuis ventrem leniens.⁊ eſt laxatiuum proprium ptiſicorū. ¶ Item cliſteria mundificantia valent:videlicet de malua viol' mercuriali biſmalua furfure pinguedine porci oleo cōmuni cum modico ſalis. ¶ Itē ſuppoſitoria de melle ⁊ ſale vel de lardo infrigidato in aqua.⁊ detur medicina ſm materiam peccantem. Turbith enim cū modico çinçib.⁊ agarico valet.etiam ſene ⁊ epithimū.raro tñ ⁊ in parua quantitate data valent ſi indigent ꝙ ſint repreſſe cū çuccaro vel melle.ſi non ſit ibi febris putrida:⁊ tunc mel ro.in caſu poſſet dari vel cū mucillagine dragan͂to vel gūmi arabico vel ſemine pſilij vel citoniorū vel cū amigd.dulcibus vel cum ſucco earum. Tamen ibi non eſt bonum ꝓlongare opus:q2 multa laxatio vel frequēs interficit eos ⁊ etiā fortis.⁊ poſt cōpreſſionē maxime pillule cochie in pua ꝗtitate poſſunt dari:⁊ alia que caput purgāt ſiue ſint medicine laxatiue ſiue gargariſmata ⁊ ſimilia.

¶ Circa 3ᵐ eſt ſciendū ꝙ ſcarificatio in tibijs diuertit materiam.⁊ fricatio pedum cū ſale ⁊ aceto ⁊ aſpero pāno.et ponere ouum calidū ablata teſta ſuper cōmiſſuram anteriorem capitis.⁊ retro in collo ⁊ ſcarificatio inter ſpatulas.⁊ flobotomia de brachio ⁊ ſaluatella vtriuſq3 manus ſtante virtute.⁊ ſternutatoria corpore ⁊ capite non exiſtē te repletis:⁊ maxime cū ierapigra poſita in naribus:vel cum gentiana ibidem poſita.⁊ cum medicinis veſicantibus poſitis inter ſpatulas:ſicut cum cantaridibus vel capitibus ⁊ alijs ibidē tritis ⁊ ſuperpoſitis.⁊ cum fricatione alliorum in volis manuum ⁊ ſuper caput.vel cū vrticis.vel cū flāmula.vel cum pede corui.⁊ in venis pulſatilibus brachiorum ligatis.⁊ cum cliſteri attractiuo.⁊ cū ſimilibus.⁊ cum prouocantibus ſputū.⁊ cum retentis in ore.⁊ que trahunt ſicut maſtix ⁊ ſtaphiſagria piretrū ⁊ ſimilia:tenendo ne deſcendat aliquid ad pectus.

¶ De 4°.ſciendū ꝙ opʒ ꝙ caput ꝯfortetur de olibano rutha odoribus ⁊ comeſtione cinamomi ⁊ nucis muſca.⁊ pinearum ſileris montani ⁊ cū comeſtione diadraganti frigidi vel çuccari roſ.vel roſ.nouelle.vel electuarij ad reſtauratione vt diapapaueris diarodon abbatis cum nuce muſca.acuitis.vel cum comeſtione coriandri vel tranſglutione pillularum dictarū cap°.de reumate ⁊ earū retentione in ore. Utrūq3 ſcʒ caput ⁊ pectus cōfortet:⁊ pulmo cum decoctione maiorane yſopi ⁊ ciceris cum çuccaro ro.vel penidijs ſirupatis.⁊ eſt medicina pectoris ⁊ pulmonis:quia cicer eſt cibus ꝓprius pulmonis.dicit Auicē. ¶ Item tyriaca ad ꝗtitatem.ʒ.i.cum çuccaro ro.confortat vtrūq3 ne materiā recipiat. Idē facit rubea trociſcata vel roſ.nouella cum modico tyriace.⁊ hoc eſt pro diuitibus. Tamē caueat ne detur aliquibus defectis tyriaca ſicut ſenibus defectis vel pueris vel adoleſcentibus rare compoſitionis ⁊ debilis qui modicū comedunt vel qui multum ieiunant ⁊ multū conſumptis:q2 virtus debilis in eis nō pōt corrigere tyriacā ⁊ rectificare:vt dicit Iſid. 2ª ꝑticula affo.cōmento.ii°. Et ideo ptiſicis antiquatis cōfirmatis non valet.ſed in principio ipſis adhuc fortibus exiſtentibus ad prohibendū reuma a capite ⁊ a pectore: vt dictum eſt valet.

¶ De 5°.videndum ſcʒ de mundificantibus ⁊ exiccantibꝰ ⁊ materiam expellentibus:cuiuſmodi ſunt radix liquiri. yſopus ſicca praſſium capill'.vene.ficus idromel colatū vue paſſe mūde ab arillis vt innuit Haly 3ª ꝑticula tegni ꝯmēto 137°.⁊ Gal.ꝑ regiminis acutoꝝ.cōmen.27°.⁊ Meſ. ca°.de aſmate.dicit ꝙ thimus origanū ſquilla vrtica ⁊ ſemen eius educunt humores groſſos ⁊ ſepultos in pulmone ⁊ pectore.⁊ ꝓprie ſorbitiones decoctiōis earū in aqua mellis ⁊ ordei ⁊ ficus ſicca ⁊ naſturtiū cū inciſione ⁊ ſubtiliatione ſua ⁊ porrus ⁊ ſemen eius cū aqua ordei ⁊ melle.⁊ decoctio volubilis omnis cū oximelle eſt mundificatiuum bonum.ſilr ſiſileos cum melle ⁊ yreos.expellit.n. mām ⁊ mūdificat pectus efficaciter trahens ab eo humores.⁊ grana pini ⁊ pinochada mundificāt a ſanie ſm oēm modū adminiſtratiōis eius.ponit h Meſue ⁊ dicit Aui. 3°.cañ.fen 9ª.4°.tractatu.5°ca°.de vlcere pulmonis ꝙ mel eſt vehiculum medicinis ptiſis ⁊ ipſum non nocet vlceribus. ¶ Item Auic.ca°.de empimate.fen 9ª.tractatu 5°.dicit ꝙ medicine mūdificantes ſaniem a pulmone ⁊ pectore ſunt decoctio yſopi cum radice lilij:vel celeſtis qđ idē eſt cū ſirupo de melle.i.idromelle qđ eſt de octo partibꝰ aque ⁊ mellis qñ eſt pauce ꝯmixtiōis mellis.quādo multe tunc eſt econtra. Tamē idromel multe ꝯmixtionis cōmuni nomine vocatur quando eſt multū de aqua ⁊ modicum de melle diſpumato. ¶ Item ſuccus cauliū optime mundificat cū melle vel çuccaro.⁊ ſorbitiones facte ex farina ciceris ⁊ orobi ⁊ ariſto.radicū vtriuſq3.⁊ coſto ⁊ caſſialignea ⁊ ſpica nardi ⁊ piperibus etiā ſinapis:ſʒ illa ſunt in cauſa frigida. ¶ Itē diaſcorides dicit ꝙ aqua decoctionis ficuum yſopi ſicce fenugreci eſt mundificatiuum bonum pectoris ⁊ pulmonis. Similiter aqua decoctionis yſopi paſſularum enucleatarum cū fenugreco ⁊ melle.⁊ illa etiam valent in aſmate ſi cauſa ſit calida. ℞. radicum feniculi petroſ.apij.añ.partem.i.florum violarum roſ.ana.ʒ.ſ.ſe.papaueris albi ordei lib.i.liquir.q̄r.i. conficiantur cum mucillagine pſilij citoniorū ſeminis lini.fiat potus cum lib.i.penidiorū ⁊ çuccaro. Et ille eſt q̄ſi ſirupus de yſopo quem'ponit Meſue in antidotario ſuo ℞.yſopi radicum apij feniculi liquiri.ana.ʒ.x.ordei mundi lib.ſ.malue ſe.citoniorum.ana.ʒ.iij.capill'.ve.ʒ.vi.iuiube ſebeſten.ana.30.aliorum penidiorum lib.ij.fiat ſirupꝰ. ⁊ ille eſt quaſi ſirupus de yſopo qui valet in tuſſi ⁊ ptiſi et aſmate ⁊ dolore lateris ⁊ pectoris.⁊ ī empimate ⁊ ī febre ⁊ ſine febre.⁊ ideo habeatur firmiter in memoria.⁊ quia iuiube ⁊ ſebeſten communiter non inueniuntur.ideo loco earum poſſunt poni amigdal'.dulces mundate a cortice ſine aqua cum cultello.⁊ grana pini ⁊ fiſtici ⁊ ſimilia.

¶ Itē ſirupus de liquiri.cōfert tuſſi antique ⁊ mundat pulmonem ⁊ pectus. ℞.liquiri.ʒ.ij.capill'.vene.ʒ.ij.yſopi ſicce.ʒ.ſ.ſup illud proijce aque libr.iiij.⁊ dimitte per diē ⁊ noctem ⁊ coquantur ad medium poſtea ſuper illud proijce mellis ⁊ çuccari ⁊ penidiorum.ana.ʒ.ſ.aque ro.ʒ.vi. fiat ſirupus ⁊ adminiſtretur. ¶ Sed in cauſa frigida adminiſtretur ſirupus de praſſio ſi homo nō abhorreat:⁊ in tuſſi ⁊ in aſmate de flegmate groſſo ⁊ putrido. ℞.praſſij ʒ.ij.yſopi capill'.vene.ana.ʒ.i.calamenti aniſi radicū apij ⁊ feniculi.ana.ʒ.v.ſeminis malue fenugreci yreos.ana.ʒ. iiij.ſe.lini ſe.citoniorum ⁊ ficuum pinguium.ana.ʒ.iij.penidiorū libr.i.mellis boni.lib.ij. ¶ Q2 homines abhorrent expenſas. ℞.radicū feniculi apij lilij enule campane.ana.partem vnam.yſopi capill'.vene.calamenti.ana. M.i.ſucci caulium.quar.i.ficuum ſiccarum ⁊ humidarum vuarum paſſarum mundatarum liquir.ana quar.i. dactylorum.quart.ſ.vel.ʒ.i.ſeminis fenugreci ⁊ maluarum.ana.ʒ.ſ.ſeminis citoniorum ſi vis.ʒ.ij.amigdalaꝝ dulcium.ʒ.i.çuccari mellis.lib.i.fiant lib.ij.vel.iiij.mane ⁊ ſero recipiat tepidus talis potus.⁊ eſt medicina mea pectoralis pulmonem ⁊ pectus mundificans ⁊ abſtergēs in cauſa frigida. ¶ In ptiſana ordei yſopus capill'.vene. liquir.ficus vue paſſe decoquantur ⁊ dulcorentur cū çuccaro vel melle.eſt optimus ſirupus mundificās ⁊ abſtergēs. ¶ Item ſi fieret in colatura furfuris eodē modo valeret. ¶ Item de puluere enule campane capiat.ʒ.i.⁊ liquir.ʒ.ſ.de çuccaro.ʒ.ſ.vel de candijs ⁊ vtat in brodijs

⁊ in potagiis: ⁊ optime valet pro morbo pectoris ⁊ pulmo
nis. ¶ Item sirupus mundificatiuus vlceris fiat: scȝ qui
vocatur de pimpinella. ℞. pimpinelle consolide maioris
⁊ minoris ⁊ medie. ysopi recentis pollitrici ceterach adiā
thos scariole radicuȝ vngule caballine aquatice. añ. M.
.i. capill'. vene. M. iii. viol'. ʒ. ii. fol'. nenufaris. quattuor se.
fridorum mundatoruȝ. liquir. munde. añ. ʒ. i. candy peni
diorum medulle seminis bombacis se. citonioruȝ boli ar
meni se. lactuce portulace papaueris albi myrthillorum
succi liquir. ana. ℥. ß. draganti gūmi arabici amidi fol'. ros.
ru. spody sanguinis dra. añ. ʒ. iii. se. altee se. malue vue pas
se mundate ab arillis pinearum caricaruȝ. ana. ʒ. ii. ordei
mundi. lib. i. çuccari. lib. iii. fiat sirupus cuȝ aqua pluuiali
⁊ bene clarificetur ⁊ detur mane ⁊ sero. ¶ Item de ptisa
na facta de colatura furfuris fiat potus in quo coquātur
rose capill'. vene. ⁊ quattuor semina frigida cōmunia mū
da cum liquiri. ⁊ çuccaro non tamen cū melle. quia in pti
si est febris vtplurimum: cui mel nocet.

¶ Sexto oportet consolidare cum çuccaro rosato: vel cuȝ
conserua rosata que plus valet. debet eniȝ mane ⁊ sero su
mi ⁊ omni hora sicut de pane: sicut narrat Auic. de muliere
ptisica: cuius funeralia omnia parata erant: tamē cū çuc
caro rosato in maximo vsu euasit: tamen si anhelitus con
stringatur ꝓpter exiccationē ros. detur sibi. ʒ. i. de sirupo
papaueris albi post çuccarum rosatum ⁊ sanat. ¶ Item
electuarium quod maxime cōfert in isto casu est tale. ℞.
draganti albi gūmi arabici. ana. ℥. i. amidi. ʒ. ii. liquiri. ʒ. ii.
penidioruȝ. quar. ß. se. melonū cucur. citrulli mundi. añ. ʒ.
ii. nuclei pinearum amigdal'. mundatarum seminis papa
ueris albi succi liquiri. myrthill'. boli armeni. ana. ʒ. ii. spo
dy sanguis dra. florꝝ rosarū ru. sandalorꝝ alborꝝ ⁊ ru. semi
nis malue medulle seminis bombacis seminis altee vue
passe munde. ana. ʒ. ii. carnium cancrorū fluuialium duo
rum: terenda terantur: ⁊ fiat electuariū cum sirupo vel iu
lep facto de aqua ⁊ çuccaro vtatur mane ⁊ sero cū hac pti
sana. ℞. lib. i. ordei mundi candy penidiorum liquir. mū
de se. papaueris albi. añ. ℥. i. carnium cancrorꝝ fluuialium
locorꝝ duorꝝ coquantur cuȝ predictis: tamen opȝ ꝙ p̄mo
eleuent̄ extremitates cancroruȝ ex pedibus ⁊ corticibus
suis ⁊ cuȝ aqua frigida abluantur ⁊ sale ⁊ cinere tribus vi
cibus vel cuȝ lixiuio donec mundificent̄ ⁊ purgent̄ a gra
uitate sui odoris. ⁊ hoc vtatur mane post electuariuȝ. ⁊ si
rupus detur patienti omni mane. Lac caprinū coctuȝ cū
tribus lapidibus fluuialibus ignitis valet. Et si cōplexio
cordis sup̄flue calefiat curet̄ cū trocis. de camphora quo
rū recepta est hec. ℞. spody. ʒ. i. ro. ʒ. ii. seminis malue por
tulace se. cucurbite munde draganti gūmi ara. liquir. mū
de candy. añ. ℥. i. camphore. ʒ. i. vel. ℥. ß. cōficiant̄ trocis. cū
succo papaueris cū sirupo iulep. ⁊ forment̄ trocis. cōpressi
rotundi aliq̄liter ⁊ vnus terat̄ ⁊ pulueriçetur ⁊ detur ma
ne ad bibendū cū aqua ordei predicta. vel cū hac ptisana
℞. ordei mundi lib. i. excorticati: ponatur in sacculo ⁊ bul
liat in aqua fontis ⁊ in p̄ma bullitiōe coletur: ⁊ in alia aq̄
iterū coquatur vsq̄ ad mediam consumptionē aque: ⁊ in
vltima decoctione ponatur candy penidiorū seminis pa
paueris albi. añ. ℥. ß. ⁊ in die fiat ptisana.

¶ Septimo opȝ tussim sedare: sȝ q᷑ tussis est duplex: sicca
⁊ humida: p̄mo de sicca dicendū: q᷑ p̄mo opȝ dare sirupū
de ysopo iam dictū: ⁊ sirupuȝ talem. ℞. radicū liquir. q̄r.
.i. se. maluarū papaueris albi ⁊ melonuȝ mundatorꝝ florꝝ
viol'. añ. ℥. i. ysopi capill'. ve. añ. q̄r. ß. ordei lib. ß. penidiorū
q̄r. i. vel sic. ℞. ptisane. lib. iii. decoquātur in ea passu. enu
cleatarū. q̄r. i. capill'. ve. M. ß. candy. ℥. i. penidioruȝ. lib. ß.
fiat sirupus optimus ꝯtra tussim oēm ⁊ maxime in causa
calida ⁊ sicca. Sed in causa frigida decoquātur predicta
in colatura furfuris. ⁊ tunc addat̄ ysopi. M. ß. çuccari lo
co penidiorꝝ si vis. ¶ Itē diapapauer diadragantum fri
giduȝ diapenidion sine spēbus calidis optima sunt vel cō
iunctim vel diuisim. Inunge pectus cuȝ oleo amigd. dul
cium vel cum butyro recenti vel cum dialtea vel cū oleo
violato vel cū pinguedine porcina vel cum assungia ana
tis vel caponis est optimū. Et superponere pelleȝ agninā
post: ⁊ tunc abstergere in crastino cuȝ colatura furfuris ⁊
desiccare post est optimū experimentuȝ apud me ⁊ in pti
si ⁊ in ethica: ⁊ in consumptis ⁊ tussientibus. ¶ Stupha
etiā de passulis enucleatis liquiri. flo. vio. se. maluarū ca
pill'. ve. in aqua decoctis ⁊ recipiat̄ fumus per os tenendo
nares ne fumus vadat ad cerebrū nisi cerebrū laberetur
ad siccitatem. ¶ Sȝ si tussis fuerit frigida ⁊ humida tūc
pulmo vulpis siccus valȝ cū melle ⁊ aqua calida. Et in cā
ca'a tunc eur̄. i. ex eo cum sirupo myrtino multum valet.
¶ Simil'r valet in asmate pulmo vulpis quocūq̄ modo
sumatur. ¶ Deinde fiat talis sirupus de lilio. ℞. radicuȝ
lily radicū enule campane yreos. añ. ptē. i. ysopi calamen
ti adianthos. añ. M. i. succorꝝ caulium gallitrici. añ. q̄r. i.
carnium dactylorꝝ succi liquir. añ. ℥. i. mucillagi. se. lini fe
nugreci. ℥. ß. mellis dispumati lib. i. ⁊ si nō abhorreat ama
ra: tunc addatur de prassio ⁊ gentiana. añ. ʒ. iii. ⁊ addat̄ de
çuccaro ⁊ melle. ⁊ ideo sirupus de prassio hic sūme valȝ q̄
prius dict' est. ¶ Deinde dentur electuaria diaysopi dia
calamēti diapenidion. añ. q̄r. ß. misce ⁊ vtatur mane ⁊ se
ro ⁊ bene post prandiū tenēdo in ore. ¶ Vel. ℞. dragan
ti infusi. q̄r. i. addatur. ʒ. ß. enule cāpane ⁊ vtatur ante prā
dium quādo voluerit ⁊ bene post prandiū ⁊ circa mediā
noctem ⁊ superdormiat. ¶ Item diaprassiuȝ est optimū
nisi ꝙ est amarū: tamen cōmune remedium est penidion
etiam vel diapenidion. vnde versus.
Si tibi tussis adest diapenidion tibi prodest.

¶ Unde quia plurimū venit de reumate fiant cōtra reu
ma que dicta sunt p̄us ca°. de reumate. ⁊ post etiā fiant va
porationes. ℞. sulphur ⁊ ponatur super carbones ⁊ capia
tur fumus per os ore aperto ⁊ naribus clausis. vel sic. ℞.
arsenici citrini vel auripigmenti aristo. ro. añ. ptes equa
les. confice cuȝ butyro vaccino ⁊ fac formas similes auel
lanis: ⁊ fiat suffumigiū per embotuȝ ⁊ statim bibat aliq̄d.
¶ Itē diasulphur dicit Auic. in 3°. cañ. sūme valȝ. ¶ De
inde fiat cura cōis pauperibus ⁊ diuitibus valens tantuȝ
℞. radicū enule campane desiccate. ʒ. i. çinçib. ʒ. ii. liquiri.
℥. ß. fiat puluis quo vtatur in potagiis ⁊ quando voluerit.
¶ Sed in estate dentur. ʒ. ii. candy cuȝ. ʒ. iii. liquir. ⁊. ℥. ß.
penidiorum pulueriçatorū. fiat puluis optimus quo pōt
vti quando voluerit. ¶ Item de calamento sicco ysopo
⁊ liquiri. cum ouo sorbili optimum fit remedium. ¶ Itē
ficus assate modicum cum puluere calamēti valent opti
me. ¶ Iteȝ retentio anhelitus optimū. ¶ Item. ℞. tria
grana olibani quando vadit dormitum optimū est reme
dium in causa reumatica. ¶ Iteȝ optima est pinochada
bona. ¶ Item electuarium de caulibus optimum est di
ctum in ca°. de lepra. ¶ Iteȝ de enula campana vel de ra
phano ex transuerso inciso ⁊ in melle positis ⁊ dispumato
cuȝ colatura furfuris si vis potest sumi quolibet die vnū
frustum mane. ⁊ tepefiat liquor si tempus fuerit frigidū.
⁊ in tussi pauperū optimū est. Tñ in ptisi mel cauendum
est si sit putrida cōiuncta: lȝ ipm̄ sit vehiculum ad pulmo
nem. ¶ Iteȝ potet de colatura furfuris cū liquir. ⁊ come
dat de amigd. dulcib' excorticatis intinctis in puluere al
bo vel in melle. ¶ Itē liquir. optima est per se. Sil'r yso
pus cum melle vel cū aqua mellis. ⁊ ideo scribitur.
Ad pulmonis opus cum melle coquatur ysopus.
Sil'r enula cāpana optīa ē cū melle. vel çucca° vt scribit̄.

Enula campana reddit precordia sana.
¶ Deinde pectus inungatur cum vnguento pthisicoꝛuz
⁊ dialtea ⁊ assungia anatis simul'mixtis. vel sic. ℞. pingue-
dinis porci masculi pinguedinis gatti anatis caponis an-
seris mucilagi. fenugreci butyri. an̄. q̄ztum vis liquefiant
⁊ misceantur simul cum mucillagine predicta in colatu-
ra furfuris ⁊ inungatur pectus. ¶ Tamē sciendū ꝙ me-
dicina pueroꝛum tussientium est accipere amigdalas ex-
coꝛticatas cum ouo soꝛbili vel ꝙ nutrix masticet ficus et
intingat in butyro liq̄facto ⁊ tradat puero. Et ꝙ regimen
adhibeatur nutrici ⁊ ponere çuccarum in lacte amigdal'.
dulcium ⁊ dare sibi si febꝛit. In iuuene detur puluis can-
dy cum liquiri. in causa calida: sed in causa frigida detur
cum puluere ysopi. Et pꝛo sene detur puluis calamenti si-
ue sit mulier siue vir cum ficubus calefactis ad ignē: vel
cum liquoꝛe. Uitent assata ⁊ frixa lacticinia salsa caseum
nuces ⁊ crustas ⁊ frigus in capite ⁊ pedibus ⁊ lesiones eis-
dem ⁊ post pꝛandium ⁊ similia.
¶ Octauo pꝛouocetur somnus vt dictum est in pmo libꝛo
de accidentibus febꝛium. ⁊ detur diapapauer in causa ca-
lida. Sed in causa frigida detur diadragantum infusum
in quo ponatur amom̄ vel detur sirupus talis. ℞. ysopi ce
terach. ana. M. i. lactuce seminis papaueris. ana. ℥. i. can-
dy penidioꝛum. ana. ℥. ß. vuarum pass. mundatarū ab aril
lis liquiri. nasturty in causa frigida. ana. ℥. i. In causa cali-
da nucis musc. ℥. ß. vel ligni aloes. ℥. i. in vtraq₃ causa mel-
lis. in causa frigida çuccari. in causa calida lib. i. vel. ß. fiat
potus quo vtat̄ sero. ⁊ electuario iaz dicto postea. ¶ De-
inde fiant pillule in oꝛe de semine papaueris albi candio
liquir. nuce musca. cinamomo mucillagi. psily. in causa ca
lida: ⁊ mucillagi. fenugreci in causa frigida. ⁊ fiant pillule
cum. ʒ. i. opy. ⁊ teneantur sub lingua quando vadit doꝛmi
tum. vel de semine iusquiami papaueris albi lactuce can
dy penidys peonie mūde liquiri. cum mucillagi. seminis
citonioꝛuz. facta etiam ptisana vel colatura furfuris fiāt
pillule parue ad quātitatem pisoꝛuz ⁊ teneantur due vel
tres quando vadit doꝛmitum sub lingua ⁊ vocātur pillu
le mucillaginose. Et si tempus sit siccum ⁊ homo coleric⁹
⁊ tussis de causa calida ponatur. ʒ. ß. opy vel succi papaue-
ris albi. ⁊ succus papaueris russi in causa frigida idem fa-
cit. ⁊ istas pillulas sum expertus. ⁊ transglutiat vnam vel
duas si velit nisi transglutio in oꝛe sufficiat ad pꝛouocan-
dum somnum. vel de succo agrimonie vel papaueris cuz
ficub⁹ in vino fiat decoctio ⁊ est optima. Similiter ficus
decocte in vino optime sunt in tussi. ⁊ illud vinum sūme
valet si cum çuccaro dulcoꝛetur: sed debet tepefieri in cā
frigida in tempoꝛe frigido. ⁊ tunc addātur in decoctione
capill'. vene. ¶ Item capiatur agrimonia ⁊ ficus gallitri-
ci. an̄. q̄ztum vis seminis papaueris albi. ℥. i. liquir. quar. i.
se. maluaruz. ℥. ß. çuccari ⁊ mellis. an̄. q̄r. i. fiat potus ⁊ ad-
datur in fine decoctionis. ʒ. y. ⁊ si vis appone cassiefis. ℥. i.
munde in vtraq₃ causa. Similiter rose debent apponi si
spuit sanguinem aut saniem ad consolidationem vlceris.
⁊ deinde fiant odoꝛamenta dicta in ca. de reumate de se.
papaueris albi floꝛum violarum maluaruz boꝛagi. nenu
far. in causa calida. Et si fuerit causa frigida fiāt ꝺ se. mal-
uarum de flo. boꝛagi. maluaruz de floꝛ. pꝛimule veris ca-
momille ⁊ anthos. ⁊ optime valent tussi post pncipiū reu
matis ⁊ ꝯtra instantiā vigiliarū ad ꝓuocandū somnū.
¶ Nono opz appetitum ꝓuocare ⁊ reducere sicut dictum
est in pmo li°. Fiat igit̄ empl'm super stomacū de mastice
çedoaria ab℞. ro℞. laudano cuz oleo ro℞. vel cuz pane ace-
toso vel puluere calamēti ⁊ spicanardi ⁊ oleo ro℞. ⁊ lauda
no vel oleo de mastice vel de citonys optime ꝓuocat̄ ap-
petitus. Simil'r inunctio sola super stomacū cuz oleo ma
sticino vel de citonys cum ro℞ pulueriçatis admixtis. Et
in cibis vti puluere ligni al'. ⁊ cuz çuccaro ro℞. vel carne ci
tonioꝛuz. ⁊ tunc inungatur pectus vt dictuz est cum oleo
amigda. dulcium vel cū vitellis ouoꝛuz temperatis cum
mucillagine gūmi arabici vel semīs lini. ⁊ voco illud vn-
guentū ouoꝛū nō oleum: qꝛ oleum valet in combustioni-
bus ⁊ inflationibus vt videbitur inferius. ¶ Itez pullis
assatis cū aq̄ ro. aspersis possunt vti ptisici odoꝛando ⁊ co
medendo: dūtn̄ auferat̄ pars adusta exterioꝛ qn̄ comedi-
tur cū salsamento acedule tēperate vel bꝛodio caponis ⁊
çuccaro. ⁊ illud voco salsamētuz ptisicoꝝ. Et de pane sal-
so pōt ibi modicū iacere ⁊ tūc expꝛimi: ⁊ erit salsa tepida.
deinde odoꝛet panem acetosum ⁊ coctana.
¶ Decimo opz sputum sanguineuz stringere. pmo si abun
det nimis cū flōmia bꝛachy ⁊ cuz diuersiōe per saphenas
interioꝛes ⁊ cū clisteri ⁊ cuz fricatione extremitatū. Et si
fit ex retentione menstruoꝝ cū ꝓuocatione eoꝝ cū spica
celtica maioꝛi ⁊ solsequio decoctis in aq̄ ⁊ dulcoꝛata cum
çuccaro. ⁊ si sit acuitas nimis opz mitigare feruoꝛem san
guinis cū euacuatione colere succo fructuuz. s. pꝛunoꝛum
⁊ alioꝛuz dictoꝝ pꝛius. deinde cuz reubarbaro assato vel
vstulato vel cū mucillagine psily vel semine poꝛtulace ⁊
succo plantagi. vel reubarbaro ⁊ spodio imposito diadra
ganto frigido. Unde reubarbaro inest ꝓpꝛietas eūandi
coleraz ⁊ stringere sanguinē ⁊ maxime si assetur modicū.
⁊ ideo valet in dissinteria acuta colerica ⁊ aqua plantagi.
⁊ hoc in pncipio. ¶ Item infrigidet̄ coꝛpus ⁊ sanguis cuz
plātagine poꝛtulaca sanguinaria virga pa. decoctis in aq̄
pluuiali in qua extinguat̄ ferrum. addat̄ mucillago psily
dꝛaganti gūmiara. ¶ Itez poꝛtulaca frequēter mastica-
ta ⁊ transglutita ⁊ ꝓuinca sunt in omni fluxu sanguis opti
ma in cā calida ⁊ plantago. ¶ Itez in aq̄ extinctionis fer
ri coquant̄ sumach myrthilli rose ꝑus emathites ibi laue
tur in ista ⁊ iaceat ibi in tm̄ ꝙ aq̄ sit rubea. ¶ Deide alia
coquant̄ cū sanguinaria ⁊ pꝛouinca ⁊ cōsolida vtraq₃: nec
est in mundo aliq̄ medicia melioꝛ ad sanguinē stringen-
dū siue fluat per os siue per anum. Tn̄ est sciendū ꝙ dul-
coꝛetur cū çuccaro vel penidys vel candi ne exasperet pe
ctus ⁊ ꝓuocet tussim. ¶ Deinde detur çuccarū ro. cuz aq̄
ro℞. ⁊ aqua plantagi. diadragantū frigidū cuz triasandal
cōfoꝛtatis cuz semine poꝛtulace ⁊ sanguine dꝛa. ⁊ modico
boli armeni vel diadragātū frigidū infusuz in coꝛallis ru
beis ⁊ sang. dꝛa. ⁊ ro℞. etiā ro℞. nouella valet cum çuccaro
ro. ⁊ margaritis mixtis simul. vel coaguluz lepoꝛis cū ca-
seo recenti extracto butyro sūme valet. ¶ Deinde inun-
gat̄ pectus cū oleo ro. ⁊ masticino. vtat̄ lacte in quo extin
guant̄ lapides fluuiales igniti. ¶ Caueat patiens a cibis
acutis. ēt a medicis acutis ⁊ a laboꝛe magno ebꝛietate ri-
xa ⁊ clamoꝛe casu ⁊ percussione ⁊ coitu ⁊ a conatu ⁊ omni
saltu ⁊ a fumo ⁊ oī tussi ꝓuocāte ⁊ silib⁹. ¶ Itē cancri in-
censi ⁊ karabe ⁊ bachabꝛe. i. ambꝛe succ⁹ liquir. venas ru-
ptas cōsolidant. Cibi sint glutinatiui de pedib⁹ poꝛcoꝝ ⁊
carnib⁹ poꝛcoꝝ ⁊ de carnib⁹ gallinaꝝ hedoꝝ ⁊ poꝛcelloꝝ.
¶ Undecimo oz asma ⁊ difficultatē anhelit⁹ ⁊ raucedinē
siqua sit auferre. p° de asmate sciēdū ꝙ ipz nō recipit cura
tionē in senib⁹ nec in alia etate nisi cū difficl'tate ⁊ postq̄z
antiq̄tū est. ¶ Est. n. asma frequētia āhelit⁹ in q° hō cogit̄
sedere ⁊ est sic̄ āhelitus in hoīe fatigato cū magno cursu ⁊
est difficultas in expellendo aerē. ⁊ iō q̄si canit si eēt oꝛeg
mon. Sed disnia est difficultas anhelit⁹ in trahendo ae-
rem. ⁊ ideo non sonat. ⁊ de hoc est versus.
Disnia se celat canit asma malumq₃ reuelat.
Oꝛtomia quoq₃ moꝛbo vexatur vtroq₃.
¶ Et est passio mala quia paroxismaliter mouetur ⁊ cuz
anhelitu frigido vel tremulo est pessimum. et cum sin-

copi mortale est.⁊ est in re pꝛfocatiuus. ¶ Et si fuerit ex
sanguine:hoc apparet per sputum. Si a colera:desiderat
plus attrahere aerem ꝗ̃ expellere. Et si a flegmate:tunc
est tardus paruus ⁊ nõ est siccus. Et si ab humiditate:est
cum screatu.Et si est a repletione tunc est tremulus ⁊ de-
siderat plus expellere ꝗ̃ attrahere. Et si a debilitate vir-
tutis sunt tunc graciles ⁊ cõsumpti ⁊ anhelitus debilis et
pulsus debilis ⁊ morbi fortes precesserũt.⁊ isto modo est
in morientibꝰ ⁊ ptisicis cõfirmatis.⁊ sic loquimur hic.

**Cura** asmatis ⁊ diffi.anhelitus est in quattuor rebus
scilꝫ in ordinatione diete ⁊ in facilitando anhe-
litum ⁊ mundificando pectus ⁊ in prohibendo a reuma-
te.¶ Dieta debet esse talis quia aer suus sit temperatus
clarus mũdus decliuis ad siccitatem. Abstineat a cibo ⁊
potu.⁊ nõ potent in prandio:sed immediate post. Non co
medat aliqua actu frigida nec viscosa nec ventosa nec fu-
mosa nec opilantia nec pinguia nec frixa. sed sint cibi eo-
rum calidi ⁊ sorbitiones eorũ calide ⁊ proprie boni cibi.
Et qui sunt tales ponit ibi Auicẽ.fen secunda.primi cañ.
caplo de his que proueniunt ex his que comeduntur ⁊ bi
buntur.Et sint talia que ventrem lubricent ⁊ ventrem su
periorem sicut pectus:cuiusmodi est aqua ordei:sicut pti-
sana colata siue non colata:quod idẽ est qd̕ gruellum cũ
aqua ordei ⁊ est ordeatum.Et sint etiam talia que ventrẽ
lubricent inferiorem sicut stomacum ⁊ intestina cuiusmo
di sunt aqua cicerum aqua pisarum facta cum cimino co
cto in ea.Similiter potagium factum de malua attripli-
ce vel crisolocana:quod idem est qd̕ bleta borago buglo.
⁊ cum lacte amigdalarum facta cuꝫ colatura furfuris est
optima eis quia venter debet esse laxus.Et ideo valet eis
gallus antiquus cum polipodio ⁊ aniso decoctis vel cum
carthamo vel cuꝫ volubili maiori ⁊ minori que est funis
papaueris vel corrigia monachi vocatur. ¶ Iteꝫ amigd̕.
cum ficubus siccis valent eis.⁊ debent ficus modicũ pre-
sentari igni anteꝗ̃ dentur eis.⁊ amigdale debent excorti
cari cum cultello sine aqua.⁊ tunc plus valent eis ⁊ omni-
pus passionibus in pectore.¶ Item accipiantur caules ⁊
ponantur in panno lineo ligato ⁊ sacculus decoquatur in
potagijs suis ⁊ exprimatur ⁊ abijciatur substantia illa ter
restris.vnde versus. Ius cicerũ cauliumꝗ̃ bonum:sub-
stantia praua. ¶ Item vitelli ouorum sorbilium valent
eis non oua cruda sicut quidam accipiunt pro raucedine
⁊ male.¶ De animalibus valent eis carnes capriolorũ
anglice robo.⁊ carnes cuniculorum ⁊ arietum ⁊ hedorũ
vitulorum ⁊ brodia bona cuꝫ carnibus vitulinis cum çin
çibere ciamomo ⁊ ysopo.similiter de porcinis macris pos
sunt accipere.¶ De volatilibus pullorum gallinarum et
perdicum ⁊ faxianorum carnes valent eis.⁊ becosse simi
liter bone sũt siue in pane siue in brodijs.Et viscera simi-
liter ⁊ pulmones animalium meliores sunt eis.⁊ proprie
vulpis.⁊ ericij hedi ⁊ lingua arietis est precipua.Tamen
de pulmone vulpis accipiantur.ʒ.ij.cuꝫ aqua mellis.⁊ h̕
quottidie vel frequẽter tantum accipiendo vna vice sem
per est medicina maxima ⁊ experta h̕ in asmate ⁊ pulmo
quicunꝗ̃ sumatur.⁊ est medicina vulpina. ¶ Panis eo-
rum sit confectus cum amomo cimino fenugreco nigella
carthamo nasturtio ⁊ sit tenere substantie:sed non calide
nec toste.¶ Ex piscibus vtatur squãmosis ⁊ petrosis de-
coctis cum ysopo capillis vene.lingua auis spigranella la
uandula.⁊ iste herbe debẽt esse semper parate vt ponanť
in omnibꝰ cibis suis. Possunt etiã vti marinis sicut mer-
longo murena vel lampreda cuꝫ cepis decoctis ⁊ cancris
⁊ trutis aque dulcis ⁊ brachinis marinis ⁊ fluuialibus:et
similibus cum petro.decoctis ⁊ cum sũmitatibus fenicu-
li.¶ Deinde venter laxetur plus cum pthisana ordei vel
cuꝫ decoctione euforbij si virtus sit fortis.⁊ hoc paulatiꝫ
dando parum post parum. vel cum aqua ordei vel pulue
re vel succo yreos vel cum aqua sambuci vel cuꝫ agarico
qui valet omni tempore eis. Uitent somnũ post prandiũ
⁊ laborẽ:Sed ante prandiũ exercitentur in loco sicco vel
harenoso:quia aer siccus valꝫ eis.⁊ dormiant quasi seden
do ⁊ in lecto per se moueantur de loco ad locũ ⁊ semel in
vere intrent in mare quousꝗ̃ vomant modicuꝫ. prius tñ
venter per clistere vel cuꝫ suppositorio mollificetur bñ.
¶ Secundam rem complent que facilitant anhelitum si-
cut in causa frigida:sunt ysopus capilli vener.lingua auis
spigranella calamentum prassium enula campana radix
lilij yreos nasturtium ⁊ squilla assata ⁊ etiam cum melle
administrata.thimus cum melle ⁊ crocus cũ melle ⁊ gra
na lauri cuꝫ melle.Unde sirupus de ysopo valet in omni
causa.⁊ sirupus de prassio ⁊ calamento valꝫ in causa frigi-
da tantum.In causa calida etiam valent capilli vene.ad-
ianthos cetarach politricum cum aqua ordei cum çucca-
ro sirupo inde facto. Sed in omni causa valet ysopus ca-
pilli vener.spigranella vue munde succus liquiri.caulis:
semẽ citoniorum ⁊ fenugreci ⁊ mucillago ⁊ semen malua
rum ⁊ succus boragi.⁊ scabiose ⁊ gallitrici.¶ Item a pro-
prietate valet pulmo vulpis cum melle dispumato ⁊ çuc-
caruꝫ ⁊ penidie.¶ De compositis valꝫ diapenidion dia-
iris.In causa frigida diacalamentum diaysopus.In cau-
sa calida valet diadragantum frigidum diapapauer dia-
penidion sine speciebus calidis. ¶ De expertis tamẽ est
vna gutta armoniaci.detur cuꝫ oximelle ⁊ statim liberat.
In causa frigida que est communior inter alias:vel in cã
calida detur cum sirupo de ysopo vel cuꝫ pthisana çucca-
rata:idest confecta cum çuccaro rosato ⁊ violato ⁊ pthisa
na penidiata confecta cum penidijs multis.
¶ Tertiam rem complent pectus ⁊ pulmonem mundifi-
cantia ⁊ euacuantia materiam ibidem contentam:cuius-
modi sunt ysopus origanum cum melle.Similiter vrtica
⁊ semen eius cũ ficubus siccis decocta in aqua ordei mel-
lita educũt humores grossos in pectore ⁊ pulmone ⁊ ma-
xime sorbitiones facte de eis. Simil'r decoctio volubilis
cum oximelle est mundificatiuum bonum.Similiter fi-
seleos ⁊ yreos cum melle.Unde ego facio pro vno asma-
tico asma patiente singulis ãnis medicinam euacuatiuaꝫ
⁊ lenitiuam pectoris ⁊ pulmonis quã voco sirupuꝫ de spi
granella.℞.radicũ feniculi petrosilij enule campane yre
os.ana.partem vnam.ysopi capillo.vene.spigranelle sco-
lopendrie thimi calamenti.ana.M.i.succorum boragi.
scabiose caulium gallitrici.ana.quar.i.se.melonum succi
liquiri.ana.ʒ.5.se.maluarum.ʒ.ij.in estate pono de se.pa-
paueris albi.ʒ.5.pinearum sileris montani anisi charui.
añ.ʒ.i.liquir.partẽ.i.ficuũ siccarũ vuaꝝ mundatarũ.ana.
q̃r.5.dactyloꝝ.ʒ.i.poolipodij.q̃r.i.hec ponanť in pñ°deco-
ctionis cũ alijs radicibus.agar.ʒ.ij.sene.ʒ.i.cassiefi.mun-
de.ʒ.i.çuccari in estate libr.5.in hyeme mellis libr.i.5.⁊ si
non sit delicatus potest poni de prassio ⁊ gentiana. Simi-
liter lingua auis apponenda est si sint consumpti ⁊ macri
quia est medicina summa ethicis. Sed non ponatur hic
acetũ nec vtatur eo nec acetosis ⁊ fiant lib.ij.vel.iij.vta
tur mane ⁊ sero si sit durus ad educenduꝫ.si facilis sit ad
laxandum detur in mane in parua quantitate.⁊ tunc po-
natur laxatiuum per se ⁊ digestiuum per se.⁊ istum siru-
pum inueni maxime appropriatuꝫ.¶ Deinde dentur ele
ctuaria sicut diaysopus diacalamentum diaprassium ⁊ pi
nochada festicata ⁊ çinçiber conditum. ¶ Deinde fiant
pillule de succo liquiritie pipere ⁊ çuccaro.añ.⁊ dentur se-
ro.vtantur gentiana semper. Et cor bubonis:⁊ bubo in se
optima est:sic pica in visu.⁊ catulus in epilepsia ⁊ miluus

in lepra. ¶ Item de semine porri ⁊ de ipsis elixatis in aq̃
ordei cũ melle fenugreco ⁊ semine lini ⁊ passulis enuclea
tis ⁊ modico ysopi fit optima medicina mundificans pe
ctus ⁊ pulmonem ab humoribus grossis. ¶ Item de fo-
lijs siccis sauine ⁊ lauri.añ.ʒ.ß.accipiatur ⁊ inuoluatur in
butyro vaccino bene loto pulueriçatis ad quãtitatẽ.q̃rt.
.i.liquiri.ʒ.iiij.pinearũ preparatarum ⁊ amigdalarũ mũ-
datarum a cortice tenui cum cultello.añ.ʒ.iiij.fiant pillu-
le.vel fiat decoctio in colatura furfuris vel in aqua ordei
cum melle. ¶ Item vinum in quo decoquunt̃ ficus sicce
optimum est si dulcoret̃ cum çuccaro ⁊ valet in tussi.De-
inde fiant exiccantia materiam in pectore cum sulphure
dato in ouo sorbili in causa frigida ⁊ humida in hoie pin-
gui flegmatico maxime.⁊ accipitur etiam fumus per os ⁊
nares.tñ fumus olibani plus valꝫ ꝑ nares q² stringit reu-
ma.simil'r diasulphur valet qđ ponit Auic.in 5°.cañ.Dein
de fiant inunctiones cum dialtea ⁊ cuꝫ vnguento ptisico-
rum in pectore ⁊ oleo amigdalaruꝫ dulcium ⁊ butyro re-
centi ⁊ cũ adipe anatis ⁊ porci masculi castrati ⁊ alijs pin-
guedinibus cũ mucillagine fenugreci ⁊ se.lini ⁊ ysopo hu
mida que est lana ouium non lota decocta cuius pingue-
do supernatat. ¶ Itẽ de aristo.ro.radice apij raffani põt
fieri optima medicina cũ melle ⁊ aqua facta clarificatio-
ne in frequenti vsu. ¶ Deinde fiant emplastra super pe-
ctus. ℞.ysopi humide.ʒ.i.cere citrine.ʒ.ß.olei de lilio me-
dulle cruris vituli adipis anat] ⁊ galline.añ.ʒ.vi.myrrhe
bdellij mucillaginis fenugreci altee.añ.ʒ.ß.terantur myr
rha ⁊ bdellium.⁊ misceantur cum mucillaginibus:⁊ fiat
emplastrum vel de aneto melliloto ⁊ maiorana decoctis
in aqua vel vino:fiat emplastrũ super pectus ⁊ frequẽter
amoueat.Et si difficultas anhelitus venerit rõne siccita-
tis:tunc regant̃ sicut ethici cuꝫ cibis humidis.s.cũ borag.
buglos.malua attripli.spinachijs ⁊ folijs fragrarie patina
viol.malua cũ lacte mulieris ⁊ asine ⁊ capre vel cum ele-
ctuario resumptiuo ⁊ penidijs ⁊ cum puluere candij ⁊ li-
quiri.⁊ penidiarũ. ¶ Si autẽ fuerit de causa calida ⁊ cor
pus plectoricuꝫ fiat flẽomia:q² vapores calidi tunc sunt in
causa dicit Auic.fen 10ª.maxime etiã circa cor ⁊ artarias.
⁊ vtatur ordeato ⁊ auenato. ¶ Deinde fiat empl'm super
pectus:malaxetur cera cuꝫ oleo violato ⁊ nenufaris:⁊ po
natur supra pectus.vel inungatur pectus cum oleo viola
to rof.nenufar̃.Sed si asma fuerit in pueris lactantibus
detur eis succus feniculi cum lacte.Sed si venerit ex vẽ-
tositate iniungas pectus cũ oleo laurino costino castoreo
muscellino vel aliquibus istorum.

¶ Quartã rem complent stringẽtia de q̃bus dc̃m est ꝑus.
cuiusmodi sunt olibanum myrrha spicanardi ouum cali-
dũ super caput positum in commissura anteriori.⁊ suffu-
migationes de olibano ⁊ saluia ⁊ musco ⁊ pillule Nicolai
sub lingua ⁊ alie dicte prius.⁊ pomuꝫ ambre cuꝫ laudano
⁊ olibano ⁊ rosis.⁊ ꝙ vtatur diadraganto infuso ⁊ pliris
cum musco ⁊ dianthos.

Cura raucedinis.De raucedine notanduꝫ ꝙ non fiat
flẽomia in ꝑncipio:q² induceret perpetuã rauce-
dinẽ:nisi sanguinea cã fuerit.⁊ causans squinantiã.⁊ ma-
xime in ꝑn°.nõ cõpetit. ¶ Deinde si raucedo fuerit de cã
calida:tunc vtatur mucillagine psilij semine citonioruꝫ ⁊
medulla q̃tuor seminũ frigidoꝝ maioꝝ mũdatoꝝ ⁊ vta-
tur penidijs ⁊ diadraganto. ¶ Deinde stuphet̃ per os te-
nendo nares cũ decoctione floꝝ maluaruꝫ violarũ se.pa
paueris albi. ¶ Sed si cã fuerit frigida:tunc crocus valꝫ
eis myrrha liquiri.cuꝫ ouo sorbili.⁊ sint cooperta cinere:
q² licꝫ rõne cineris sint pori opilati in testa ⁊ ouum min⁹
valeat:tñ quia medicinaliter assatur rõne partis crude le
nit ⁊ humefacit pectus. ¶ Simil'r cubebe valent cũ mel
le ⁊ succo caulium ⁊ cum iure cicerum cum modico pipe-
ris.vnde cubebe debent accipi dicit Auic.sine omni ma-
teria sicut si homo comederet fabas nouas:nõ quia fabe
ibi valent:sed q² isto modo debẽt cubebe comedi. ¶ Itẽ
olibanum cum melle ⁊ passulis enucleatis optimuꝫ est si
decoquant̃ in aqua liquiri. ¶ Item lac cuꝫ melle ⁊ succo
calamenti summe valet.⁊ liquiri.ꝭm omnem moduꝫ ad-
ministrationis eius: ⁊ lenitiua alia sicut passule sine ossi-
b⁹ vel arillis grana pini amigdale dulces excorticate sine
aqua:ficus sicce pingues dactili fenugrecuꝫ semen lini ra
dix lilij cerebella cuꝫ çuccaro ⁊ melle. ¶ Deinde dentur
diadragantum diaysopus vel diairis acuantur cum mo-
dico puluere radicuꝫ enule campane. ¶ Deinde fiat stu-
pha per os cum calamento ysopo liquiri.⁊ cuꝫ similibus.
¶ Deinde caueat a fumo vento salsis frixis ⁊ assatis.⁊ a
vino ⁊ coitu ⁊ a repletione multa.⁊ a somno post prandiũ
cito ⁊ a clamore ⁊ cantu.Unde vnum dicimus hic ꝙ rau
cedo annualis non curatur.⁊ in ptisicis est signũ ꝓpinqui
tatis mortis.Caueant igitur ⁊ accipiãt tunc succũ cauliuꝫ
⁊ pedes vaccarũ ⁊ ficus assatas modicum ⁊c̃.

¶ Duodecimo ordinetur dieta pthisicorum que debet eẽ
aliqualiter consimilis dicte ethicoruꝫ. Sunt tamen tria
que sunt cibus potus ⁊ medicina:sicut lac vinum ⁊ ptbi-
sana. Lac enim abstergit ratione sue substantie serose.cõ
solidat propter naturam partis casealis.nutrit ⁊ reparat
ratione butyrose substantie. Lac eniꝫ sit mulieris brune
iuuenis de primo puero.⁊ que sit bene complexionata.⁊
que non vtatur coitu:sed moderatione cibi ⁊ potus.dein
de lac asinarum.deinde lac caprarum. deinde lac vacca-
ruꝫ.⁊ ꝙ vtantur illa animalia herbis siccis:scilicet betho
nica petros.⁊ fenugreco agrimonia ordeo ⁊ non nimis la
borent:⁊ accipiatur de vbere si velit patiens.⁊ si non:de-
coquatur ad ignem cum sale pauco ⁊ melle.vel extinguã
tur ibi lapides fluuiales ne coaguletur lac in stomaco:qđ
tunc est quasi venenum.⁊ ideo vinum ⁊ lac in eadem mẽ
sa non debent coniungi:quia vinuꝫ coagulat lac in stoma
co. Et si sentiat dolores ⁊ tortiones : tunc nocet lac.vel si
eructuet acetose.vel si sit febris putrida ꝯiuncta. Et ideo
discus lauetur cuꝫ aqua calida ⁊ ponatur in alio vase ple-
no aqua calida ⁊ ibi mulgeatur lac quia conuertitur cito
⁊ mutatur:⁊ tunc minus nocet.Secundo detur vinũ cla-
rum dulce non antiquum aliquo modo ⁊ çuccarum appo
natur omni hora.sed in febre putrida vinum nocet.Ter-
tio vtatur ptbisana siue sit in febre siue extra febrem.⁊ tẽ
pore quo vtatur lacte ⁊ tẽpore quo vtatur vino . ⁊ potest
dari quando volumus. ¶ Modo videamus de his que
solum sunt cibus ⁊ medicina ita ꝙ non potus:cuiusmodi
sunt mel ficus cancri fluuiales . vnde mel est vehiculum
medicinarum pectoris ⁊ pulmonis:nutrit ⁊ abstergit.ta-
men in febre putrida non cõuenit nisi misceatur cuꝫ mul
ta aqua pluuiali:sic̃ in idromelle aquatico çuccarato. Qđ
mel est melius:vide libro septimo de ĩgenio sanitatis.ca-
pitulo 5°.vbi dicit.ꝙ debet esse rubicundum odoriferum
clarificatum:⁊ a visu penetrabile:saporis delectabilis:ali
quanti acuminis ⁊ coloris inter subtile ⁊ grossuꝫ medica-
men:⁊ cũ distillatur sine vlla sui separatione descendens
coniunctim:quia si non continue vel continuum sit osten
dit grossius esse q̃ꝫ oportet:aut subtilius aut diuisibile in
partibus:quia mel grossum arguit multitudinem esse:sꝫ
humidius q̃ꝫ oportet arguit eius indigestionem ⁊ crudi-
tatem materie.⁊ tunc debet ibi poni thus propter odorẽ:
quia tunc odore multo non vitupero.dicit Halie. Et dis-
pumatum est melius:vt dicit ibidem bene post. vnde vi-
le est medico ꝙ non cognoscit:quia mel est malum vene-
num:vt dicit Auicenna secundo canoñ.Cancri fluuiales

valēt decocti in aqua dulci. deinde fricati in lixiuio facto de cinere vitis. Ficus ēt ſicce valent vue munde ꝛ amig. excorticate ꝛ caſſ. in parua quātitate. ¶ Aer iſtoꝝ ſit ſiccus ꝛ clarus ſine vento ꝛ in locis altis: ſicut Gal. dixit. ꝑ tra ſicos ad montē altuꝫ iuxta ſiciliam vbi eſt ignis cōtinu⁹. vt dixit 5°. de ingenio ſanita. c. 12. Carnes ſunt dicte caplo de aſmate. Tamen vitulis lactantibus poteſt vti ꝛ agninis ꝛ porcellinis ꝛ hedinis. ꝛ vtantur teſticulis gallorum. Et pro eis valēt colaticia. ꝛ vtanṫ alijs dictis ca°. de aſmate. tñ modicuꝫ comedant vna vice. non dormiant poſt cibū: nec moueanṫ multuꝫ: nec inaniantur: ſʒ magis repleātur: ſint in leticia gaudio ꝛ ſine ſollicitudine. vitent ſalſa acuta acetoſa. vitent coitum ꝛ fluxum ventris ꝛ flobotomiam ꝛ farmaciā ꝛ ſalſamenta calida ꝛ ſicca.

¶ Nono fiant ventose. vnde Auicen. ponit in 3º. cañ. ꝙ ex retinentibus fluxuȝ ventris est positio ventose sine igne supra vētrem. ⁊ si ventosa magna dimittatur quatuor horis siue fit cum excoriatione ille fluxus siue non: stringit fortiter. ¶ Item si ab epate fluat ponatur ventosa super epar: ⁊ eodeȝ modo si de splene fluat: ⁊ sic de stomaco. Et in homine carnoso iuuene potest poni ventosa cum scarificatione. sed cum igne plus competit flegmaticis ⁊ pinguibus. sed cum cornu sugendo competit plus in timidis ⁊ melancolicis et macris et consumptis: sed pauci sciunt istum modum operandi cum ventosis. Similiter ventosatio aliquando fit diuertens posita supra partem oppositam loco dolenti. ⁊ valent iste ventose ⁊ suffumigationes optime in lienteria ⁊ diaria. vnde olibanum in lienteria quocunqȝ modo sumatur valet.

¶ Decimo fiant inunctiones super stomacum ⁊ ventrem de oleo citoniorum de oleo masticino de oleo mirtino et anetino aā. ⁊ venter ⁊ stomacus ⁊ latus vngatur cuȝ oleo ro. tamen in causa calida plus valet mirtinū ⁊ oleum citoniorum. Sed in causa frigida de aneto ⁊ roſ. Et in omni causa valet anetinum inunctū ante ⁊ retro. vnde aliq fricant pedes ⁊ ligāt tibias ⁊ manus. ⁊ quidā inungūt spinā dorsi totā cum succo caprifoly ⁊ succo plantaginis.

¶ Undecimo fiant balnea sed diuersa: qꝛ quoddā est preparans: ⁊ qḋdam adiuuans: ⁊ quoddam perficiens: ⁊ qḋdam impediens. Primuȝ debet fieri aliquantis diebus anteqȝ detur medicina laxatiua. vt dicit Auicē. ꝑmo cañ. fen. 4. capitu. 5º. Secundū debet fieri scḋo quādo medicina est danda in mane. Tertium debet fieri scḋo die post medicinas: dicit Auicē. versus finem capituli. fen 4ª. primi libri. qꝛ illud qḋ resolutuȝ fuit ex humoribus per balneum: tunc mundificabitur. Et eius signum est si patiens in balneo delectetur. Quartū balneum est balneum impediens qḋ fit quādo datur medicina laxatiua. s. post medicinam cum ipsa incipit operari. Et de illo loquitur fen quarta. ꝑmi libri. capitulo 5º. ꝙ in ꝑncipio post medicinaȝ quoqȝ non ingrediatur quis balneum: qꝛ trahit materiā ad exteriora. neqȝ est bonum ad ventrem constringendū

preterq̃ꝫ in hyeme. tunc enim non est timendū primā cau
sam bal. incurrere illo modo quo calor balnei non sit ita
fortis nec ita continuatus ꝙ trahat: sed tantū vt mollifi-
cet. Et de isto etiam loquit̃ Gal. 4ª particula affo. in com
mento illius. Sub cane ⁊ ante caneꝫ. vbi dicit ꝙ balneū
repugnat solutioni ⁊ incipit afferre. Eius oppositū ponit
Hyppo. 3º regiminis acutorū. cañ. 58. balneare vltra mo
dum humidū ventrem habentē non est iuuatiuūꝫ. Dico
ꝙ loquit̃ quando materia est multa ⁊ mala que est causa
fluxus ⁊ virtus fortis: tunc enim balneum stringit. sed ta
men illa strictura nocet: qꝛ materia corrupta trahitur ad
exteriora: ⁊ cum pura ⁊ bona miscet̃ ⁊ totū corrumpitur:
⁊ ita redit post fluxus maior q̃ꝫ prius natura nō potēte re
gere materiā illam: vel superuenit morbus magis pericu
losus sicut apostema vel aliqđ simile. Dico igit̃ balneum
impediens debꝫ fieri in fluxu sinthomatico siue fuerit a
medicina siue aliunde virtute existēte debili. Unde Aui.
4ª. p̄mi lib. caº 7º. dicit ꝙ patiens fluxum siue fuerit ⁊c̃.
debꝫ sudare in balneo capite discooperto vl̓ posito extra
balneum ⁊ magis extra vaporeꝫ balnei. ¶ Fiat igit̃ bal-
neum aque calide in fluxu ꝓpter medicinas: sed quando
est fluxus ꝓpter nimiaꝫ repletionē totius corporis tunc
mellilotum camomilla ⁊ similia ponant̃. Deinde potest
de stipticis fieri sicut de resta bouis plantaginis hypericō
sanguinaria ⁊ virga pastoris folijs quercinis ꝯsolida ma-
iori ⁊ minori folijs pirorum ⁊ nespilorūꝫ prunorūꝫ ⁊ simi
libus. Et possunt in p̄mis tribꝰ diebꝰ tibie lauari. Et strin
git multo fortius si fiat encbatisma. i. particulare balne-
um scilicet ad vmblicum vel modicum supra. ⁊ alia dicta
prius in p̄mo libro hic valent.

¶ Duodecimo curetur tenasmon qđ est appetitus egeren
di sine effectu. Si fiat ꝓpter duritieꝫ fecum fiat clistere
mollificatiuum. Si fiat ꝓpter imbibitaꝫ materiam fiat
mundificatiuū cum colatura furfuris in aqua frigida in
causa calida. ⁊ in vīo in causa frigida ⁊ cū isopo ⁊ molena
⁊ tasso barbasso caprifolio. ¶ Iteꝫ aqua mellis ⁊ ptisana
optime mundificant. Simil̓r seruꝫ qđcunq̧. Deinde. ℞.
se. fenugreci se. lini se. malue bismalue melliloti camōil-
le sūmitatūꝫ cauliūꝫ ⁊ molene. añ. ℥. 5. conquassent̃ ⁊ bul-
liant in aqua ⁊ spongia intingat̃ in illa aqua ⁊ exprimat̃ ⁊
super locum applicet̃. ⁊ h fiat frequenter ⁊ multis vicibꝰ
Deinde alia spongia lata bullita per modū emplastri su-
perponatur ⁊ ligetur ⁊ superdormiat. Deinde iterūꝫ cum
spongia fomentatio fiat vel teneat anchas totas in illa
aqua. ⁊ materialia ponant̃ in bona quātitate: vel alia bul
lita in aqua superemplastrent̃. Deinde fiat fomētatio cū
spongia sicut prius ⁊ fere oēm tenasmoneꝫ curat. ¶ Iteꝫ
experimentūꝫ meum quo semper vtor. ℞. tassi barbassi.
M. i. coquatur in aqua terat̃ ⁊ fomentetur anus ⁊ super-
ponat̃ herba ⁊ supersedeat patiens ⁊ suffumigetur ⁊ cum
herba sicca anus tergatur ⁊ est medicina sūma. Uel fiat
istud. ℞. olei anetini olei camomellini. añ. ℥. i. distempere
tur folium. i. illius molene vel duo cum ipso ⁊ tepefiat to
tum ⁊ superponat̃ ano. Tamē in causa calida melius eēt
illud facere cum oleo ro. vnde anetum ⁊ oleum eius sunt
maxime anodina. i. sedantia dolorem. Si tamē sit tenas-
mon de ventositate tunc ruta ⁊ ciminū decoquant̃ in vi-
no vel aqua: ⁊ emplastrent̃ super locū: optime curat. Idē
facit paritaria. ¶ Item suffumigatio terbētine posite su-
per carbones optime sanat. ¶ Item persica ⁊ radix fra-
xini coquant̃ in vino ⁊ tale vinum detur. ¶ Item solum
anetum torrefiat ⁊ sacellet̃ super locum. expertum reme
dium est apud me. ¶ Item suffumigatio facta de sarco-
colla posita super prunas sanat tenasmonē. ¶ Item fiāt
sacellationes de sale ⁊ milio torrefactis ⁊ de furfure bul-
litis in vino ru. ponatur. vel cum aniso ⁊ maratro. vel bul
liat filtrum blauum in vino ponat̃ ⁊ aspergatur puluere
isopi anisi maratri: ⁊ ponat̃ inter crura: ita ꝙ ꝯprehēdat
anchas ⁊ ventrem ⁊ peritomeon. Deinde suffumiget̃ cūꝫ
pinea confracta posita super carbones vel cum colopho-
nia. ¶ Item rose abſ. ruta terant̃ ⁊ ponantur in sacculis
lineis paruis longis ⁊ decoquant̃ in aqua ⁊ exprimātur ⁊
ponant̃ vicissim super anum. ⁊ cum floribus camomille
additis mitigat dolorem in loco isto. ¶ Item ad idē va-
lent vitelli ouorum mica panis apiūꝫ coquantur in oleo
camomillino vel ro. ⁊ optime sedat dolorē. ¶ Et quādo
exit anus ꝓpter conatūꝫ nimiūꝫ egerendi. tunc. ℞. succū
petrosilij quātūꝫ vis myrre partem. i. distempera cū pre-
dicto succo ⁊ fiat in modū vnguēti ⁊ vnge ⁊ pro certo cu-
rabitur. ⁊ sic fuit curatus Nicolaus cuius anus egressus
fuit ⁊ augmentatus ad quātitatem capitis vnius pueri. ⁊
cum fomentationibus calidis de ruta pitaria furfure ca-
momilla in vino decoctis. ⁊ tunc cum isto vnguento tepi-
do inunctio fiat ⁊ curabit̃ complete per multas iteratio
nes. ¶ Item apostolicon tepefiat ad ignem ⁊ vngat̃ vel
tangat̃ anus vel podex ⁊ intrabit. ⁊ h fiat bis vel ter quā
do exit. Deinde balneetur in aqua pitarie ⁊ foliorum fi-
cus ⁊ pirorum vel in decoctione molene solius que mihi
sufficit in tenasmone ⁊ exitu ani vel elongationis in emor
roydibus dolentibus vel fluentibus vel cecis. ¶ Item
folia roris marini emplastrata tumorē ani tollūt. ¶ Itē
fomentetur anus cum alleata tepida ⁊ clara ⁊ post sinapi
zetur cūꝫ puluere cornu cerui combusti ⁊ pice combusta
⁊ thure ⁊ mastice non solum contra exitum ani: sed etiāꝫ
contra exitum matricis efficaciter valet.

¶ Et qꝛ aliquādo tenasmon est causa emorroydarūꝫ ⁊ ex
conatu nimio: ideo de emorroydibus sciendū est ꝙ emor
roys est nomen membri ⁊ nomen passionis illius mēbri
scilꝫ venarū ramificatarū de vena que descendit per spi-
nam dorsi in qua abundat sanguis melancolicus vsq̧ ad
circulum ani. Nomen morbi est: ⁊ tunc significat cōmuni
ter loquēdo fluxum sanguinis nimiū per anum nō ex in-
testinis. Tamen minus cōiter significat retentionē rōne
sanguinis consueti fluere. Improprijssime significat do-
lorem ⁊ tumoreꝫ in ano ex eminentia illarū ibi ad modū
capitis māmillarum. ¶ Primo igit̃ operandū est ibi ad
stringendūꝫ si excedat in fluendo qđ fit per suffumigatio
nem rerum siccarū sicut gallarū balaustī. psidiarum mir
tillorum ⁊ similiū. Deinde cum illis que dicta sunt in flu
xu sanguinis nariū stringat̃. s. cum zuccaro ro. acuito cūꝫ
corallis albis karabe ⁊ sanguine draconis sanguinaria et
molena. Ista valent in puluere vel potu vel in fomenta-
tionibus vel emplastris ⁊ in similibus. ¶ Item 2º operā
dum est contra tumoreꝫ earum ⁊ fluxū simul sic. ℞. radi
cis tassi barbassi partē. i. ⁊ laua ⁊ sicca in furno de quo ex-
tractus est panis: ita ꝙ nullo modo cōburatur sed ipsius
seruata virtute desiccet̃. ⁊ fiat inde puluis de quo sumat
ʒ. ij. vitelli oui farine tritici. ʒ. ij. incorporent̃ adinuiceꝫ ⁊
in sanguine vel oleo bono frigatur ⁊ fiat crispella que su
matur omni mane in ieiuno vsq̧ ad. x. dies ⁊ talis fiat 2ª
die ⁊ 3º. Ista medicina ita cōsumit emorroydas ꝙ post. 9.
dies non apparet vestigium ⁊ est de meis secretis. ¶ Itē
℞. galbani sicci. ʒ. ij. cum aqua bibatur ⁊ remouet emor-
roydas cecas ⁊ sumatur tribus diebus ⁊ nō redibit. dicit
Auicen. 3º cañ. capi. de emorroydibus curandis cūꝫ liqui
dis que ponātur super eas fen. 17. ¶ Item storax calami
ta est ex bonis medicinis eis. ¶ Itē assiduatio comestio-
nis amigđ. cum melle. ¶ Item trifera saracenica cū sco-
ria ferri lota stringit sanguinem earum. ¶ Item tassus
barbassus vel molena qđ est idem habet p̄ncipatū i cura

earum siue sint dolentes siue tumentes cece vel fluētes
siue emplastrenť cum ea siue comedātur. ¶ Item cōtra
fluxum earum valet ventosatio inter spatulas. ¶ Item
cuppule glandiū in vino coquanť ⁊ cum isto vino lauen-
tur mane ⁊ sero. ¶ Si dolent multū valet serpentaria ⁊
dragūtea: qđ idē est superposita vel emplastrata. ⁊ h̄ ma-
gnifice dicit Mesue. ¶ Itē millefoliū ⁊ herba Roberti
superposita ⁊ emplastrata valet expertū est. ¶ Item. ℞.
vitellum oui assatū croci. ʒ. i. apy. ʒ. ij. se. lini se. fenugreci
maluauisci. i. bismalue. añ. M. i. bdelij. ʒ. iij. cōspersa cuz
decoctione sedant dolorē. ¶ Item cepe albū optime co-
ctum ⁊ tritū cum butiro tepidū ⁊ superpositū idem facit.
Deinde cū dialtea remollianť si vis ꝙ aperianť. Deinde
aperianť si sint cece ⁊ ledant post purgationē diuertentē
.s. cū flebotomia in brachio ⁊ ventosatione inter spatulas
Primo fricenť cū succo centauree aneti humidi staphisa
grie cū melle. qꝛ h̄ apparere facit eas ⁊ aperit. Deide suc
cus cepe ⁊ artanita vel panis porcinus vel malū terre vł
ciclamen: qđ idē est supponať ⁊ aperit. Idē facit staphisa
gria ⁊ oīa lacticinia sicut lac ficus ⁊ titimali. Sed vltimo
stercus columbinū apponať vel cum sagitella aperianť.
Deinde cū vnguēto nigro cureť vulnus vel cū vnguento
de cerusa prius dicto. vel cum vnguento albo Rasis: qđ
ponam in libro 3° huius. Et sunt versus de centaurea ꝙ
ipsa optime valet in emorroydibus.

Centaurea iuuat neruos: pectusqꝫ scđam .i. secūdinam.
Eycit: ⁊ vulnus solidat: ⁊ visum meliorat.
Incisas carnes radix contrita reducit.
Tussibus atqꝫ scie valet ⁊ muliebria ducit.
Si desiccetur ⁊ post bene pulerizetur:
Stringit emorroydas oleo si cōmisceatur.

¶ Item semen aneti vstum ⁊ appositū cum melle sanat
emorroydas. ¶ Item folia rorismarini cathaplasmata
emorroydas inflatas sanant. ¶ Itē ꝯ eas inflatas ⁊ non
fluentes marrubiū decoquať in aqua vino ⁊ sale ⁊ locus
inde fomenteť ⁊ herba superemplastreť. ¶ Itē cum ce-
rusa plūbo vsto vitellis ouorū assoꝝ oleo roſ. simul mix-
tis fiat meª valens oībus emorroydibus ⁊ oīb⁹ vlceribus
manātib⁹. ¶ Itē millefoliū bibitum valet oībus emor-
roydibus ⁊ silr̃ emplastratū. ¶ Itē cinis corticū ouoꝛuz
a quib⁹ pulli exierint datus in vino statiz emorroydas sa
nat. ¶ Itez folia iusquiami cocta cū oleo roſ. sanant oēs
dolores calidos. cū oleo camomellino oēs dolores frigi-
dos. ¶ Itē cōtra emorroydas. ℞. cōsolide maioris ⁊ mi-
noris. añ. M. i. piluselle. M. ij. ciamomi electi sanguinis
drac. añ. ʒ. 5. terenda teranť conquassanda cōquassentur
optime ⁊ misceanť ⁊ post primaz diem exprimanť: ⁊ fiat
vnus bonus haustus per mediū vnius pāni linei ⁊ bibat
quottidie quousqꝫ saneť. Et sic finiť capitulum de omni
fluxu ventris ⁊ emorroydarum.

¶ De epilepsia ⁊ apoplexia. Caplm. XI.

Epilepsia est morbus caducus dict⁹ ab
epi qđ ē supra ⁊ ledo dis q̄si
lesio partiū superioꝝ. i. capitis. Iō diciť hiera-
noson de hiera. i. sacra ⁊ noceo ces quasi nocēs
partibus sacris. i. aīatis. s. capiti ⁊ cerebro. Et di
citur pedicō: qꝛ caput faciens pedes: qꝛ locū capitis facit
ad locū pedis: vel pedicon. i. petens caput. Et aliqñ venit
de cā remota ad caput. Cuius diffinitio est ꝺm Auicen. 3°
cañ. fen pª. tractatu 5° de epilepsia. Epilepsia ē egritudo
ꝓhibens mēbra aīata ab operatiōib⁹ sensus ⁊ mot⁹ ⁊ ere
ctione nō integre ꝑꝑ opilationē ventriculoꝝ anterioꝛuz
cerebri nō cōpletam ꝓhibentē transitū virtutū sensus ⁊
motus in eo ⁊ mēbris nō integre siue casum faciens. Uel
sic. Epilepsia est spasmus vniuersalis ⁊ cōis ex nocumen
to adueniēte vētriculo anteriori cerebri. Uel sic. Epilep-
sia est spasmus breuis ꝓpri⁹ ipsi cerebro. Uel sic. Epilep-
sia est morb⁹ officialis cerebri auferēs sensuz ⁊ erectionē
toti corpori cū perturbatiōe motus corporis: maxime ꝑꝑ
opilationē factā in ventriculis cerebri nō p̄ncipalib⁹: qui
sunt meatus quidā opilati quasi vsqꝫ ad mediū nō cōple
te: qꝛ tūc esset apoplexia parua. Sed quādo oēs opilanť
⁊ maxime magis p̄ncipales ⁊ totaliter ⁊ complete: tūc est
maxima apoplexia. Sed quādo oēs nō totaliter tunc est
meª. Auer. 3. colliget. ca. penultimo sic dicit. Epilepsia est
egritudo que facit patientē cadere in terrā. Et differt ab
apoplexia. qꝛ illa est quādo hō cadit in terram ⁊ cessat ei⁹
vox ⁊ p̄uanť omnes operatiōes ⁊ motus totius corporis
anhelitu excepto. Auic. in 3°. cañ. dicit de apoplexia sic. ꝙ
ipsa est ociositas a sensu ⁊ motu ꝓpter opilationē contin-
gentem in ventriculis cerebri ⁊ in cursib⁹ spūs sensibilis
⁊ motiui. Sed Bernardus de gordonio dicit: ꝙ apople-
xia est passio cerebri auferens sensum ⁊ motū toti corpo-
ri repente ⁊ subito magna voce p̄cedente ꝓpter opilatio-
nem in meatibus ⁊ ventriculis tam p̄ncipalibus q̄ꝫ nō p̄n
cipalibus. Cuius sunt tres species: epilepsia: cathalensia:
analensia. Quādo est morbus caducus de causa priuata
in capite: tunc vocať epilepsia. Quādo est de materia ve-
niente. s. de pede vel a pollice vel ab alia p̄te corporis ex-
cepto stomaco: tunc vocať cathalensia. ⁊ de illa loquitur
Haly 3ª particu. tegni. cōmen. 191. in cōmento illi⁹. Quos
nec glutinosos esse oportet. Dicit ꝙ vidit quendam scri-
ptorez a cuius brachio dextro ascendebat fumus vel va-
por frigidus vsqꝫ ad caput: ⁊ tunc cadebat: ⁊ habuit vnuz
paroxismū epilepsie. Et Gal. narrat in de interiorib⁹ idez
de vapore malo ascendēte de police ad caput. Sed si ve-
nit a stomaco tūc vocať analensia: ab ana qđ est conuer-
sio: ⁊ lesis lesio: quasi lesio cōuersiua de stomaco ad caput
⁊ econuerso. Et ideo fit in eis morbus circuitionis. dicit
Auicen. p̄mo cañ. fen 2ª. cap° 8°.

Cause huius passiōis sunt multe. qꝛ epilepsia est qui-
daz spasmus: ⁊ qꝛ omnis spasmus est de inani-
tione vel de repletione: ita epilepsia. Sed epilepsia vera
est de repletione. nō vera de inanitione. vbi hō cōsumpt⁹
⁊ debile cerebrū habēs stare non pōt erectus: imo ex va-
cuitate cerebri videnť ei oīa moueri in girum. Et ideo di
cit Auic. ꝙ aliquādo fit a ieiuno hn̄te stomacū debilem.
hoc. n. est per accidēs: qꝛ in ieiuno aliquādo colera trahiť
ad stomacum ⁊ fumi colerici faciunt repletionē fantasti-
cam: ⁊ tunc ascendētes ad cerebrū inducūt illuz morbū.
vel rōne nocumenti in ore stomaci. vñ cerebrū nocumen
tum percipiens ⁊ nerui ipsi fugiūt ⁊ retrahūt se. qꝛ virtus
animalis venenū fugit: ⁊ neruus cuz eo. ⁊ ex ista fuga fit
epilepsia sicut cōtingit de pūctura animalis venenosi: fu-
git venenū per viam retractionis: qꝛ cerebruz claudit se
ne nocumentuz percipiat. sicut cor claudit se in timore ⁊
talibus: vel forte in ieiuno fit multiplicatio colere. ⁊ sola
siccitas solet generare colerā. s. ꝓparatorie. ⁊ colera mul-
tiplicata ascendit ad cerebruz: ⁊ fit epilepsia colerica: ⁊ ē
epilepsia nō vera. ¶ Pro quo notādū ꝙ epilepsia est tri
plex. s. vera verior ⁊ verissima. pª est minor. 2ª media.
3ª maior. pª fit ꝓpter opilationez arteriarū: 2ª ꝓpter
opilationem neruoꝝ. 3ª ꝓpter opilationē ventriculorū
cerebri nō p̄ncipaliuz. De p̄ma loquitur Auer. 3° colliget.
cap. vltimo. ꝙ motus vniuersalis habet duo p̄ncipia: cor
⁊ cerebrum. ⁊ cerebrū non facit operatiōes suas: nisi pro-
pter cor. ideo necesse est vt eueniat cerebro vna egritudo
vniuersalis cōicans toti corpori. ⁊ hoc fiet necessario pro
pter opilationē viaruz spūs qui ꝓueniunt a corde ad ce-
rebruz: ⁊ iste sunt artarie. ⁊ h̄ est cū apparēt signa sangui-

nis ⁊ est epilepsia sanguinea. Et isto modo fit aliquãdo su
beth.i.somnus ꝓfundus ꝓpter cõsimilem opilationē.di
cit Auic.in 3º. Scđa epilepsia ⁊ 3ª q̄tum ad materiã con/
iunctaȝ sunt de ventositate. q̄tũ ad materiã antecedētē
sunt de mã humorali flegmatica grossa. ⁊ q̄tum ad illaȝ
aliqñ terminant̄ in paralesim. q̄tuȝ ad coniunctã nõ: sed
magis ad spasmũ. Et ꝓpter h̄ dicit Serap. in p̄mo ꝙ ali/
quãdo in epilepsia est spasmus cõsequēs ipsam aliqñ nõ.
⁊ qꝛ in epilepsie nerualis paroxismo est spasmus cõseq̄ns
ipsaȝ: in artariali nõ. Ex arteriali fuit ꝙ ille scriptoꝛ perce
pit fumũ ascendētē a police ad cerebꝛũ: nec vadit ad coꝛ.
Et si sit in artaria. qꝛ materie quedaȝ petunt partes quas/
dam: sicut medicine quedã petunt renes: quedaȝ cerebꝝ
quedã epar. ⁊ h̄ ſm diuersas ꝓprietates ⁊ dispositionē in
agente ⁊ passo. Et de epilepsia neruali ⁊ artariali cerebꝛa
li loquit̄ Gal'. 2ª particula affo. cõmento. 45º. in cõmento
illius. Epilepsie iuuenibus. ꝙ epilepsia apoplexie est vici
na ⁊ vtriusq̄ est causa materialis vna. Sed in apoplexia
virtus currēs ad neruos tota est ablata sensibiliter. Sed
in epilepsia nõ tota: sed quodãmodo impedita. Utrunq̄
vero facientes sunt chimi frigidi ⁊ grossi. ¶ Item ponit
in 5ª particula in cõmento illius. Epilepsie quibꝰ ante iu/
uentutem nascunt̄ mutationeȝ habent. Dicit ꝙ mã epi/
lepsie est grossa ⁊ flegmatica aut frigida. Et 6ª parti. affo.
cõmēto. 56. dicit ꝙ apoplexia epilepsia spasmus ⁊ tetanꝰ
veniunt de flegmate ⁊ colera nigra quarũ cause cões sũt.
Fit igit̄ opilatio in istis speciebꝰ vtplurimũ de flegmate:
post de mel'ia vel de sanguine mel'ico: post de sanguine: sȝ
raro ꝓuenit de sanguine. deĩde minꝰ de colera q̄ȝ de alio
humoꝛe. Fit etiã de mã grossa ventosa ⁊ a vapoꝛibꝰ ⁊ ab
humoꝛibus resolutis: sempꝛ tñ est materia ventosa fetida
frigida ⁊ hoꝛribilis. ⁊ qꝛ cito venit cito recedit. ideo ē de
mã facili. s. de ventositate. dicit Auic. in 3º. ⁊ Gal'. in 3º. in/
terioꝛũ. Or qꝛ est de mã grossa cito venit ⁊ cito recedit. iõ
dico ꝙ in moꝛbo caduco duo sunt. s. moꝛbꝰ in se ⁊ paroxis
mus. Moꝛbꝰ in se est de mã grossa ⁊ est lõgus: qꝛ omnis
moꝛbꝰ de mã frigida difficulter digerit̄. in 7ª partic. affo.
cõmento. 35. ⁊ ideo moꝛbꝰ in se mãlis nõ est spasmus sed
mollities: vt pȝ 3º interioꝝ. ⁊ 5º. de moꝛbo. Sed moꝛbꝰ foꝛ
malis ⁊ paroxismus suus cito venit ⁊ cito recedit. ⁊ ideo
est de ventositate que grossa est in se: subtilis tñ respectu
materie a qua eleuat̄: ⁊ est spasmus: qꝛ ibi ventositas est
in poꝛis circũferentialibꝰ nõ centralibꝰ ipsiꝰ nerui. sicut ē
in paralesi. ⁊ ideo nerui extendunt̄ in latum ⁊ spasmꝰ fit.
⁊ non extendunt̄ in longũ. ⁊ iõ nõ fit paralesis ex paroxis
mo. ¶ Tñ est sciēdũ ꝙ epilepsia est duplex in actu sicut
in paroxismo: ⁊ in actu sicut in mã añcedēte in diebꝰ iter/
polatis. ¶ Et cũ arguit̄. Ga. ponit ꝙ qꝛ ē de mã grossa ci/
to venit ⁊ cito recedit. dico ꝙ membꝛũ nobile nõ põt pa/
ti longitudinē moꝛbi ⁊ acuitatem sui. sicut dicit̄ 6ª parti.
affo. cõmento. 51. ⁊ 7ª parti. ⁊ ideo qꝛ iste moꝛbus quo ad
paroxismũ est magnus ⁊ acutus. vt dicit̄ 5ª particu. affo.
in cõmēto illius. Mulieri in vtero habēti ab aliqua acu/
tarum egritudinum accipi est moꝛtale. Dicit ꝙ egritudo
acuta est duplex. cum febꝛe ⁊ sine febꝛe. Sine febꝛe sicut
apoplexia epilepsia tetanus. Sed qñ mã illa est mala in
cerebꝛo ⁊ nocet rõne motꝰ sui. ideo natura nitit̄ totis suis
viribus expellere eaȝ. ⁊ ideo qꝛ grossa in mēbꝛo nobili ci/
to natura nitit̄ expellere eaȝ. sed si esset alibi non opoꝛte
ret. Sed si esset subtilis de se cito recederet. Et ideo cito
recedere est duplex. s. vel quo ad visum. vel quo ad cona/
tum agentis. vel quo ad passibilitatē materie. vel qꝛ gros
sa ⁊ conuersa in ventositatem. ideo cito recedit respectu
materie illius ante conuersionē talem. Dico tñ ꝙ mã hu
ius moꝛbi duas hȝ causas. quaꝝ vna ē materia materie.

scđa retentio materie. Materia v̊o materie sunt cibi gros
si ex generibus lactis ⁊ pꝛopꝛie spissi. ⁊ casei ⁊ ꝓpꝛie humi
di. ⁊ carnis grosse ⁊ auium paludestriũ. ⁊ magni coꝛpoꝛis
⁊ anatum cignoꝛũ ⁊ anseruȝ. ⁊ caro camelina vaccina hir
cina. ⁊ que de siluestribus. ingrossant etiaȝ pisces grossi ⁊
cibi de patellis omnes. ⁊ panis viscosus crudus ⁊ azimꝰ
⁊ crispelle ⁊ panis calidus ⁊ panis non furfureus ⁊ confe
ctio ex melle viscosa ⁊ fructus viscosi acetosi difficilis di
gestionis ⁊ illi qui generant humoꝛem grossum ⁊ viscosũ
sicut mala imatura sicut caro citri ⁊ caro piroꝛuȝ: ⁊ aqua
turbida non currēs. ⁊ res grosse ⁊ maxime dare superius
pueris ⁊ nutricibus. vt dicit̄ in de somno ⁊ vigilia. Et ma
xime ista nocent quando stomacus est debilis ꝓpter de/
bilitatem virtutis digestiue. aut ꝓpter multitudinē eius
qđ sumitur ⁊ destruit virtutem. aut ꝓpter malitiaȝ oꝛdi/
nis exercitiȝ super repletioneȝ. Similiter cibi ventosi vt
fabe ⁊ pise. ⁊ viscosi vt anguille ⁊ pisces frixi butirati: ⁊ fu
mosi vt allia ⁊ poꝛri cepe apium ⁊ ceruisia noua. ⁊ cicera
noua ⁊ vinum nouum. ⁊ cibaria pinguia ⁊ lardata. ⁊ cibi
opilãtes rizi ⁊ frumentũ ⁊ sil'ia. ¶ Retentio materie est
debilitas virtutis expulsiue stomaci ⁊ cerebꝛi ⁊ alioꝛum
membꝛoꝛum a quibus venit materia ad caput. ⁊ h̄ vel a
frigiditate constringente ⁊ indigestioneȝ faciente multi/
plicante. aut a caliditate attrahente vel a siccitate indu/
rante vel ab istis simul coniunctis. ¶ Dubitat̄. vtrũ pos/
sit fieri epilepsia a mala complexione sine materia: vide
tur ꝙ non per Auicen. quia tũc esset inseparabilis nec ve
niret subito. ¶ In contrariũ est Aui. 3º. cañ. dicit. apople/
xia potest generari a sola frigiditate sine materia. igit̄ epi
lepsia. quia qđ potest foꝛtius: põt facere debilius. ¶ Itē
epilepsia generatur ex sola opilatione. sed sola frigiditas
potest opilare. ¶ Item Auic. cap. de stupoꝛe dicit ꝙ sola
humiditas sine materia opilat. ¶ Item Auicen. ponit ꝙ
aliquando fit a sola caliditate solis. ¶ Item in omni epi
lepsia spasmus est: sed spasmꝰ põt fieri sine materia a fri/
giditate vel inanitione. ¶ Item siccitas sola opilat. ergo
frigiditas. cõsequentia patet. per Haly 3ª particula tegni.
cõmē. 53. ¶ Dico ꝙ epilepsia est duplex. vera ⁊ nõ vera.
Similiter apoplexia: vera est que fit ex opilatione nõ in/
tegra ventriculoꝛum non p̄ncipalium cerebꝛi. Non vera
est que fit ex eoꝛum constrictione vel retractione virtu/
tis cerebꝛi fugiendo quasi nociuum. P̄ma nõ fit sine ma
teria opilante: sed non quacunq̄: sed cito veniente ⁊ cito
recedente. 2ª potest fieri a sola frigiditate constringen/
te non ex frigiditate complexionali cerebꝛi. qꝛ tunc esset
inseparabilis ⁊ de difficili separabilis. ⁊ non fieret subito
⁊ non cito recederet. ⁊ est sensus: ꝙ non fieret separabilis
in dispositione ⁊ subito. Fit igitur a frigiditate exterioꝛi
ipsius aeris vel a frigiditate humoꝛis qui humoꝛ plus le/
dit sua frigiditate q̄ȝ sua quãtitate: sicut loquit̄ etiam de
colerica Haly 3ª particula tegni. Similiter apoplexia est
duplex. vera ⁊ nõ vera. Uera est ex opilatione omniũ vē
triculoꝛum cerebꝛi que solũ fit a mã. Non vera fit a sola
clausione vel constrictione neruoꝛuȝ ⁊ ventriculoꝝ. ⁊ fit
hec a frigiditate sine materia: que friditas coartat ⁊ clau
dit ⁊ stringit. Uel potest dici opilatio duplex. pꝛopꝛie di
cta: ⁊ impꝛopꝛie vel extensiue. P̄ma est soluȝ a materia.
2ª est a siccitate coꝛrugante vel coartante: vt loquitur
Haly in tegni. ⁊ a frigiditate claudente vel ab humidita/
te remolliente partē membꝛi que cadit super aliam. ⁊ ita
obturat quodãmodo. ⁊ a caliditate cõburente ⁊ cõsumē/
te vt in coꝛrigia posita ad igneȝ. vel si apoplexia fieri pos/
set a sola frigiditate sine mã: non tñ epilepsia: qꝛ epilepsia
subito venit ⁊ subito recedit. non sic apoplexia. ¶ Per
h̄ ad argumenta. ad illud de caliditate sola. dico ꝙ non

fiet a radio solis tanq̄ a causa sufficiēte: sz tanq̄ a causa excitante vel stimulante. ¶ Unde nota ꝙ qn̄ dicit̄ ꝙ fit a sola qualitate sine materia. dico ꝙ hoc pōt dupliciter itelligi. vel qꝛ fit a materia pauca. vel si a multa: nō tamē peccat rōne q̄ntitatis sz qualitatis. ¶ Ad aliud dico ꝙ vera epilepsia est spasmus de repletione nō de inanitione: nec est in omni epilepsia spasmus. dicit Serapio in p̊. Et ideo dico ꝙ spasmus est duplex. manifestus ⁊ imanifestus: qa materia est aliquando ita subtilis ꝙ spasmus nō multuz apparet. vnde paroxismus ille est spasm⁹: vt dixi p̄us. Et aliquādo est paroxismus longus ⁊ fortis quādo materia est grossa aliq̄liter ⁊ multa ⁊ virtus non fortis. Aliquādo ꝑoxismus est breuis sic̄ aliquādo vidi ꝙ nō opz nisi ꝙ appodiet se patiēs ad parietē. vel ꝙ sederet ⁊ teneret partez an̄riorē capitis sui cū manu sua: ⁊ ꝙ fricaret faciē. ⁊ aliqn̄ oportebat ꝙ nō appodiaret se: sz veniebat perturbatio in capite ⁊ caligo in oculis ⁊ patiens illic stetit ⁊ dixit orōnē dominicā ⁊ expuebat semel ⁊ transiuit totum paroxismū ⁊ frequenter in die. Aliquādo veniebat: sicut vidi de vno monacho: in prandio ⁊ cena frequenter ⁊ quasi non curauit: nec percipiunt illud extranei nisi raro.

**Cause** extrinsece. Redeo igitur ad causas epilepsie que sunt multe. adiuuantes: ⁊ excitātes seu stimulantes seu a tota spē operantes. Adiuuātes sunt sicut ventus meridionalis seu australis ⁊ septētrionalis qn̄ veniunt post meridionalē. ⁊ omne illd̄ qd̄ subito: ⁊ velociter calefac̄ caput: sicut lōga mora in sole vel balneo aut iuxta ignem aut frigiditas nimia: multitudo cibi ⁊ potus crapula ⁊ ebrietas satietas nauseatiua vomitus ⁊ multitudo ciboꝝ fumosoꝝ sicut sunt allia cepe porri ⁊ fructus aquosi ⁊ ventosi ⁊ poma ficus ⁊ silia. Uniuersal'r malitia regiminis: qꝛ illa egritudo non ꝓuenit vtpl'm nisi ex mala dieta in illis qui habent caput debile a nā. s. a p̄ma etate. s. a prima generatione. ibi cā modica sufficit ad inducendū istū morbuz: in alys nō: nisi cā fortis sit valde. Simil'r motus magnus super cibū ⁊ equitatio magna post cibū statim ⁊ somnus meridianus ventre repleto statim. sil'r videre illa frequēter que in giruz vertunt̄. ¶ Cause stimulantes sunt. s. esse in altis locis ⁊ respicere deorsuz ⁊ moueri in girum sic̄ pueri ludunt. deinde respicere rotas molendini ⁊ aspectus reruz terribiliuz sic̄ fulgoris. ⁊ sonus magnus sicut sonitus campane qn̄ homo est in campanili diu iuxta eas. ⁊ sonitus timpani magni ⁊ timor subitus ⁊ magnus. Sil'r sol ⁊ luna sunt stimulantes. ¶ Un̄ aliqn̄ iste morb⁹ seruat periodos. aliqn̄ non. aliquādo sequit̄ motuz lune. ⁊ tunc venit aliqn̄ in p̄ma quadra sic̄ in pueris qui sunt calidi ⁊ humidi. Aliqn̄ venit in scd̄a quadra sicut iuuenibus qui sunt magis calidi ⁊ sicci sic̄ in illa quadra: qn̄ tn̄ apparet humidior ꝓpter rarefactionē nimiā: tn̄ in re ē siccior. Aliqn̄ venit in 3ª quadra statiz post pleniluniū sicut in senibus a senectute qui sunt frigidiores ⁊ sicciores alys: sic̄ ⁊ in illa quadra: qꝛ ꝯtinens mutat cōtentū ad suū cursum dicit philaretus. Aliqn̄ venit in 4ª quadra q̄ est frigidior ⁊ humidior sic̄ in flegmaticis ⁊ mulieribus ⁊ senibus a senio: qui sunt humidiores accidētaliter alys etatibus. Aliquādo transeunt duas lunationes vel tres vel plures sz bonitatem regiminis ⁊ habilitatez patientis. ¶ Cause a tota specie operantes sunt multe sicut vinū potatio vini. ⁊ imaginari casum corā populo. ⁊ si capra excorietur ⁊ immediate aliquis nudus induit pellem illam efficietur epilepticus. ⁊ si suffumiget̄ cuz cornibus ⁊ vnguib⁹ eius. Idē est de galbano ⁊ apio ⁊ myrrha. ⁊ maxime semen ⁊ herba apy nō radix. Sil'r sperma corruptuz ⁊ menstrua diu retenta ⁊ corrupta a tota specie inducunt epilepsiam ꝓpter vaporē venenosum eoꝝ qn̄ vadit materia ad caput. ⁊ sincopim quando vadit cor. Et aliqn̄ est morbus cōpositus de sincopi ⁊ epilepsia sicut in prefocatiōe matricis ex retentione spermatis cōsueti exire: vt in viduis iuuenibus nō vtentib⁹ coitu. Aliqn̄ venit ꝓpter vterū. s. a gnōne que est hereditarius morb⁹ aptitudinal'r ⁊ specifice. ⁊ iō cōtingit pueris ꝓpter lac nutricis epileptice. ⁊ ꝓpter potationē vini fortis vaporosi ab īfante vel nutrice vel matrice nutriente. Aliqn̄ venit ꝓpter reptilia venenosa mittētia fumū venenosuz ad caput: qꝛ materia hui⁹ morbi est venenosa. Aliquādo coitus frequens cū tineosa vel epileptica de causa priuata inducit istum morbum: sed simil'r cū mēstruata anhelitū fetidum habente. Et fumus candele extincte est causa hui⁹ morbi a tota specie. Et maxime odor arboris portantis nuces magnas ⁊ similia. sil'r odor lacunarum ⁊ odores mali homini nō cōsueto.

**Signa.** Signa huius morbi sunt multa: qꝛ quedā significant epilepsiaz ⁊ denunciant eam ⁊ sunt signa ꝓnostica: quedā sunt humoris peccantis: quedā sūt signa partis patientis. ¶ Signa que predicāt eā sunt ariditas venarū q̄ sunt sub lingua ⁊ citrinitas lingue vergēs ad albedinē incubus sepe veniēs siue epilates qd̄ idē est. Scotomia ⁊ vertigo ⁊ somnia grauia ⁊ ꝓfunda ⁊ cuz falsis fantasmatib⁹ ⁊ timorosis predicant epilepsiā futuraz. Sil'r cum loqtur secuz solus ⁊ est grauitas in capite ⁊ irascitur ⁊ accidit inflatio in ventre aut obliuio aut coartatio in radice lingue ⁊ dolor nimius capitis ⁊ obscuritas visus ⁊ grauitas in motu ⁊ stridor dentiū in somno. Ista oīa ꝑdicant epilepsiaz. ¶ Signa humoris peccātis sunt. Si sit de mel'ia nāli vrina est alba in colore tenuis in substantia cū circulo plūbei coloris vel viridis vel liuidi. ⁊ erunt ista accidentia timor ⁊ solus secum loquitur pauor in tenebris. ⁊ diligit aliquando mortem: aliquando odit ipsaz ⁊ timet eam. ⁊ precessit passio melācolica ⁊ cadit in terrā. ⁊ torquetur ⁊ mouetur inordinate ⁊ intellectum amittit. ⁊ spuma exit ab ore ꝓpter inordinationem ⁊ violentiam motus anhelitus ⁊ motus pedum ⁊ manuuz est agitatus ⁊ inordinatus: nisi esset epilepsia parua ⁊ modica: sed spuma erit in illo casu modica ⁊ liuens. ⁊ facies vergit ad liuorem ⁊ nigredinem. ⁊ humiditates sunt pauce in oculis et in alys partibus. ⁊ post paroxismum apparet ꝙ ipse melancolicus est ⁊ timidus ⁊ cuz quadam desipientia. ⁊ tempus est autumnale ⁊ precessit dieta multiplicatiua melancolie. Et si ista melācolia est causata ex adustione sanguinis: tunc post paroxismum patiens est cum risu quodam: quia assimilatur stoliditati infantuli. Et si fuerit de colera adusta assimilatur manie lupine. Et si ex flegmate salso adusto est cum quadam quiete. Et si melancolia naturalis aduritur: est cū tristicia ⁊ sollicitudine ⁊ aspectu terribili. Et nota ꝙ epilepticus lunaticus demoniacus quodammodo sunt similes: vt dicit Constantinus 9º practice sue. capl'o 5º de epilepsia. Et ideo ad probandum vtruz cadens in terrā sit lunaticus vel epilepticus fiat hoc experimentuz. dicat hoc nomē in aure suspecti. Recede demō vel exi quia effimolei tibi precipiunt. Si sit lunaticus vel sit demoniacus efficitur statim quasi mortuus ꝑpe vnaz horam. ⁊ eo surgente interroga eum de quacūq̄ re volueris dicet tibi. ⁊ si nō ceciderit audito h̄ nomine scias ipm epilepticum esse. ¶ Signa quando humor peccans est flegma salsum: sunt: quia spuma est alba ⁊ grossa viscosa multa. ⁊ paroxismus est prolixus cum agitatione multa. Et post paroxismū cōsiderandū est si patiens sit flegmaticus. ⁊ si vixerit in ocio ⁊ quiete. ⁊ repleuerit se cibis flegmaticis sicut piscibus fructibus lacticinys ⁊ inordinate ⁊ gulose vixerit. ⁊ est pinguis ⁊ replete habitudinis. ⁊ si vrina est remissa cum quadam residentia ad modum

vitri liquefacti:qđ est ꝯtentū trumbosuꝫ:q̄si humoꝛ cru-
dus in fundo:⁊ est circulus aquosus ⁊ tremulus:⁊ sit tem
pus hyemis ⁊ est humiduꝫ ⁊ etas humida.⁊ res non natu
turales alie ꝯcoꝛdant sicut ꝙ est somnolentus vel vtens
arte frigida ⁊ humida:tunc istis oībus ꝯcurrentibus mā̄
est flegmatica.Et si ista sunt remissa:tūc est flegma salsuꝫ
ſꝫ vꝛina est plus tincta ⁊ magis tenuis.¶ Signa aūt ma-
terie sanguinee sūt si in ꝑoxismo vergit spuma ad citrini-
tatem ⁊ facies est ru.⁊ post paroxismū apparēt signa san-
guinis ⁊ rubedo venarū que sūt in oculis.⁊ ipse est sangui
neus.⁊ vsus est regimine multiplicāte sanguinē sic̄ carni-
bus bonis ⁊ vino ⁊ ouis mollib⁹⁊ sil'ib⁹.⁊ vꝛina vergit ad
ruboꝛē ⁊ spissitudinem ⁊ tempus est vernale:tunc videt̄
ꝙ materia sit sanguinea.Et si ex ebullitione ⁊ motu facit
istum moꝛbuꝫ ⁊ nō ex q̄ꝫtitate:tunc non est ibi pꝛefocatio
nec stoliditas nec grauitas nec multitudo sputi sic̄ cū est
de flegmate.Et si sanguis rōne multitudinis ⁊ quātitatis
faciat istuꝫ moꝛbū:tūc est inflatio in venis gutturis ⁊ pꝛe-
cedit ⁊ cōcomitatur q̄si pꝛefocatio. ¶ Signa materie co
lerice sūt paroxismi bꝛeuitas ⁊ leuitas ⁊ spuma vergit ad
citrinitatē ⁊ tenuitatem.⁊ sil'r post ꝑoxismū apparet cole
ricus in ꝯpl'one:est facies irascibilis q̄si amens ⁊ maniac⁹
vel furiosus.⁊ tempus estiuū ⁊ multiplicat regimen cole
re multiplicatiuū:sic̄ assa frixa ⁊ sil'ia.⁊ vꝛina vergit ad ci
trinitatē ⁊ tenuitatem cū circulo lato igneo aliqualiter.⁊
est ibi motus ⁊ agitatio foꝛtis ⁊ vehemēs ⁊ vomitus ⁊ in-
flatio ⁊ alienatio ⁊ spasmus ⁊ cōtractio modica vel nulla.
Istis apparētib⁹ signū est ꝙ mā̄ sit colerica. ¶ Signa ex
ventositate grossa gnāta in capite sunt vt nō sit grauitas
capitis:ſꝫ est sonitus ⁊ tinnitus ⁊ extēsio ⁊ spasmus leuis.
¶ Signa membꝛi patiētis sunt si cā̄ sit ꝓuata in cerebꝛo:
tunc nō pꝛesentit casuꝫ.⁊ est semꝑ cū doloꝛe capitis ⁊ gra-
uedine ⁊ cū quadā̄ sensuuꝫ perturbatione:nec eger sentit
nocumentū notabile in neruis:nec sentit aliquid eleuari
ad caput:nec in aliqua extremitatū sentit nocumētū:nec
in splene nec in epate.istis sic se hn̄tib⁹ epilepsia est de cā̄
ꝓuata in capite.¶ Et si arguit̄.igit̄ erit cōtinua.doloꝛ ca-
pitis est de cā̄ ꝓuata in capite qui est cōtinuus.Dico ꝙ nō
sequit̄:qꝛ paroxismus epilepsie est a mā̄ in capite nō qua-
litercūqꝫ se hn̄te:ſꝫ ex eius motu ⁊ ex ipsa mota. Sed mā̄
faciens doloꝛē capitis facit ip̄m per sui pn̄tiam:nō per sui
motū nisi per accidens.⁊ iō nō est sil'e. ¶ Signa si fuerit
ab alijs membꝛis:qꝛ pꝛesentit̄ casus in tm̄ ꝙ aliqn̄ abscō-
dunt se ⁊ doloꝛ pꝛecessit in loco vbi est minera hui⁹ mate
rie venenose.Sed si a stōaco sic̄ in analensia:tunc est nau
sea ⁊ doloꝛ stomaci ⁊ tremoꝛ ⁊ cōmotio in ꝓncipio cū iua-
dit epilepsia.i.in ꝑoxismo.⁊ ē tremoꝛ coꝛdis ⁊ doloꝛ capi-
tis foꝛtis maxime an̄ pꝛādiuꝫ.Et alleuiatio paroxismi est
⁊ euacuatio cuꝫ vomitu.⁊ conuenit vomitus in ꝓncipio ⁊
habet eructuationes fetidas maxime post nauseatiuā sa
tietatem.⁊ hꝫ periodos frequēter cū stomacus est plenus
humoꝛibus coꝛruptis.⁊ humoꝛ flegmaticus facit hoc sua
multitudine. Et si col'a misceat̄:tūc est sitis inflāmatio ⁊
inoꝛdinatio ⁊ adustio.Et si fuerit melancolia:tunc est ap-
petitus cibi intensus valde ⁊ sentit gustuꝫ acetosuꝫ ⁊ sunt
cogitationes.⁊ q̄si secū loquit̄:lꝫ flegma dominet̄ ꝼm gd
nō simpl'r.Et si mā̄ faciat hoc non rōne multitudinis:sed
ex malitia sua nocet plus eius vacuitas ⁊ cum os stomaci
est vacuuꝫ ⁊ cessat cibo dato cōuenienti. Et si fuerit a mi-
rach:tūc est rugitus acidus ⁊ inflatio circa mirach ⁊ rugi-
tus faciens doloꝛem tarde quietis. Et si accidit cū vacui-
tate:tunc est cū duritie ventris ⁊ alleuiatur cum leuitate
nature.Et quādo excitatur apud assumptionē cibi pauci
non quiescens nisi apud digōnē.deinde redit post assum-
ptionem cibi ⁊ aliqn̄ sentitur doloꝛ inter spatulas.⁊ maxi
me si mirach extendatur versus superioꝛa.⁊ variatur ꝼm
variationeꝫ materie colerice vel melancole vel alterius
vt dixi ꝓus de signis materierū. Si fuerit ab epate est cū
grauitate in parte dextra versus ipocundriū.⁊ est vtpluri
mū tunc sanguinea ꝓpter retentionē eius qđ solebat eua
cuari ex matrice ⁊ venis.¶ Signa splenetice sūt:qꝛ egri-
tudo est melācolica ⁊ est doloꝛ in latere sinistro v̄sus ipo-
cundrium:⁊ est inflatio splenis ⁊ durities cū rugitu in la-
tere illo.Si materia sit in renib⁹:tunc polluit se in ꝑoxis-
mo.⁊ est in renib⁹ grauitas ⁊ ꝯtenta spermatica in vꝛina.
Si materia sit in vesica mingit in ꝑoxismo ⁊ est punctura
pꝛecedēs in pectine.Si sit in intestinis defedat se totū in
ꝑoxismo:⁊ est toꝛtio in intestinis ꝓcedēs.⁊ doloꝛ quasi co
licus ⁊ aliqn̄ iliacus ꝼm ꝙ materia est in suꝑioꝛib⁹ vel in-
ferioꝛibus itestinis. Quia si in superioꝛibus est iliacus.si
in iferioꝛibus est colicus.⁊ accidit plus cōstipatio in ven-
tre.Sed si in matrice:mēstrua sunt retenta.Et si sit ex re-
tentione seminis:tunc est vidua ⁊ ꝯtinens que nō erat an
te:vel qꝛ vir suus diu nō cognouit eā̄:⁊ ipsa est ociosa ⁊ be
ne reficit̄. Similiter masculus est ꝯtinens mō ⁊ ꝓus non
erat.⁊ est grauitas ⁊ doloꝛ ꝓcedēs in matrice vel in pecti-
ne vel in vtrisqꝫ inguinib⁹⁊ in parte doꝛsi. Si fuerit a pe-
de vel manu vel doꝛso vel pectine.⁊ si sit mā̄ venenosa:ē
ascendens ad caput obtenebꝛans visuꝫ. Et si ab extrinse-
co sit:manifesta est sic̄ a punctura scoꝛpionis aut canis ra
bidi ⁊ similiū.Si ab intrinseco:tūc scitur per doloꝛē ⁊ gra
uedinē in loco. Si sit a vermib⁹ in intestinis:tunc est cur
sus saliue mlt'e ab oꝛe ⁊ masticatio in somno ac si haberet
cibuꝫ in oꝛe ⁊ vermes aliqn̄ exeunt. ¶ Et hic notandum
pꝛo verbo Auic.de signis epilepsie:qꝛ tūc potes cognosce
re subam mel'ie ex vomitu. Nam si est sil'is feci vini:tunc
est mel'ia adusta.si tm̄ est similis feci sanguis est mel'ia na
turalis.cū tm̄ mel'ia nālis similis sit feci vini:vt dic̄ Haly
3ª ꝑticula tegni.in cōmento illius. Quos neqꝫ glutinosos
esse opꝫ.Et 6ª ꝑticula affo.cōmento 53º.in cōmento illius:
Desipientie cū risu.dicit.ꝙ quedā̄ colera nigra est de itē-
tione colere rubee que ceteris mel'icis passiōib⁹ est peioꝛ.
⁊ feci sāguis assimilat̄.Dico ꝙ ꝓpter hoc ꝙ mel'ia assimi-
latur feci vini puri odoꝛiferi.⁊ ip̄a est fex nālis sanguinis.
sed mel'ia adusta est fex sanguis adusti vel in aduri ⁊ assi-
milat̄ feci vini coꝛrupti vel putridi vel acetosi. ¶ Jō di-
co ꝙ Haly assimilat nō in coloꝛe ⁊ substātia mel'iam feci
vini:ſꝫ assimilauit gnōnem humoꝝ gnōni specierū ⁊ par-
tiū vini. ¶ Ad Gal.6ª particula affo.dico ꝙ littera est ibi
falsa ⁊ defectiua cōiter ⁊ debet suppleri sic: Quedā̄ colera
nigra est de intentione colere rubee q̄ ceteris mel'icis pas
sionib⁹ est peioꝛ.⁊ quedā̄ est de melācolia nāli que assimi
latur identitati feci sanguinis. Uel sic. Quedā̄ est de adu
stione sanguinis grossi:que feci sanguinis boni assimilat̄
in coloꝛe ⁊ substantia:⁊ tunc est littera vera.Et de illo tan
git Gal.s.4ª ꝑticula affo.cōmēto 21º.in cōmēto illius.Ege
stiones nigre vel quasi sanguinis ⁊c̄.

**Pronostica.** Pꝛonosticatio est Hypp.scđa par-
ticula affo.quasi in pꝛincipio.Epile-
psie quibus ante iuuentutem nascuntur immutationem
habent.quicunqꝫ vero.xxv.annoꝛum plurimum moꝛiun
tur. ¶ Jtē si mulieri pꝛegnanti venerit epilepsia fetu eua
cuato soluitur. ¶ Jtē si paroxismus epilepsie longus fue
rit ⁊ grauis ⁊ non recoꝛdatur patiēs neqꝫ verecundatur:
signuꝫ est difficilis curationis aut foꝛte ipossibilis. ¶ Sꝫ
si paroxismus fuerit leuis ⁊ bꝛeuis ⁊ post paroxismuꝫ re-
coꝛdatur:signū est ꝙ curari potest.tm̄ omnis epilepsia cū
difficultate eradicat̄. ¶ Jteꝫ si in capite superuenit moꝛ-
phea alba:signū est curatiōis. ¶ Jteꝫ si ifans traxerit ali
gd de epiª ab vtero ⁊ p⁹ euomuerit ⁊ se purgauerit ⁊ sup-

fluitates multas ⁊ aquosas expulerit: signum est liberationis. si vero nõ: non. ¶ Similiter quãdo aliquis est generatus tempore menstruorum: aut ex imundis spermatibus: aut parẽtes sunt epileptici: deinde genitus incurrit epilepsiam: talis non videt̃ curabilis: q2 postq̃ est ab vtero ⁊ ex ita malis causis iaz habituata est mala complexio ⁊ adequata. ¶ Item si aliquis fuerit epilepticus a pueritia ⁊ durauerit vsq3 ad 25m annuz vel 27m de causa priuata cerebri nunq̃ curabitur beneficio etatis: q2 etates sequentes sunt frigidiores. ⁊ virtus in eis est debilior: ⁊ egritudo videtur quasi habituata. ¶ Si paroxismi epilepsie frequenter veniunt ⁊ in sene potissimũ periculuz est mortis. ¶ Item de appoplexia potes pronosticari cum Hyp. scd̃a particula affo. Soluere appoplexiam fortem impossibile: debilem vero nõ facile. Cuius oppositũ ponit Gal. 6a particula affo. in cõmẽto affforismi. 51. Appoplexia maior īterficit nisi febris superueniat. Et dicit q᷑ stertere ante signum digestionis est signuz maioris appoplexie que est incurabilis: q2 infra. 9. dies interficit: vt dicitur 4a particula affo. in cõmento illius. Medicari in valde acutis. Sed stertere post signa digestionis non est signum maioris sed minoris que est curabilis: l3 cuz difficultate: ⁊ cura permutatiua que permutatur vt cõmuniter in paralesiz. ¶ Item appoplexia maxime fit etatib9 a. 40. annis vsq3 ad. 60. de melancolia: vt dicit̃ 6a particula affo. affori. 57°. ¶ Notandũ q᷑ tres sunt species appoplexie. s. maior. minor: ⁊ media: que distinguuntur penes materiaz ⁊ penes afflictionem. Penes materiam sic. quãdo omnes ventriculi cerebri tam principales q̃ non principales ⁊ meatus replentur omnino ⁊ totaliter: tunc est maior appoplexia. Sed quando non replentur omnes: sed cuz quadam grauitate: tunc est media. Sed si repletio fiat q̃si vsq3 ad medium: tunc est minor. ¶ Ex parte accidentiuz sic. quoniã quando suspirat cũ magna difficultate ⁊ spuma est in ore ⁊ vox sicut strangulatoruz ⁊ inordinatus anhelitus: tunc est maior. Tamen si esset sine omni anhelitu ⁊ voce ⁊ spuma motu ⁊ sensu: tunc esset deterius. In scd̃a autez specie est suspirium ⁊ difficultas ⁊ inordinatio: nisi q᷑ aliquãdo quiescit. In tertia est suspiriũ: sed non est inordinatio nec spuma nec vox strangulatoruz. ¶ Si igitur vis scire pro certo quãdo est aliquis appopleticus: tunc cõsidera quãdo vides patientem sine sensu ⁊ motu: ⁊ sic dormientem somno graui ⁊ pfundo sicut ē somnus qui vocat̃ subeth. ⁊ stertit: tunc voca eum pprio nomine. ⁊ alta voce. ⁊ trahe euz per capillos. ⁊ dupla digitos eius eos constringendo fortiter. ⁊ punge cum acu vel stilo. si non respondet: tunc apopleticus est potissime si subito venit ⁊ cum alta voce. ⁊ tunc iacet quasi mortuus per. vij. horas. viuens tamen. nec illud debet sepeliri. Ideo vt sciatur an viuat vel non fiant tria experimẽta. p° capiatur lana carminata vel cotum ⁊ ponatur ad nares. ⁊ si videatur lana moueri per introitum aeris ⁊ exitum tunc viuit. si non: non. 2° capiantur vasa plena aqua sc3 cyphus ⁊ ponatur super stomacũ: ⁊ si anhelitus esset omnino amputatus vas nõ mouetur. ⁊ fit in loco qui nõ sit mobilis cũ homines ambulant ibi. Ista duo ponit Gal. 6a particula īteriorũ. 4°. tractatu. ca°. de prefocatione matricis. 3m ego addo. s. capiatur vnum speculuz politum nouum ⁊ ponatur super os vel super nares. ⁊ si viuet patiẽs speculũ inficietur. ⁊ si non nõ. ¶ Nota vlterius q᷑ appoplexia differt a somno graui qui dr̃ subeth. ⁊ differt a litargia ⁊ a sincopi. A p̃mis duob9 differt q2 ista fiũt paulatine: sed appoplexia fit subito. Simil'r in appoplexia nulla est excitatio nec responsio: in alijs saltē cuz violentia. Differt a sincopi cordis: quia in appoplexia facies assimilatur faciei viuorum. ⁊ in sincopi assimilatur faciei mortuoꝝ. Simil'r sincopis stomaci ⁊ matricis sunt periodicales: sed cum venerit a cerebro non. ¶ Dubitatio est magna an appoplexia vel epilepsia sit spasmus: q2 tunc ibi esset cõtractio ſm Constantinũ in 9°. de diffinitione spasmi. ꝯsequens est falsum: quia tunc quanto diutius moraretur: tanto maior fieret ꝯtractio. ergo nunq̃ finiretur in paralesim. Simil'r causa qua appoplexia terminat̃ in paralesim est ⁊ in epilesia: q2 non differunt nisi ſm magis ⁊ minus. ¶ Itez appoplexia est mollificatio toti9 corporis. 5°. de morbo. quasi in p̃ncipio. ergo ē paralesis. ergo non est spasmus. Et cõfirmatur p̃mũ per argumentũ Galieni 4°. īterioꝝ. c°. 2°. Appoplexia minime corpus in mollitiem ducens. ¶ Item tunc in spasmo priuaretur sensus ⁊ motus sicut in epilepsia. ꝯñs falsum: q2 spasmus est motus inuoluntarius voluntaria obtinens loca dicit̃ 5° affo. quasi in p̃ncipio. ¶ Oppositum vult Auic. 3°. cañ. fen p̃a. tractatu 5°. ⁊ Gal. 5°. interioꝝ. c°. 2°. ⁊ alij auctores. ¶ Dico q᷑ epilepsia mãlis non est spasmus: sed formal'r accipiendo pro paroxismo est spasmus: vt dicebatur p̃us: nec illa terminatur in paralesim proprie sed prima: nec spasmus est in appoplexia: quia non conuertitur ibi materia in vẽtositatem sicut in epilepsia. ⁊ q2 appoplexia est cum a cunctis neruis aufertur sensus ⁊ motus dicitur 3°. interioruz. cap°. vltimo. ideo est mollities. ¶ Pro quo est sciendum q᷑ mollities pprie est ablatio motus: ⁊ improprie est ablatio sensus. Et quia in epilepsia est pprie ablatio sensus: ⁊ propter opilationez in neruis sensitiuis talis epilepsia nõ terminatur in paralesim vel in mollitiem: quia non transit materia de neruis sensitiuis ad motiuos cuz epilepsia non est tetanus: sed est anterior magis: quia Auicē. ponit q᷑ p̃mo ledit̃ visus ibi vnde est spasmus vniuersalis partibus anterioribus: nõ posterioribus nisi raro. ¶ Ad primum argumentum dico q᷑ quanto diutius durat in augmento paroxismus epilepsie est maior contractio. sed nõ in declinatione: quia tunc incipit prolongari. vnde simul sunt elongatum esse ⁊ contractum esse in fieri: nec est motus de natura spasmi qui est morbus: l3 antecedat vel sequatur. Unde spasmus vno modo accipitur pro qualitate quando contrahuntur membra versus originem. Alio modo pro motu qui contrahit. p̃mo modo est morbus. 2°. modo non: sed accidens morbi. ¶ Ad 2m dico q᷑ epilepsia ⁊ appoplesia non differũt materialiter nisi ſm magis ⁊ minus. Formaliter tamen ⁊ ſm paroxismum differunt: vt dixi in p̃ncipio. ¶ Ad tertiũ dico q᷑ mollities accipitur vno modo pro impedimento motus tantum. aliquando pro vtroq3. ⁊ epilepsia est mollities totius corporis. i. priuatio sensus ⁊ motus naturalis in toto corpore. ⁊ cum hoc stat q᷑ sit ibi motus materialis. ¶ Ad aliud cuz dicitur epilepsia ducit corpus in mollitiem. verum est de epilepsia formali: nisi alius morbus cõiungat̃ illi. ¶ Per hoc ad aliud l3 priuetur ibi motus naturalis. cum hoc tñ stat q᷑ sit motus inaturalis ⁊ inuoluntarius.

**Cura.** Cura epilepsie est sex res. p̃ma corrigit accidẽtia ⁊ paroxismum ⁊ talia: quia illa superant suã causam. Secunda ponit regimen in vita. Tertia digerit materiam. Quarta euacuat eam. Quinta ponit cõuersionem residue materie ad partes diuersas ⁊ per oppositas. Sexta rectificat cerebrũ ⁊ mẽbꝝ mandans si qđ est tale. ¶ Primam rem multa faciunt sc3 paroxismum quando est: ⁊ tardant eũ quãdo nõ est ⁊ alleuiant vel abbreuiant. ⁊ sunt h9 emperica ⁊ alia multa: vt videbit̃. Cum ceciderit accipiatur rutha siluatica ⁊ siluestris quod idē est vel agrestis ⁊ cõteratur ⁊ ponatur intra nares ⁊ surget statiz. ¶ Item quia rutha non semper habetur recens desiccetur ⁊ puluis ei9 ponat̃ in nares ⁊ stati soluit̃ paroxismus.

Et si habeatur recens rutha domestica succus inyciatur
⁊ idem operaẽ. ⸿ Item capiatur spica nardi sicut est: vel
eius puluis: ⁊ ponatur intra nares: ⁊ statiꝫ patiens reuiui-
scit vt frequenter vidi. ⸿ Item ponatur balsamus intra
nares ⁊ statim surget. ⁊ detur balsamus cū electuario pli-
ris. ⁊ inter omnia plus valet vt expertus sum in quodam
comite ⁊ in quodam abbate. ⸿ Deinde statim post paro-
xismuꝫ detur sibi. ʒ. i. sanguis sui extracti de spatulis suis.
vel gutte quatuor cuꝫ ouo sorbili corui. quia tunc ipso stu
pido caperet qcqd homo sibi daret. vnde oua corui opti-
ma sunt eis. ⸿ Deinde diebus singulis si sit diues dabis
vesicam apri cuꝫ tota vrina desiccatam in furno: ad quā-
titatem fabe cuꝫ oximelle simplici vel squillitico. hoc est
expertum. Si non sit diues detur peonia femē ⁊ radix ad
pondus. ʒ. ij. vel. iij. cum decoctione ysopi: vel idromelle:
vel oximelle: ⁊ semen illud sumatur quottidie cuꝫ melle
roẽ. ⁊ sanat. vnde semen peonie valet in cibis patientis
⁊ potibus. ⁊ positum supra carbones ⁊ odoratuꝫ. ⁊ puluis
eius in naribus positus. ⁊ semen circa collum similiter su
spensum. ⁊ radix eodeꝫ modo: quia quocūqꝫ modo suma-
tur valet. ⸿ In paroxismo fricentur pedes cuꝫ sale ⁊ ace
to. ⁊ caput eleuetur ⁊ spuma ab ore tergaẽ. ⁊ si non habea-
tur aliud: vinum modicuꝫ intra ponatur vel saluia vel au
ricula muris distemperata cuꝫ ceruisia vel idromelle: vł
oximelle ⁊ bibatur ⁊ est medicina. ⸿ Iteꝫ accipiatur cu-
culus ⁊ ponatur in furno post extractionē panis. ⁊ stet ibi
tantū ꝙ possit pulueriçari: non tamen aduratur. ⁊ puluis
eius naribus insuffletur patientis in paroxismo ⁊ surgere
facit a proprietate. ⁊ post paroxismuꝫ ⁊ ante detur puluis
in cibis ⁊ potibus ⁊ valet optime. Et quidam portant ca-
put cuculi circa collum suum ⁊ preseruat a casu. ⁊ ad mi-
nus alleuiat multū ⁊ retardat: sicut ego expertus sum de
multis pueris qui non possunt accipere medicinaꝫ. Et cā
est quare valet: quia habet quolibet mense epilepsiā ipse
cuculus. ⁊ ideo dicunt aliqui ꝙ ꝓprietas sua est curare ab
illa: quia trahit materiam ad se sicut reubarbaruꝫ trahit
coleram. ⸿ Ideꝫ dico de visco quercino quē vocat Aui.
capº. de corallo. lignum crucis. pulueriçetur ⁊ ponatur in-
tra nares in paroxismo ⁊ surget statiꝫ: ⁊ portetur circa col
lum ⁊ preseruat ⁊ alleuiat. ⁊ ponatur in cibis ⁊ potibus et
cum electuario pliris ⁊ curat a proprietate. ⸿ Item pul-
uis sileris montani ponatur intra nares. ⁊ in casu facit re-
surgere. ⁊ semen detur omni tempore. ⸿ Et qꝛ multi pue
ri ⁊ aly qui nō possunt vti medicinis vexantur epilepsia:
fiat experimentum quod ponit Constantinus 5º practice
sue. capº. de epilepsia. ⁊ Gualterius in practica sua. ⁊ Ber-
nardus ⁊ Gilbertus ⁊ omnes. Et ego inueni illud verum
siue sit demoniacꝰ siue lunaticus siue epilepticus. Si pa-
trem habet ⁊ matrem ducat eum ad ecclesiam facto ieiu
nio trium dieruꝫ a parentibus ⁊ a patiente: si sit tante eta
tis ꝙ sit compos sui: ⁊ cōfiteantur. deinde vadant die ve-
neris in ieiunio quattuor temporuꝫ ⁊ audiant missam de
die. ⁊ similiter in die sabbati die dominica sequenti sacer
dos bonus religiosus legat supra caput patientis in eccle
sia euangeliuꝫ quod legitur in septembri tempore vinde-
tio eius. Tertia conuersio residui eius ad oppositum et
diuersum. Quarta corrigit accidentia.

¶ Prima res cōplet̄ cū rebus materiā morbi digerētibꝰ
⁊ maturantibꝰ. Fiat igit̄ sirupus digestiuꝰ. ℞. seminis fe
niculi petro. dauci anisi saluie origani lauādule primule
veris betonice sileris montani sticados sanamūde abro
tani iuniperi. an̄. M. i. zinzib. piretri costi nigelle piperis
nigri ⁊ lōgi ozimi rute sicce basiliconis maiorane aristo.
rotun. bacce lauri sinapis gentiane. an̄. ʒ. ij. pistentur ⁊ co
quantur ⁊ colent̄ ⁊ fiat sirupus cum melle: qd̄ sufficit vel
lib. ij. mellis si vis: vel cum lib. i. si patiens sit robustus et
rudis. tamē si patiens sit delicatus ponat̄ minus de abro
tano. ⁊ si vis adde acetum squilliticum. ⁊ voco istum siru
pum de sanamunda. Uel sic. ℞. zinzib. piretri costi nigel
le piperis longi ⁊ nigri ozimi. an̄. ℥. i. myrre rute sicce asse
fetide aristo. rotunde bacce lauri castorei tapsie sinapis
gentiane. ana. ℥. s. confice cum melle. confert enim valde
in paralesi flegmatica que est frequentior ⁊ cōmunior. et
est sirupus Rasis 9°. Alman. ¶ Itez sirupus de sticados
confert ad omnes egritudines neruorū frigidas sicut est
paralesis apoplexia epilepsia tremor spasmus tortura s̄z
Mesue in antidotario suo. ℞. florum sticados. quar. i. s.
thimi vel asse: qd̄ idez est: calamenti origani. ana. ℥. i. zin
zib. ʒ. ij. piperis. ʒ. iij. passularuz enucleatarum. quar. i. ca
lami aromatici croci piperis nigri. an̄. ʒ. i. s. liga istas me
dicinas vltimas in pāno raro ⁊ suspende in sirupo. zucca
ri lib. s. mellis lib. i. s. sirupizetur. dosis eius est ab. ℥. i. vs
ꝗ ad. ℥. i. s. cum aqua decoctionis spice ⁊ anthos vel ma
iorane vel saluie. Uel fiat bonum mellicratum ex mel
le ⁊ vino ⁊ speciebus ⁊ erit pigmentum. ℞. vini antiqui
boni lib. ij. qd̄ continet lagenam vnam. mellis boni dispu
mati lib. ij. proyce super ea cinamomi boni ⁊ subtilis. ʒ. v.
spice aromatice. ʒ. i. zinzib. ligni alo. macis. an̄. ʒ. iij. vel de
ligno aloes capiatur. ʒ. i. saluie sicce. ʒ. ij. croci. ʒ. i. s. tere cō
tritione grossa: coletur in colatorio denso de panno ⁊ aro
matizetur cuz musci. ʒ. i. ⁊ istud confert frigiditati stoma
ci ⁊ epatis ⁊ eorum mollificationi ⁊ ventositatibus ipocū
driorum et facit odorem eius bonum. ¶ Si materia sit
melancolica: tunc. ℞. radicū raffani lapatij acuti lilij peo
nie. ana. partem vnā. temperentur cum vino ⁊ aceto per
diem ⁊ noctē. ℞. tunc saluie eupatorij camedreos came
piteos calamenti pentafilonis isopi. an̄. M. i. anisi ma
ratri carui peonie. ana. ʒ. i. acori squinanti. ana. ʒ. ij. nucis
musca. cinamomi. ana. ℥. s. fol. boraginis. ℥. i. corticis fraxi
ni ⁊ arboris tremuli. ana. ℥. s. mellis lib. i. decoquant̄ ista
in aqua extinctionis ferri. ⁊ in tempore calido et in etate
iuuentutis posset addi hic scolopendria cum herbis pre
dictis. ⁊ istud voco sirupum rafaninuz. ¶ Si materia sit
sanguinea digeratur cum oxizaccara composita cum oxi
melle diuretico. Et potest dari pliris in omni causa. ⁊ dia
triton pipereon cum dianthos in causa frigida. ⁊ diacasto
reum in tempore frigido ⁊ etate frigida post aliqualem
euacuationem non in principio morbi.

¶ Secūda res particularis regiminis ꝯpletur cū euacuā
tibus. tamē in p̄ncipio nō fiat euacuatio cū fortibus me
dicinis ne virtus deficiat: ⁊ ne subtile euacuaret ⁊ grossū
non. ¶ Fiat igit̄ in p̄ncipio clistere mollitiuum si sit con
stipatio ventris. Deinde fiat attractiuum ꝓprium in pa
ralesi. ℞. centauree vtriusq̄ malue mercurialis abrota
ni vtriusq̄ rute. ana. M. i. succi blete lib. s. fiat decoctio ⁊
in decoctione resoluantur olei cōmunis. ℥. iij. salis furfu
ris. ana. ℥. i. hyerepigre gal. hyeralogodion. an̄. ℥. s. miscea
tur ⁊ colentur ⁊ fiat clistere vsq̄ ad lib. s. Deinde potest
digeri iterato ⁊ sic incisim. Deinde euacuet̄ materia cum
agar. turbit hiera pigra. ⁊ ħ sine violentia. Uel sic. ℞. hie
re pigre pillularum cochiarum. an̄. ʒ. ij. acuantur cuz dia
gridio ad pondus oboli. i. ⁊ cū esula ad pondus denarij. i.
dentur in vespere s̄m vires patientis. Aut si vis dare le
uem medicinam. ℞. turbith agarici. ana. ʒ. ij. pulpe collo
qntide. ʒ. i. sene polipodij. an̄. M. i. vel. s. anisi masti. bde
lij. ana. ℥. i. fiat sirupus cum melle ⁊ dētur de tertio in ter
tium duo coclearia cum aqua calida plus vel minus s̄m
virtutem patientis. ¶ Item dare pillularum cochiaruz
. ʒ. i. s. est expertum si sepe hoc fiat. ¶ Itez dare aliquan
do aquā decoctionis galli veteris cum polipodio ⁊ aniso
confert. Et dum materia digeritur ⁊ post euacuationem
fiant clisteria talia. ℞. lauandule primule veris menta
stri calamenti iuniperi absint. sinapis sanamunde squille
polipodij malue bismalue mercurialis coque vel cola et
adde pulpam. i. colloquintide. iaceat in oximelle diureti
co ad pondus lib. s. oximellis per. iij. dies post coletur col
loquintida. vt quarta pars ipsius oximellis addatur cli
steri supradicto ⁊ cum oleo costino ⁊ pauco sale. ¶ Unū
tamen notanduz ꝙ ne colloquintida noceat debet suspē
di in panno lineo in decoctione: ita ꝙ virtus ⁊ non substā
tia transeat ad potum: quia substantia est vlceratiua adu
stiua. Et dum vtitur istis euacuantibus: vtatur lauandu
la saluia betonica in potagijs ⁊ salsamentis. quia salsamē
ta debēt esse de petrosilio mentha lauādula piretro auē
tia hortulana zinzib. cinamomo galanga nuce mus. Uel
potest purgari sic. ℞. agarici turbith. ana. ʒ. s. pulpe collo
quintide euforbij. an̄. ℈. s. masticis bdelij salis gēme se
rapini castorei. an̄. ℈. i. hiere ruffini hierelogodion. an̄. ʒ.
i. misceantur cum oximelle squillitico ⁊ dentur. ʒ. iij. vel
iiij. s̄m tolerantiā patientis. ¶ Tamen si materia sit san
guinea fiat flebotomia partibus conuenientibus. Dein
de sumatur oxizaccara ⁊ oximel diureticum. ⁊ tunc pur
getur cum catartico imperiali oxilatro ⁊ hiera pigra gal.

¶ Tamen aliquādo ante ista potest fieri vomitꝰ: postea
clisteria ⁊ leues fricationes ⁊ purgationes cuz semine si
napis raffano ⁊ attriplice. tamen inter euacuationez ⁊ vo
mitum oportet vti confortatiuis: sicut tyriaca metridato
diamusco. ⁊ est confectio de musco dulci cōfortatiuo quā
ponit Mesue in principio antidotarij sui. Et diambra
idem facit etiam quando ponitur ibidem cito post.

¶ Tertia res completur cū gargarismatibꝰ ⁊ masticatio
nibus ⁊ caputpurgijs ⁊ sternutatorijs. Gargarisma caput
purgans fit cum decoctione sinapis piretri radicis cap

paris staphisarie origani acori isopi calamenti cum aceto squillitico. Sternutationes fiunt. ℞. piretri partē .ij. oleandri conditi. ⁊ semen laureole: ⁊ vocatur cōconidiū partes .iij. origani aristol. longe sanguinis draco. ana. partes .iiij. fac puluerem subtilem ⁊ suffla in nares. Et si vis adde predictis maioranam auriculam muris que habet proprietatem in paralesi ſm Serapio.

¶ Quarta res complet cum fricationibus ⁊ vnctionibus emplastris ⁊ balneis. Fricationes fiant in postrema parte capit] leuiter. ⁊ in extremitatibus capitis fortiter. pars posterior capitis fricetur cū radice lilij ⁊ panno aspero ⁊ cum calida manu: ⁊ etiā pars lesa eleuetur ⁊ deprimatur frequenter post purgationē corporis. ¶ Notandum ꝙ appositio medicaminis supra membrū infirmū frequēter est aspicienda. qꝛ aliquando vlceratur ⁊ nimis calefacit: ⁊ tamen non sentit. Et si color est rubeus ⁊ caro inflata ⁊ dum cōprimit dealbatur optimū est. Si autē deprimitur ⁊ non dealbat: sed manet rubedo signum est ꝙ nimis calefit. ⁊ cum h' vlcera appareant: tunc signū est certum. Quare medicamina sunt mutanda. deinde si possit pati fricet locus cum vrtica greca ⁊ cū hedera terrestri que optima est cum vrina. Quia oēs sex res nō nāles debent vergere ad siccitatē. ⁊ ideo assata ⁊ cōdita cū speciebus valent eis. ⁊ carnes humide ⁊ salite. Aliqualiter tñ vsqꝫ ad .vi. dies vtatur dieta tenui. Deinde inungat cum oleo anacardino. Vel si cerebrum leporis assetur. ⁊ tunc centaurea ⁊ cassia lignea ad pondus. ℥.5. cū pauco sulphure puluerizata conficiant cum oleo costino ⁊ adipe lupi ⁊ vulpis ⁊ oxizaccara: ⁊ locus inungat. ⁊ illud est vnguentum leporinū mihi ꝓprium. Vel sic. ℞. origanum calamentum consolidā maiorem saluiam cepā kalendulā .i. solsequiū vel primulā veris. dicit Ha. sanamundā primulam veris rutam herbā paralesis folia lauri hederā terrestrem q̄tum vis scindant in parua frusta ⁊ apponatur h' assungia anserina gattina gatti nigri. ⁊ addat pl'uis piperis nigri euforbij. anā. ℥.5. ⁊ totū ponat in ventre gatti extractis eius visceribus seu interiorib⁹ ipso excoriato. Et tunc suatur venter ⁊ ponatur super veru ⁊ assetur ad ignem. ⁊ cū liquore distillante vngat locus paraleticus bis aut ter in septimana ⁊ miraberis ei⁹ effectū in causa frigida ⁊ vocatur vnguentū gattinū de gatto ⁊ h' est speciale sicut anserinū in gutta frigida: vt dictū fuit in p̄mo ca° de gutta. ¶ Item cū oleo laurino marciaton agrippa arogon vnguento aureo anā. cum modico castorei pōt inungi nuca ⁊ in parte lesa ⁊ in origine neruorū ꝓpinqua. quia habent duplex p̄ncipium. remotum vt cerebrū: propinquum vt nucam ⁊ partes eius: sicut Hal. 3° interiorū ca. 6° ⁊ 4° interiorum. c. 4° innuit. ¶ Item vnguentum muscatū qd̄ ponit Rogerius. c. de paralesi bonū est. sed est magnum ⁊ carum pro diuitibus. Tamē pōt vngi cum oleo nardino vel muscellino cū modico balsami. ⁊ est de meis secretis ⁊ est vnguentū balsami. Et sint in tali proportione ꝙ sint due partes olei nardini ⁊ vna muscellini ʒ.5. balsami. ¶ Hic tamen notandum ꝙ sunt quedā membra paraletica que nō possunt inungi sicut lingua matrix ⁊ nerui vesice ⁊ talia. Et ideo in paralesi lingue est sciendum ꝙ inunctio in nuca multum valet cum oleis predictis ⁊ ꝙ lingua lauet frequēter post gargarismata ⁊ alias cum aqua vite simplici vel composita vel pānus lineus formetur ad modū lingue ⁊ intingat in aqua vite simplici vel composita. ⁊ applicet lingue ⁊ fricetur cum illa aqua lingua ipsa. ⁊ similiter pars posterior cerebri ⁊ membra paraletica. Est enim optima medicina linguā restaurans deperditam .i. loquelā. ⁊ expertus sum in quodam iustiano ⁊ quodā priore ⁊ in alijs. Et debet modicū de illa aqua in declinatione dari cum vino ⁊ in medio purgationis cum brodio vel cum sirupis vel cū electuario pliris. ¶ Pro quo sciendū ꝙ aqua vite simplex fit de vino forti per viam distillationis in alembico cum lignis salicis vel serpentaria. Vel ponatur vas in aqua ⁊ tangatur fundum ⁊ tunc stilletur ne sumetur. ¶ Aqua vite cōposita multiplex fit sicut ⁊ alia. sed de istis. ℞. gar. nucis. mus. galange piperis longi corticū citri saluie maiorane rorismarini ameos cinamomi lauādule mente pulegij origani calamenti sticados camedreos betonice siccarum. anā. ℥.5. spice nardi. ʒ.i. ligni al'. ʒ.5. musci pōdus oboli. fiat puluis de omnibus istis. de quo fiat claretum cū optimo vino. ⁊ distilla per alembicū lento igne vel claro vel in serpentaria. aqua que p̄mo distillauerit ē optima. ardet enī ⁊ valet contra paralesim ⁊ tremorē membrorū. ⁊ cōsumit flegma si bibatur ⁊ odoretur. ⁊ si facies inde lauetur ⁊ fricetur. Et ideo in tortura faciei valet fricando partē ad quā velles aliam reducere. ⁊ valet contra omnes passiones frigidas humani corporis ⁊ confortat iuuentutē. vnde habeas eam certissimā ⁊ secretissimā: sicut expertus sum. ¶ Alia est cōpositio aque vite optima: sed est laboriosior. ℞. cinami cinamōi gar. anā. ʒ.ij.5. zinzib. piperis anā. ʒ.ij. galange cubebe calamenti. ana. ʒ.i. spice nardi. ʒ.i. masticis. ʒ.5. fiat puluis de omnibus. Deinde fiat secūdo puluis. ℞. cinamomi gar. spice nardi zuccari piperis longi. anā. ʒ.5. ligni al'. macis galange zedoarie granorū paradisi liquir. ana. ʒ.5. misceantur ⁊ fiat puluis. Postea. ℞. duas partes de aqua ⁊ radicibus distillati feniculi petro. raffani ebuli nasturcij betonice rute eupatorij ⁊ tertiam partem duorū puluerum. ⁊ incorpora simul totam. ⁊ distilla per sacculum cum manu cōprimendo ⁊ postea pone ad distillandum. Quādo vero distillas proba frequēter si ardet. quādo vero non ardet pone aquā distillatam ad partem in vase vitreo bene obturato. residuum vero aque pone in alio vase. ⁊ caue diligenter ne cū forti igne exprimas distillandam. quia exiret aqua combusta. Postea aquā distillatam accipe ⁊ pones in ea musci. ℈.i. vel 5. in vno pāniculo suspenso per filum. ⁊ obtura bene ⁊ fac eam aliquantulū bullire in vino ⁊ aqua feruenti: quo facto obturabis bene ⁊ seruabis. de dicta aqua sic facta temperet patiens vinum suum de quarto in quartū diem: de aqua vero simplici bibat quottidie mane ⁊ sero vnū coclear vsqꝫ ad annū si oporteat. In die vero quando temperat vinum cum aqua predicta vt dictum est comedat de secūdo puluere cū alijs cibis in prandio: ⁊ in cena de primo puluere: ⁊ cura perficietur in nouem mensibus. s. ipsius paralesis cuiuscunqꝫ exterioris ⁊ interioris cū regimine competenti exteriori. De eadē aqua similiter lapidem quēcunqꝫ induratum ⁊ quātumcūqꝫ in renib⁹ vel in vesica dissoluere poteris. ⁊ passionem iliacam ⁊ colicā curat. ⁊ virtutē quā habet aqua vite simplex habet etiā ista in corpore humano: ⁊ interim debet vti aqua simplici vite: moderate tamē: qꝛ est valde penetratiua. ¶ Itē aquā radicum aliquando aliter facio q̄ꝫ suprascriptū est sic. ℞. radicum feniculi petros. brusci radicum millefol. iringorum endiuie scolopendrie capill'. vene. ana. ℥.iij. tere ⁊ pone in bono vino forti ⁊ distilla in alembico et sint due quarte anglicane que erit lagena anglicana ad min⁹.

¶ De aqua vite simplici multa possū dicere ⁊ vere. sed laici non debent scire secreta ista nec mulieres. Primo sciendum ꝙ dosis aque simplicis vite est a i. vsqꝫ ad ij. valet epilepsie apoplexie bibita ⁊ odorata ⁊ capite inde loto. ⁊ aliquando distemperetur cum tyriaca. ⁊ detur bis vel ter per dies īterpolatos in ieiunio. sanat perfecte paralesim ⁊ valet bibita ⁊ odorata. ⁊ si lesa membra inde

lauentur ꝛ origo neruorum. tardat canos. conseruat in iu-
uentute. valet in doloribus capitis antiquis. ꝛ curat scabiē
si omni die lauetur cum ea scabies. Similiter in tortura
faciei inuncta cum ea facie vel lota curat. Si tamen mo-
dicum de ea bibatur valet similiter melancolie: si dimi-
dium coclear accipiatur quolibet die in mane cum vno
ciato vini odoriferi. Ualet debilitati ꝛ caligini oculorū ꝛ
debilitati visus temporibus ꝛ palpebris ex ea lotis. lachry-
mas stringit telam dissoluit. si cum aqua feniculi in ocu-
lis vna gutta ponatur. Similiter valet in omni gutta fri-
gida bibita ꝛ lenita post debitam purgationē. valet idro-
pisi frigide frequenter bibita. valet etiaz surditati posita
in aure cum bombace. valet etiā dolori dentium ꝛ corro-
sioni gingiuaruz linita ꝛ bibita. valet asmati in omni ma-
litia anhelitus cum decoctione ficuuz ꝛ liquir. anhelituz
fetidum emendat. valet colice ꝛ iliace. ꝛ omni dolori fri-
gido stomaci. ꝛ omni opilationi ex materia frigida. Et bi-
bita similiter quartanam curat cū decoctiōe camedreos
scolopendrie ꝛ melonis ꝛ ante accessionez data sanat eā.
Similiter valet sterilitati bibita ꝛ pensarizata si sit de cā
frigida. ꝛ ideo valet mulieribus pinguibus et albis fleg-
maticis. Lienteriam sanat ꝛ alios fluxus ꝛ vulnera inde
lota iuuat. cancrum ꝛ fistulam. noli me tangere. curat cuz
decoctione consolide minoris ꝛ herbe roberti ꝛ agrimo-
nie ꝛ celidonie. venenum expellit. ꝛ acetum et vinum ad
pristinum statum reducit. Similiter de argento ꝛ auro
potest fieri aqua que optima est in omni passione frigida
vt dictum fuit cap. de lepra. Et si sit diues cum balsamo
potest inungi lingua ꝛ partes posteriores capitis. ¶ No-
ta tamen de tortura oris quod vaporatio cum auricula mu-
ris maiorana camomilla melliloto folijs lauri ꝛ origano
est optima. Deinde fiat emplastrum super membro de si-
napi ꝛ melle vel grano rute agrestis cum nitro. i. sale gros-
so vel euforbio modico ꝛ castor. ꝛ oleo de lilio. ꝛ cum ce-
ra rubea potest fieri cerotum bonum super locuz. vel de
gūmis calidis simul collectis potest fieri emplastrū opti-
mum. cuiusmodi sunt galbanum oppoponacuz serapinū
armoniacum bdelium myrrha mastix laudanum eufor-
bium ꝛ castoreū ꝛ talia optima sunt. Deinde fiat piria de
lapidibus ignitis stuphando quasi sint stuphe sicce ꝛ va-
lent post purgationem ꝛ inunctionem de saluia lauandu-
la primula veris pulegio petro. macedonico prassio feni-
culo vrtica hedera terrestri ꝛ similibus. Deinde fiat bal-
neum post emplastra predicta cuz decoctione vulpis in-
tegre in aqua vsque ad dissolutionem ossium cum ruta ca-
lamento acoro karui peonia herba paralesis ꝛ herba iue.
tamen non fiat antequam purgetur corpus. Deinde ventose
cum stricto orificio sine scarificatione frequenter apposi-
te super capita neruorum multum iuuant. Deinde in fi-
ne potest dari vinum calidum in parua quātitate ꝛ mem-
brum eleuetur ꝛ fricetur cuz manu ꝛ pelle vulpina coope-
riatur. vel de oleo laurio costino muscellino nardino. po-
nantur coria in principio ꝛ pelles de quibus fiunt suffultu-
re ꝛ tradantur pelliparijs ille medicine. ꝛ ego feci frequē-
ter pro diuitibus contra hyemē. Uel medicine cōfortantes
neruos possunt ibi poni sicut castoreū ꝛ folia lauri ꝛ silia.

¶ De cardiaca passione. Caplm. XIII.

Cardiaca passio est passio cordis. ꝛ dici-
tur quasi cor cadens. et tre-
mit ꝛ inclinat deorsum ratione grauitatis: lz
virtus erigat membruz. ꝛ est tremor cordis.
Cuius diffinitio est. Cardiaca est motus cor-
dis tremulus preter naturam propter timorem vel angustiā
ꝛ tristitiam causatus. Sed cardiaca que est sincopis est
ablatio sensus ꝛ motus in toto corpore secundum maiorez par-
tem propter debilitatez cordis. ¶ Unde nota quod tremor
ꝛ sincopis nō differunt nisi secundum magis ꝛ minus. quia cau-
se tremoris sunt debiliores. sed cause sincopis sunt fortio-
res. Est enim sincopis quasi parua mors. Et ego dico
quod sincopis est magis cardiaca quam tremor. quia cor magis
cadit et vincitur.

Cause cardiace sunt duplices. intrinsece et extrinse-
ce. Intrinsece sicut omne illud quod facit ad ex-
halationem subitaz caloris a corde: ꝛ accumulationes in
corde. Extrinsece sunt sicut calor subitus nimius aut frigi-
ditas nimia aut inanitio multa. sicut sudor multus ꝛ bal-
nea multa ex lignis malis facta. vt dicitur 2ª afforis. com-
mento. 41. coitus superfluus ꝛ omne quod subito inanit. et
accidentia anime cum sunt nimis intensa: sicut dolor tri-
stitia gaudium imoderata angustia. venenum assumptū
ꝛ morsus reptiliū. febres pestilētiales ꝛ vermes: ꝛ omnia
que in excessu debilitāt cor. ꝛ nimia repletio cibi ꝛ potus.
aer cauernarum ꝛ metallorū ꝛ aer pestilentialis ꝛ coitus
cum tineosa vel cum leprosa ꝛ studiuz excessiuū. ¶ Cau-
se intrinsece sunt passiones magne membrorum habētiū
vicinitatem aut colligantiam cum corde. ꝛ ideo propter
passionem cerebri venit cardiaca: sicut propter epilepsiam
vel apoplexiam: sicut patet in passione stomaci: sicut ē ni-
mia inanitio: ꝛ sicut in canino appetitu ꝛ in bolismo ꝛ fa-
me sincopali ꝛ dolore stomaci ꝛ mordicatione eius: quia
os stomaci est sensibilius omnibus membris. dicit Ga. 3º
interioruz 7º cap. ꝛ in fine. c. ꝛ. 12. de ingenio sanitatis. c. 6.
Similiter colica ꝛ iliaca sunt causa cardiace propter vehe-
mentiam doloris: quia dolores prosternunt virtutem. primo
pronost. ibi. Apostemate vero molli existēte. Similiter flu-
xus ventris: quia omni inanitioni superflue annexus est ca-
sus virtutis: vt innuitur 5ª particula affo. cōmento illius. In
fluxu muliebri spasmus non de stomaco. cōmēto. 53. ꝛ 2º
pronost. cōmento. 14. ꝛ illud est verum de omni fluxu siue
ventris siue emorroydaruz vel menstruorū vel narium
vel sudoris excessiue. ¶ Item illa que malum vaporem
mittunt ad cor sicut vermes. matrix in qua retinētur mē-
strua corrupta. ꝛ ideo in suffocatione matricis contingit
sincopis. ꝛ in constipatione magna ventris ꝛ in humori-
bus corruptis existentibus in epate ꝛ splene. ꝛ vapores me-
lancolici vadunt ad cor vel vētositas. ¶ Et venit cardia-
ca sincopalis propter corporis nimiam repletionez vel in-
anitionem. ꝛ similiter propter corporis opilationem in po-
ris ꝛ meatibus. ꝛ propter cordis nimiam caliditatem ꝛ hu-
morum subtilitatem ꝛ eorum frigiditatem ꝛ grossitiem.
ꝛ propter febres pestilentiales ꝛ propter initium paroxismo-
rum. ꝛ propter dolores dentium vehementes vel laterum
vel gingiuarum vel capitis vel inguinuz ꝛ aliarū partiuz
corporis. ꝛ propter accidentia vehemētia que superueniūt
febri. ꝛ propter vlnera ꝛ apostemata ꝛ dolores fortissimos
ex punctura neruorum. ꝛ propter corrosionez pellicule os-
sium. ꝛ vocant laici corrosiones ossium. ꝛ propter dolores
tam animales quam corporales. ꝛ propter flebotomiaz in non
assuetis propter non consuetum esse: dicit Auicen. capi. de
flebotomia. ꝛ omnia similia que subito cōculcant calorē
in corde: aut ipsum faciunt exhalare. ꝛ illa que exhalant
continue multiplicando vices. ꝛ continue renouando. si-
cut solutio continuitatis paulatiz est causa doloris fortis
plusquam subito. vt dicitur 4º de accidenti ꝛ morbo. Et bre-
uiter Galie. 2ª particula affóris. cōmento. 41. in cōmento
illius. Qui exoluuntur frequenter ꝛ sine manifesta occa-
sione repente moriuntur. ponit causas cardiace manife-
stas. sicut fluxus ventris emissio sanguinis longe egritu-
dines vbi est magna debilitatio spirituuz ꝛ consumptio.
quia conualescentes habent modicum de sanguine ꝛ ca-

lore ⁊ spiritu. ⁊ ideo cor est ibi debile ⁊ debilis sub onere aliquo cito tremit. ⁊ causa maxima ibi est: qꝛ spirit⁹ est radix ⁊ cor est ramus. vt dicit Auic. fen. xi. tertij cañ. tractatu p̃mo. cap. vltimo. ⁊ leso fundamento ledunt̃ omnia instrumenta. ¶ Hic est dubitatio. an spiritus sit radix cordis: ꝙ non videt̃: quia spiritus generat̃ in corde. vt dicit̃ p̃mo cañ. ca. de cõplexionibus membrorũ vbi dicit: Calidius qđ est in corpe nostro est cor ⁊ spiritus a quo ꝓcedit. ergo cor est fundamentũ ⁊ radix ipsius spiritus. ¶ Item cor stat ablato spiritu ⁊ ante ipsum. quia est illud qđ p̃mo viuit ⁊ vltimo morit̃. vt innuitur 2°. ꝓno. ibi. ex signis huius que putribilia sunt. ergo ipsum est radix spũs. ¶ Oppositum vult Auic. vbi p̃us. ⁊ Gal. in 2° ꝓnost. cõmẽto 6°. vbi dicit ꝙ corpus cõponit̃ ex deferẽte ⁊ delato. deferẽs est spiritus vel virtus. delatũ est corpus. ergo spiritus est radix. ¶ Ad istã questionẽ dico ꝙ spiritus accipitur vno modo pro calore innato. ⁊ sic loquit̃ Gal. cap. de simplici medicina distinctione 2ª. c. 5°. Alio modo accipit̃ pro vapore subtiliori ⁊ calore innato: quia in corde sunt duo vapores. ⁊ grossior est calor naturalis. ⁊ calidior et subtilior est spirit⁹. ⁊ sic loquit̃ Haly 3ª particula tegni. Tertio modo accipit̃ spiritus pro ipsa anima vel pro virtute vitali que est vita radicalis. licet non sit vita fluens. ⁊ sic loquit̃ Gal. de ingenio sanitatis. cap. vltimo versus finem. ꝙ vita est duplex. vel est virtus pro radicali vel est actio eius pro vita fluente. Et sic dicendo dico ꝙ duplex est vita sicut dicit Isido. 2ª particula affo. Damas. cõmẽto. 67. vbi dicit ꝙ vita est duplex. vna que est nutrire. alia que ẽ sentire. ⁊ ideo illo modo accipiendo spiritu3. s. pro virtute vitali. dicit Gal. 5°. de simplici medicina. distinctione 2ª. ca. 5°. ꝙ spiritus est p̃mũ instrumentũ anime. ⁊ sic dicit Gal. 2° ꝓnost. cõmento 6°. ꝙ corpus componit̃ ex deferente ⁊ delato. deferens est virtus vel spiritus actuatus cum virtute defert. Et ideo viso in affo. s. 5°. dicit ꝙ corp⁹ mortuũ est grauius seipso viuo ꝓpter deperditionẽ spirituũ deferentium ⁊ leuigantiu3. Et ideo Gal. in lib. de rigore ⁊ iectigatione. dicit ꝙ corpus hominis stans habet virtute3 erigentem aliter caderet. ⁊ hꝰ p3 in debilibus. Similiter dico de aue volante quasi quiescente in aere. ⁊ hꝰ cu3 spiritu quia spiritus est delator virtutis. dicit Auic. fen p̃ma. p̃mi lib. doctrina 6ª. ca. 4. ¶ Istis p̃suppositis dico ꝙ radix ⁊ cor est ramus. sed cor accipit̃ vno modo ꝓprie ꝓ illa massa sanguinea: ex qua generat̃ cor ꝓprie dictum: que habet figuram pineatam sicut ⁊ cor. saltem modicu3 ante inductione3 anime ꝓprie accipitur cor pro isto sic formato in quo inducitur anima. ⁊ p̃mo modo precedit cor alias partes corporis tẽpore quo ad generari. sed quo ad generatũ esse non precedit essentiales partes tẽpore sed natura tñ: tamẽ partes particulares ad bene esse precedit tempore sicut sunt manus ⁊ pedes. Dico ꝙ tunc est duplex spirit⁹. complantatus ⁊ fixus in substantia membri a p̃ncipio generatiõis: sicut dicit Gal. 5° de simplici medicina vbi p̃us. Et est spiritus informatiuus ⁊ gignitiuus. ⁊ iste venit a patre cum spermate. ⁊ iste manet diu post natiuitate3 ẜm totum vel ẜm partẽ. ⁊ est iste radix cordis. Tamen spiritus fluens nõ est radix cordis accipiendo cor pro parte p̃ncipali cordis. sed pro partibus circũferentialibus ⁊ pro cassula sua qua defert ad illam virtute3. Uel potest dici virtus ẽ in spiritu vt in radice: in corpore cordis vt in ramo. ⁊ ideo cor est ramus virtutis: qꝛ ab illa cor dicit̃ esse cor. sed spiritus est spiritus q̃diu durat vapor iste. qui 6° interioru3 dicit spiritu3 vaporẽ temperatu3. ⁊ hꝰ non est incõueniens. Sed accipiendo spiritum ꝓut est quasi frater caloris naturalis: sicut dicit Dam. 2ª particula affo. cõmento. 71. sic nõ manet nisi q̃diu viuit homo. qꝛ postea infrigidatur ⁊ corrumpit̃ calor naturalis. sed tamen manet vapor putridus postea. vel dico ꝙ spiritus est radix. i. instrumentu3 radicale: quo mediante cor operatur ⁊ super quo mittitur ⁊ cui mittitur. Unde sicut annectit̃ ramus ⁊ immittit̃ radici: sic cor ipsi spiritui tanq̃ illi sine quo nõ põt cor facere operationes suas. s. viuificare ⁊c̃. Et sicut ram⁹ defertur ab arbore vel a radice: sic cor a spiritu. Et per hꝰ ad rõnes. ¶ Ad p̃mũ dicitur ꝙ spiritus fluẽs generatur in corde. tamẽ est radix confortatiua vel instrumentũ radicale cum quo operatur. vnde omnis spiritus generat̃ a corde substantialiter generatiõe ꝓpria ⁊ essentiali. tamẽ generatione secũda ⁊ accidẽtali generant̃ alibi sicut animalis in capite: quia ibi accipit vna3 dispositionẽ: per quã dicit̃ animalis. s. per quã põt in operationes virtutis animalis que est sentire ⁊ moueri localiter. ¶ Ad scđa3 dicitur ꝙ p̃mo viuit cor inter mẽbra nobilia. cuiusmodi non sunt spũs ⁊ humores: vt innuit Auer. 2° colliget. vel dicit̃ ꝙ stant illa simul. ꝙ cor sit membrũ p̃ncipale. ⁊ ꝙ tamen spiritus sit p̃mu3 instrumentale ⁊ radix instrumentoru3 cordis. ¶ Et si dicat̃. p̃ma operatio est alimento vti. ergo epar est p̃mũ. Dico ꝙ est p̃ma operatio p̃mitate officij: nõ tamen primitate dominij vniuersalis ⁊ dignitatis: quia sic solum cor est p̃mũ. vel ipsum est p̃mu3 formaliter vel preparatiue. Et sic dicendo dico ꝙ p̃mitate dominij vniuersalis: vel etiam dignitate est cor. sed p̃mitate particulari dominij est epar ⁊ cerebrum ⁊ testiculi. ⁊ sunt tria p̃ncipia. i. principalia. sed primitate officij vel principalitate: sunt multa prima ⁊ principalia sicut stomacus ⁊ pulmo. vt ponit Galie. libro de anothomia: ꝙ sunt p̃ncipalia ẜm naturam septem planetarum.

**Signa** causaru3 exterioru3 sunt habita per indicium patientis. Et si veniat ex passione alioꝝ membrorum discernit̃ per passiones ⁊ signa illoru3. ⁊ si venerit de sanguine: scitur illud per res naturales: non naturales ⁊ contra naturã. ¶ Si igitur vrina fuerit rubea ⁊ calor in p̃cordijs: ⁊ patiatur siti3: ⁊ patiens fuerit adolescẽs: ⁊ in ocio: ⁊ comederit cibaria multiplicantia sanguine3: ⁊ fuerit homo letus ⁊ liberalis: tunc vtplurimu3 illa passio est de sanguine. ¶ Eodẽ mõ de colera. si vrina fuerit citrina ⁊ tenuis ⁊ subtilis. ⁊ pulsus velox ⁊ frequens. ⁊ sitis nimia ⁊ calor intẽsus. ⁊ ipse est iuuenis animosus qui cucurrerit ⁊ laborauerit ⁊ multiplicauit ea que generant coleram: tunc cardiaca est colerica. ¶ Si de flegmate: vrina est remissa ⁊ spissa. pulsus inordinatus ⁊ paruus. ⁊ ipse sit somnolentus ⁊ stupidus ⁊ flegmaticus ⁊ tẽpus hyemale. ⁊ ipse fuerit pusillanimus. videt̃ tunc humiditate3 flegmaticam petere cor. ⁊ non permittit ipsum moueri motu naturali suo cum ĩpediat eius situm. ⁊ cor ideo mouetur motu ĩordinato tremuloso. ¶ Similiter de melia si fuerit patiẽs melãcolicus extenuatus in autũno ⁊ fuerit humidus qđ nõ est mirum si semper timeant: qꝛ cãm timoris secum portant. dicit Gal. 5°. de morbo ⁊ accidenti. ⁊ 4°. ⁊ expressius 2° interioru3. c. 8°. videt̃ tunc ꝙ sit ꝓpter fumos melancolicos cor inuadẽtes ⁊ cassulã eius. sicut narrat Ga. 5°. quasi in principio de simia sua ⁊ gallo suo: quos anothomizauit. ⁊ inuenit hũores grossos ⁊ melancolicos malos inter cor ⁊ cassulam suam. Idem narrat Auicẽ. 3°. cañ. fen 4ª. tractatu 2°. cap. p̃mo. Et quia cor est indignãtis nature ⁊ nõ sustinet istos fumos horribiles: ideo mouetur motu inordinato sicut tremor accidit in capite manibus ⁊ pedibus. ⁊ virtus membrum regere non potest: quia tremor est morbus cõpositus. vt dicit̃ 5° de morbo ⁊ accidenti ⁊ motu morbi. Et si fuerit a vermibus plus affligitur ante cibum. Et si fuerit ex repletione plus affligitur post cibum: ⁊ cum cibus assumit̃ incipiunt ascendere

vermes. Et si fuerit ex inanitione plus affligetur ante ci
bum. Et si ex nimio sensu ⁊ raritate aduenit sibi ex quali/
bet facili causa. Et si ex ventositate cito venit ⁊ cito rece/
dit. Et si ex calore pulsus ⁊ anhelitus sunt veloces ⁊ fre/
quentes ⁊ inordinati. Et si ex frigiditate pulsus ⁊ anheli/
tus sunt tardi ⁊ inordiati. ¶ Signa cardiace sincopalis
sunt pulsus raritas ⁊ tarditas ⁊ mutatio coloris in facie ⁊
clausio oculorũ ac si vellet dormire ⁊ sudor madefactiuꝰ
circa collum. istis visis sincopis erit ventura. ¶ Sũt igi/
tur signa triplicia cardiace sincopalis. pronostica ⁊ demõ
stratiua ⁊ rememoratiua. ¶ Pronostica sũt sicut tremor
cordis ⁊ mutatio coloris faciei in non naturalez colorez.
mutatio pulsus in paruitatẽ ⁊ tarditatem ⁊ frigiditas ex/
tremitatum. ¶ Signa demõstratiua sunt ablatio sensus
⁊ motus. pulsus formicans ⁊ mortificatio faciei. vt dice/
batur. ca. de epilepsia. ¶ Signa rememoratiua sunt que
significant causas exteriores vel iteriores: ⁊ sunt illa que
dicta sunt. ¶ Et si sincopis venerit sine omni causa mani
festa tam extrinseca ꝙ̃ intrinseca ⁊ venerit subito: tũc si/
gnum est ꝙ sincopis venerit ꝓpter passiones ꝓprias cor
dis. ⁊ illa est pessima ⁊ mortalis. ¶ Inquirat̃ ergo si fue/
rit densitas vel raritas nimia inanitio repletio caliditas
vel frigiditas: cause scientur. ¶ Venenuz discernitur qꝛ
vapor vel sapor horribilis est in ore ⁊ signa veneni: vt vi/
debitur inferius.

**Pronostica.** Tremor cordis diu durans mortẽ
significat. ¶ Itez si ex longo tẽpo/
re aliquis patiatur tremorez cordis ⁊ subito veniat sinco
pis: expeditũ est: quia causa est adequata. ¶ Item si post
tremorez veniat vomitus prassinus ⁊ tremor nõ cessat: si/
gnificat spasmuz ⁊ mortem. ¶ Item omnis mala cõple/
xio cum excedit debilitat virtutẽ. ⁊ virtus debilis indu/
cit tremorez: ⁊ tremor sincopim. ⁊ sincopis mortẽ. ¶ Itẽ
si aliquis patiatur longam sincopim ⁊ color faciei fuerit
mutatus in liuorem aut virorez aut nigredinem nunquã
calcabit terram. ¶ Item si subito veniat sincopis ⁊ sine
omni causa manifesta ⁊ sincopis fuerit longa: mortale.
¶ Item si alicui sincopizanti datuz fuerit sternutatoriũ
sicut est puluis electuary albi: scilicet ꝙ puluis iniectus
fuerit in nares ⁊ non sternutauerit: nulluz est remedium.
¶ Item si apostema venerit cordi. aut est paruũ. aut est
magnũ. si magnum aut calidũ aut frigiduz. ⁊ si calidum
interficit in eodem die. si frigidum interficit in scđa die.
si paruum sicut pustula tunc interficit in quarta. ⁊ tunc e/
mittit sanguinez per nares sicut encaustruz. ¶ Item do/
lor anime cõtingit cordi sicut tristitia angustia furor: sed
corporalis dolor minus accidit cordi. ⁊ si sit: non diu mo/
ratur. et animal moritur ante confirmationem doloris
in eodez. dicit Haly. 2ª particula tegni in cõmento illius.
Ea que ꝯm cor ex disnie speciebus. ¶ Item si vulnꝰ sup/
uenerit cordi aut est in parte dextra aut sinistra. si in dex
tra aut est paruũ aut magnũ. si magnum interficit statiz.
si paruum eodem die vel hora. vnde paruuz siue magnũ
vlcus in corde inducit mortez. vnde Gal. 6ª particu. affo.
cõmento 8°. cordis incisio mortalis est. sed aliorum mem
brorum non necessario nisi sit magna ⁊ perforans sit. Et
post dicit. ꝙ cordis ⁊ diafragmatis incisiones non cõsoli/
dantur: quia semper mouent̃. ¶ Item Auic. fen. xi. tertij
cañ. ca°. ꝑmo. cor non tolerat nocumentuz ⁊ apostema. Et
Aristo. in de animalibus. cor nõ tolerat graues infirmita
tes. ¶ Cõtra. cor tolerat sincopi que est parua mors: ⁊ to
lerat apostema per argumentũ Auic. ꝙ omne membruz
potest apostemari. qꝛ omne membruz qđ extenditur na/
turaliter in aduentu nutrimẽti extenditur innaturaliter
in superfluo nutrimẽti. ergo ⁊c̃. Dico ꝙ cor tolerat passio
nes malas: sed non diu. imo cito aduenit mors. iđ nõ tole
rat sicut alia membra: qꝛ non patitur nisi a causa fortissi/
ma grauem morbum. ¶ Ad scđm dico ꝙ cor aliquando
apostemat̃ sed non patitur eius confirmationẽ. quia mo/
ritur ante statum eius. scilz in ꝑncipio vel in augmento. ⁊
h innuit Haly vbi prius. Et eodem modo de dolore mo/
mentaneo verum est ꝙ dolet: sed nõ dolore mansiuo: vel
dici potest ꝙ dolet cor ꝓpter compassionem aliorũ mẽ/
brorum ⁊ ꝓpter colligantiam ad os stomaci. ⁊ vocat̃ pre/
cordium. sed nõ per ꝓpriã passionem. vel dolore momen
taneo dolet nõ dolore mansiuo corporali. Vel põt dici ꝙ
apostemat̃ cor in cassula ⁊ in medio illius: sed non apatur
in substantia ipsius. imo si incipiet apari ipedit̃ ab opera
tione sua que est viuificare ⁊ est mors. Est eniz cor oibus
tribuens a nullo recipiẽs. Auic. c. de membris.

**Cura** cardiace requirit multa. ꝑmo cordis cõfortatio
nem. 2°. materie digestionem. 3° eius euacua
tionem. 4°. regimen in dieta. 5°. operationem particula
rem que pertinet paroxismationi eius qđ forte in execu/
tione est primuz illorum: licet ꝯm artem causa primo de/
beret auferri: deinde effectus.
¶ Circa ꝑmuz nota ꝙ in omni tremore cordis competũt
aromatica. que si causa sit calida debẽt esse frigida. tamẽ
cum modica appõne calidorum aromaticoruz vt melius
penetrent. Et si causa est frigida administrent̃ aromati/
ca calida cum modica appõne aromaticoruz frigidorum
vt fiat melior cõseruatio nisi discrasia esset nimis inten/
sa. tunc enim nõ debent administrari nisi soluz cõtraria:
⁊ nullo modo similia. ¶ Cõfortantia igit̃ cor sunt simpli
cia ⁊ cõposita. Simplicia sunt triplicis generis. qꝛ quedã
cordialia sunt calida. quedã frigida. ⁊ quedã tẽperata. Ca
lida sunt sicut ambra muscus storax calamita lignuz alo.
gariofi. cortex citri nux musc. cinamomũ se. moiorane se.
basiliconis vinum aromaticum poliuz enula crocus mel
lissa doronicuz cassia lignea macis zedoaria olibanum.
¶ Frigida cordialia sunt rose sandali nenufar campho/
ra acedula acetum ficus succus malorum granatorũ ace
tositas citri ⁊ citrangulorum aqua ros. karabe coriãdrũ
preparatũ fructus aromatici sicut citonia pira dulcia po/
ma lac acetosum ptisana viole coralli mirtus endiuia sil/
uestris camphora emblici kebuli spodium tamarindi.
¶ Temperata que sunt cordialia. aurum puruz foliatuz
flor. boraginis. lz declinent ad caliditatez. buglo. ⁊ succus
eius. ¶ Descendentia ad frigiditatez sunt rasura eboris
os de corde cerui iacincti smaragdus bizantie aqua car/
nis ꝯm moduz ꝯm quem ordinat Auicen. in lib. de viribꝰ
cordis. siricum cõbustum ⁊ cruduz. tamẽ declinat ad cali
ditatem ⁊ siccitatez: sed non sicut crudum. ⁊ tunc coctum
potest sumi vel crudum ⁊ clarificat visum oculis illinitis
cum eo reparat materiã. ⁊ ideo confortat spirituz anima/
lem. similiter spirituz vitalem a tota specie: qꝛ letificat. ⁊
naturalem qꝛ purgat corpus. ¶ Item been album decli
nat ad caliditatem ⁊ confortat cor optime: sed rubeũ est
magis caliduz. ⁊ ista valent in omni causa. Similiter ista:
corallus argentũ purum foliatuz margarite doronicũ bo
rago bugl. crocus spodium mellissa lingua auis spigranel
la spica nardi lignũ alo. ¶ Cõposita sunt duplicia. calida
⁊ frigida. Frigida sunt sirupus rosatus violatus nenufar.
triasandal. zuccarum rosa. ⁊ violatum diacicoreatuz dia/
dragantum frigiduz. ¶ Cõposita calida sunt letitia gali
diamargariton tyriaca metridatum potio muscata diam
bra diacameron ros. nouella diarodon iulij alipta muscꝰ
gallia muscata. ⁊ pulla lardata cum gari°. ⁊ assata cum vi/
no aromatico ⁊ aqua ros. aspersa. ¶ Tẽperata cõposita
sunt diaboraginatum. qꝛ dixit borago gauª semper ago.

diarodon abbatis dialignū aloes simplex ⁊ lignum alo.
macis ⁊ flores boraginis ⁊ succus buglose ⁊ zuccarū rosꝫ.
quia dialignū aloes compositū est magnuꝫ ⁊ magis cali-
dum. cuius receptā ponit Cōstantinus 7° practice sue. c.
de mala digōne. ⁊ valet stomaco frigido ⁊ eius defectui.
℞. spice nardi masticis garꝫ. macis. anā. ʒ. ß. anisi apij amei.
anā. ʒ. ij. been ligni alo. anā. ʒ. vi. kebuli in vino infusi ⁊ post
assi. ʒ. iiij. mellꝫ ⁊ zuccari qd̄ sufficꝫ ⁊ fiat electuariū. ¶ Ele-
ctuarium meū. ℞. cinamomi. ʒ. i. ß. spice nardi ligni alꝫ. san
dali citrini anisi se. endiuie. anā. ʒ. i. ro. ru. gari. assari cimini
sandalorū ru. anā. ʒ. ß. ozimi cardamomi spodij nucis musꝫ.
ana. ʒ. i. storacis calamite folꝫ. boraginis ossis de corde cer
ui blance bizantie margaritarū perforatarꝫ. anā. ʒ. ß. musci
ambre. ana. gra. iiij. folꝫ. auri ⁊ argenti. ana. gra. ij. zuccari
lib. ß. conficianꝫ cum duabus partibꝫ aque ro. ⁊ tertia aq̄
boraginis. ⁊ istud est diamargariton magistrale. ⁊ valꝫ in
omni cardiaca quocūqꝫ tēpore data. ⁊ valet plus q̄ꝫ aliqd̄
electuarium posituꝫ in antidotario Nicolai vt expertus
sum multotiens. ¶ Item in tremore cordis pōt sumere
ʒ. ij. de succo boraginis quottidie ⁊ valet in cardiaca siue
calida siue frigida. Et si causa sit frigida pōt poni. ʒ. ß. garꝫ.
⁊ plus valebit. ¶ Item in causa calida valet puluis garꝫ.
cum lacte dulci. Similiter puluis sansuci. i. maiorane cuꝫ
aqua frigida. ¶ Iteꝫ contra cardiacā ⁊ sincopim ⁊ omnē
passionem cordis. ℞. limature auri. ʒ. i. been al. ⁊ ru. anā. ʒ.
iiij. margaritaruꝫ perforatarū ⁊ non perforatarū. ʒ. i. ossis
de corde ceruí. ʒ. ß. fac puluerem: ⁊ vtatur patiens in cibis
⁊ potibus. ⁊ cū succo mellisse possunt fieri trocisci. Et cuꝫ
vti voluerit patiens distempereꝫ vnus cum aqua valēte
ad propposituꝫ: sicut cum aqua distillata de floribus bora-
ginis ⁊ buglose. ista est medicina optima pro passionibus
cordis. nec est sibi par. ⁊ vocatur puluis aureus. ¶ Item
vinuꝫ aromaticū in quo ponitur lignū alo. per aliqd̄ tem
pus ad potādū in cardiaca tremore sincopali valꝫ. ¶ Et
signum tremoris est ponere manū super mām̄illam sini-
stram. si videꝫ tibi tremor: tunc est cardiaca tremens: ⁊ si
non: est tūc sincopalis. ¶ Iteꝫ puluis blance bizantie cū
succo boraginis ⁊ aqua ro. cōmixtus est optimū remediū
cardiacis. ¶ Item os de corde cerui cum vino bono lim
pbato cum aqua ro. vel cū aqua buglꝫ. optimū est in omni
cardiaca. purgat. n. melancoliā a cassula cordis: ⁊ ideo cō-
fortat cor. ¶ Pro quo sciendū ꝙ res dicꝫ. 6. modis con-
fortare. Reparando spūs vt res aromatica. Restauran-
do humores vt vinū ⁊ cibi digestibiles. ⁊ fit offa in vino
vel in bono brodio capponis optime cōfortat. Nutriēdo
augendo calorem naturalē vt res calida. Cōstringendo ⁊
adunando partes cordis ⁊ stomaci moderate vt stiptica:
sicut rose ⁊ cinamomuꝫ confortant ⁊ intus ⁊ extra in em-
plastris: qꝛ virtus vnita fortior est seipsa dispersa. Quinto
confortat educendo superflua vt laxatiua. ⁊ ideo agarꝫ. et
mirabolani sunt medicine cordiales. qꝛ euacuant fumos
grossos ⁊ materiā melancolicaꝫ ⁊ corruptā ⁊ nigraꝫ. ⁊ isto
modo medicine tyriace valent contra venenū: ⁊ confor-
tant resistendo vel expellendo ip̄m. ⁊ sic puluis radicum
aristo. ro. ⁊ longe in potu datus valet cōtra potionē vene
nosam ⁊ cōtra morsus reptiliuꝫ. Silꝫr eodem modo valꝫ
tormentilla vel cum brodio pingui vel cū aqua buglꝫ. con
tra omne venenū. Sexto modo pōt res cōfortare dilatā-
do cor moderate sicut crocus: sed nō debꝫ dari in magna
quātitate: quia interficeret ridendo dicit Auicē. si dētur
aurꝫ. ij. de ipso. ¶ Item sumanꝫ rose lignuꝫ aloes crocus
garꝫ. ⁊ puluerizenꝫ cum aqua rosꝫ. ⁊ intingatur camisia no
ua. ⁊ post cōprimatur ⁊ induaꝫ patiens. illud enim reno-
uat ⁊ confortat ⁊ viuificat et valet ethicis et consumptis
⁊ melancolicis ⁊ tristibus. ¶ Nota tamen ꝙ nulla medi
cina simplex debet dari in passionibus cordis nisi detur
cum ea aliquod cordiale ⁊c̄.

¶ Secūda res perficiꝫ cum digerentibus diuersis s̄m ꝙ
materia est alia ⁊ alia. ¶ Si igiꝫ materia fuerit sanguiea
vtaꝫ patiens sirupo rosꝫ. ⁊ acetoso in quo sint sandali ⁊ cā-
phora. ⁊ odoret sandalos odoriferos rosꝫ. ⁊ aquā ro. ⁊ ace-
tositatē citri. ¶ Si mā sit colerica vtaꝫ sirupo de borag.
buglꝫ. ⁊ sirupo violꝫ. ⁊ nenufarino: vbi sint cāphora rose san
dali. ⁊ fiat odoramentū de istis positis in sacculo. s. de ro-
sis violis nenufaris camphora pauca. ¶ Et si mā fuerit
flegmatica digeraꝫ cum sirupo boraginis ⁊ buglo. ⁊ oxi-
melle diuretico vbi fuerint cortices citri nux musꝫ. ⁊ semē
maiorane ⁊ basilicōis: ⁊ odoret pomū de ambra ligno alꝫ.
⁊ musco. ¶ Sed si materia sit melancolica digeraꝫ sicut
p̄us cum sirupo de boragi. ⁊ buglo. ⁊ cum sirupo de fumo
terre ⁊ oximelle squillitico vbi fuerint epithimū lignum
alo. garꝫ. cinamomuꝫ. ⁊ odoret aliptaꝫ muscatā. ¶ Si ma
teria fuerit ventosa: tunc fiāt fricatiōes ⁊ detur dianthos
cum musco ⁊ diagalanga ⁊ gariofilatum ⁊ diaciminuꝫ: ⁊
vitet omnia que generant ventositateꝫ vt faba pisa ⁊ si-
milia. ¶ Et si fuerit ex nimio sensu denꝫ aromatica frigi
da cum paucis calidis. ⁊ vitet omneꝫ laborem nimiū taꝫ
animalem q̄ꝫ corporalem. ¶ Et si fuerit ꝑpter alia mem
bra illa rectificentur. ¶ Et si fuerit ꝑpter vermes: tunc
denꝫ succi enule recētis. ʒ. ij. ⁊ semē apij datum interficit
omnes vermes cū sirupo acetoso vlꝫ lacte acetoso. ⁊ semē
attriplicis educit eos cum mortificatiōe. Silꝫr semē cana
bis ⁊ caulꝫ. ʒ. ij. radicis enule campane desiccate educūt ⁊
interficiunt. hec Auic. 3° cañ. fen 6ª versus finem.

¶ Tertiam rem complent laxatiua ⁊ materiam cardiace
euacuantia ⁊ cor cum hoc confortantia a proprietate: cuius-
modi sunt in causa sanguinea pruna viole cassiafi. florꝫ. bo
raginis ⁊ buglo. dando ista cum brodio capponis vel cuꝫ
sero vaccino clarificato. Deinde fiat flebotomia parua
que licet euacuet calorē ⁊ spirituꝫ debilitet plus alijs eua
cuationibus: vt dicꝫ 9° megategni. tamen cōpetit. qꝛ est
intelligenduꝫ sic: ꝙ sanguinis euacuatio plus debilitat q̄ꝫ
euacuatio alterius hūoris. Et si loquimur de flebotomia
vel minutione: tunc sic debet intelligi ꝙ flōmia quando
superfluit plus debilitat q̄ꝫ alia euacuatio quecūqꝫ facta
per medicinaꝫ: ⁊ ꝙ flebotomia euacuat omnes humores
⁊ calorem ⁊ spiritum. sed nulla alia euacuatio tantuꝫ eua
cuat: quia appropriatur certis humoribus: nec euacuanꝫ
spiritus tantum in alia euacuatione. i. in tanta quātitate:
licet abundet ⁊ superfluat nisi sit medicina venenosa vel
ducens ad sincopim. Sed ego loquor de euacuatione cū
qua stat virtus vel natura. euacuatio enim ita facit sinco
pizare sicut flebotomia per subitam emissionem sangui-
nis ⁊ caloris ⁊ spirituum. In alijs euacuantur humores
et spiritus magis paulatine vt in pluribus: nisi contenti-
ua deficiat vel nisi medicina detur vltra dosim debitam
nimio excessu. ¶ Si materia sit colerica: tunc debet eua
cuari cum violis tamarindis cassiafistu. ⁊ prunis. tamen
de tamarindis dicit Auicen. de viribus cordis ꝙ confor
tant cor in habentibus malam complexionem ⁊ coleri-
cam declinantem ⁊ temperatam caliditateꝫ colere: ⁊ co-
leram mundificant cuꝫ virtute solutiua quā habent. hec
Auicen. Sed emblici confortant quando est tristitia vel
cardiaca ex subtilitate sanguinis. quia ratione cōplexio-
nis infrigidant ⁊ stipticant. ⁊ ratione ꝑprietatis laxant il
lud qd̄ est adustum: sed citrini plus valent ibi. Similiter
reubarbaruꝫ confortat cor: quia confortando p̄mo epar:
quia est vita epatis: vt dicitur in secretis secretorum: ⁊ cū
hoc euacuat sine nocumento. ¶ Composita euacuantia
coleram in cardiaca colerica sunt zuccarum violatum

diapapauer diareubarbarum ⁊ electuarium de succo ros.
¶ Si materia sit flegmatica purgetur cum agarico tur/
bit carthamo cuz modico çinçib. ⁊ detur.ʒ.i.vel.5.cuz vi/
no aromatico. ¶ Composita sũt diaturbith ierapigra ga/
lieni ⁊ ieralogodion acuitum cum pulpa colloquintide.
¶ Si materia sit melancolica: purgetur cum sene ⁊ poli/
podio ⁊ epithimo. Sed polipodium dicit Auic. in de viri/
bus cordis letificat per accidens euacuãdo meľiam a ce/
rebro ⁊ a corde ⁊ a toto corpore: sed debet decoqui cũ eo
acetum vel oximel vel ciminuz ad cõsumptionẽ ventosi/
tatis. ¶ Composita euãntia sunt diaboraginatũ diasene
puluis gualtery ierarussi. ieralogodiõ acuitum cum lapi/
de armeno vel loto. separat eniz lapis iste vaporem melã
colicuz a spiritu ⁊ mundificat corpus ab humore meľico.
dicit Auic. vbi prius. Idem iudiciuz de lapide laçuli ⁊ açi
mo qδ idem est: sed est debilior armenico. ¶ Item catho
licon põt in omni specie cum modico acuente appropria/
to materie euacuãde. Et valent ista oĩa in passione melã/
colica ⁊ mania ⁊ amore yreos. i. ilischi ⁊c̃.

¶ Quartã rem cõplent cibi boni conuertentes vel cõuer/
tibiles in nãz spiritus. ⁊ ideo aqua carnis sũme valz: vt di
cit Auic. in de viribus cordis ⁊ vinũ dicit Auicẽ. sũma de
pulsibus. c. ii°. habet per sui essentiam ꝙ velociter cõuerti
tur in spiritũ. Et in cã caľa succus mali granati fortificat:
sz in cã frigida idromel redditur vigorosuz. ¶ Et scias di
cit Auicẽ. 3°. cañ. fen ii^a. in fine ꝙ virtus augeꝛ cibo ⁊ vino
subtilibus ⁊ odoriferis bonis ⁊ tranquillitate ⁊ gaudio et
dimissione eoꝝ que cõtristant ⁊ tristari ⁊ rixari faciunt ⁊
renouatione rerũ amabiliuz ⁊ habitatione cũ dilectis. Et
iõ p° viatici. c. de amore hereos dicit Cõstantinus auctori
tate Gal. Colloqui inquit cuz amantibus atq; sapientibꝰ
laborem ⁊ dolorem eycit de membris interioribus. ꝙ si
fit in locis decentibꝰ ⁊ odoriferis seu fructiferis: optimuz
⁊ iocundissimum fit. ¶ Item pullus galline valet larda/
tus ⁊ assatus ⁊ cuz aqua ro. aspersus ex vino aromatico et
ꝙ odoretur. Et si causa sit frigida pullus calidus comeda
tur: ⁊ tunc inlardari debet cum gar̃. Et si cã sit calida: co/
medatur cũ fuerit ĩfrigidatus si possit comedere carnes.
si non: dentur pisces squãmosi de aquis dulcibus ⁊ cancri
fluuiales. Et cõficiantur cibaria sua cũ croco si stomacus
non patiatur fastidium. Et si sic: dentur citonia assata vel
carnes citonioꝝ: vel pira tenere substãtie aromatice cum
vino: quoniã sine vino sunt quasi virus: qδ ꝑcipit antido/
tum semꝑ dare post pira potum. Sed per potum ĩtelligit
Hyppo. vinũ. dicit Gal. 2^a ꝑticula affo. in cõmento illius:
Potus indigẽtiaz soluit. Sed dicta in cardiaca sincopali
⁊ in causa caľa denꝛ lac acetosuz butyro extracto ⁊ pisces
frigidi ⁊ medicina ⁊ cibꝰ ⁊ çuccaruz roſ. ⁊ pruna damasce
na ⁊ mora matura ⁊ pira bona ⁊ poma aromatica. Sz in
causa frigida dentur vitelli ouorum calidi ⁊ caudellum ⁊
oua trita cum carnibus. ⁊ claretum de ouis cuz carnibus
⁊ lacte ⁊ croco factũ cum brodio caponis vel vitulli. dein
de exprimaꝛ a brodio ⁊ infundanꝛ vino est optimus cibꝰ.
¶ Item assentur perdices vel galline ⁊ caro montonis ⁊
fasiani. ⁊ lardenꝛ cũ gariofi. ⁊ lardo. ⁊ asperganꝛ aqua ro.
muscata in vino aromatico. ⁊ odoreꝛ diu a patiẽte. ⁊ post
teratur fortissime ⁊ aspergaꝛ vino aromatico: tunc pona/
tur in pãno lineo mũdo ⁊ extrahaꝛ succus: ⁊ liquor lento
igne calefiat ⁊ exhibeatur ⁊ est optimũ ꝯfortatiuũ. ¶ Cõ
sumptis dentur cibi nutriẽtes ⁊ cõfortatiui ⁊ resumptiui
facilis digõnis: sed aromatica gradatim ⁊ paulatine den/
tur in parua quãtitate: sed mulieri sincopiçãti ex suffoca/
tione matricis debent dari per inferius versus os matri/
cis. viris superius per nares ⁊ os. ⁊ mulieribus illud non
patientibus. Sed ista cibaria nutrientia dentur inanitis
⁊ defectis ex inanitione: sed non defectis ex repletione. et
ideo errant qui dant vinuz per inferius in sincopi ⁊ in ca/
su virtutis ex repletione dicit Hal. scδa particule regimis
acutorum. cõmento. 5i. in cõmẽto illius. Maluz est nimi/
rum. ⁊ ideo non in omni sincopi debet dari cibus: sed ma/
gis oportet cum clisteri ⁊ vomitu euacuare ⁊ abstinentia
curare ⁊ cum fricationibus ⁊ ligationibus in extremitati
bus vt videbitur.

¶ Quintam rẽ complent sternutationes ⁊ fricationes ⁊ li
gationes in extremitatibus ⁊ odoramenta bona. Cum er
go accidit in paroxismo sincopis: intingatur pẽna galline
in forti aceto. ⁊ ponatur intra nares ad sternutãdum ⁊ sta
tim reuiuificat. ¶ Item proyciatur aqua rosata ⁊ aqua
alia subito: quia in proposito illud semper valet. lz postea
aliquando noceat si moretur: sicut in sincopi ex humori/
bus crudis: vel ex timore: incrudando ⁊ spiritus includẽ
do plus in timore vel tristicia: sed tunc debet proyci ⁊ diu
manere. aliquãdo debet paulatine proyci ⁊ diu manere:
sic̃ in sincopi ex gaudio ⁊ ex fluxu ventris. ⁊ ibi debet etiã
fieri vomitus. ⁊ nares debent teneri ⁊ spatule debent fri/
cari ⁊ venter suffumigari: vt innuit Cõstantinus. capľo vl
timo. sexto libro practice sue. ¶ Aqua igitur frigida subi/
to proiecta valet ratione ictus calorem excitantis: sed ta/
men melius esset cũ fricationibus ⁊ rebus odoriferis ex/
citare. In causa igitur frigida ⁊ de repletione nõ valet pri
ma intentio sz secũda non ratione sue ꝯplexionis: sz rõne
iactus quo proycitur. ¶ Deinde ponantur odoramenta
sicut in causa calida rose sandali viole nenufar̃. ⁊ ponanꝛ
in paruo sacculo lineo: sz in causa frigida odoretur pomũ
factuz de ambra ligno al. musco laudano ⁊ cortice citri. ⁊
in causa melancolica põt odorari alipta muscata. ¶ De/
inde fricentur exteriora ⁊ ligẽtur maxime in causa reple/
tionali. Sed in causa venenosa detur tyriaca bacca lauri
⁊ tormentilla in vino vel lacte. vel dentur nuces cuz ficu/
bus vel auellane que vocantur philolers ⁊ alie parue nu/
ces loco earum: lz iste plus valeant. Et detur succus mil/
lefoly tepide: ⁊ ponatur lignum latum inter dentes ⁊ vo/
cetur alta voce ⁊ detur diamargariton cum vino vel cum
aliquo tali. ¶ Sed in cardiaca tremente fiant in paroxis
mo fricationes in extremitatibus ⁊ circa cor. ⁊ odoretur
muscus vel ambra cum rosis: quia frigida debent misce/
ri cum calidis: vt calida diutius remaneant: ⁊ calida cum
frigidis penetrare faciant: ⁊ cum panno lineo intincto in
aqua rosata muscata. Regio cordis fricetur ⁊ dentur ma
cis ⁊ gariofili ad confortationem cordis ⁊ electuaria pri/
us dicta. ⁊ leue balneuz in vtraq; cardiaca valet. ¶ Sed
si fuerit propter ventositatẽ sicut est in iectigatione ⁊ sal/
tu: tunc valent fricationes cum panno calido ⁊ cum aue/
nis torrefactis circa stomachum ⁊ cor. ⁊ vtatur dianthos
cuz musco ⁊ diacimino ⁊ diagalanga dianiso ⁊ cimino au/
rea alexandrina et ciminata alexandrina diaspermaton
diatriton pipereon diacitoniten diacalamẽto. Et vitet ge
nerantia ventositatem: sicut sunt pise ⁊ fabe. Et panis ca/
lidus intinctus in vino optimo valet eis: ⁊ calorẽ recreat
⁊ a pestilentia preseruat. similiter a veneno.

## ¶ De dolore capitis. Capľm. XIIII.

Dolor capitis habet multa nomina:
sicut dicit Haly scδa
particula tegni. cõmento. 24. in cõmento illi/
us: Secundum partem vero eorum que sunt
ꝺm cerebruz. vbi dicit. ꝙ loca sode sunt diuer/
sa. Ubi etiam dicit ꝙ omnes dolores capitis nomine cõ/
muni dicuntur soda. Et alius dolor est qui comprehendit

caput totū ⁊ dicitur dolor ōnalis vel cephalea. Alius est qui comprehendit vnam duaruȝ partium cerebri: scȝ medietatem. ⁊ dicitur emigranea quasi semicranealis: quia medietas cranei quod est os vel ossa capitis. Et alius est qui sentitur intra. ⁊ si figatur in aliqua parte circa medietatem dicit̄ clauus vel monopagia. Si de ventositate est pulsatiuus: ⁊ si inflatiuus est apostemosus ⁊ econtra. Et si de sanguine est intensiuus. si de colera est pungitiuus ⁊ mordicatiuus. si de flegmate est infixus ratione viscositatis. si de melacolia est aggrauatiuus rōne ponderositatis nimie. si de vētositate est erratiuus. vñ versus.

Infigit. pungit. extendit ⁊ aggrauat errat.

Et ita apparet noīa doloris ⁊ diuīsio: ⁊ rōne loci ⁊ rōne materie ⁊ rōne modi affligendi. Alie sunt diuisiones que videbunt̄ inferius. ¶ Dicit̄ ergo dolor capitis a dolendo: qm̄ destruit sensuȝ: q2 oīs dolor destruit virtutē ⁊ facit eā cadere. dicit̄ 3ª ꝑticula regimīs acutoꝝ. cōmē. 34. cū destruit virtutē aīalem fluentē cū spiritibꝰ dissoluēdo spūs. tñ radicalis virtus aīalis nō ꝓsternit̄ nisi in morte totius vel partis. vel destruit ⁊ ꝓsternit q̄tuȝ ad operationē secundā vel q̄tum ad 2ᵐ actū: que est sensatio debita obiecti ꝓprij: nō tñ ad actū p̄mū qui est esse vel sentire absolute: q2 in dolore sentit̄ ꝯtrariū. Et ex hoc pȝ diffinitio doloris quā ponit Auic. fen 2ª. sūma 2ª. caº 19º. vbi dicit ꝙ dolor nō est nisi ꝯtrarietatē rei cōtrarie sentire. ⁊ dic̄ post. ꝙ dolor est sensibilitas rei ꝯtrarie. ⁊ Auer. in 3º colliget. cº de actibꝰ virtutis sensibilis sensus tactus. dicit ꝙ mala sensibilitas dicit̄ dolor. ⁊ Gal. 2º interioꝝ in p̄nº. dolor nō est nisi sensus nociuus: sicut delitia ē sensus amabilitatis. ⁊ 4º de morbo ⁊ accñte. c. 6º. dic̄ sicut cōtrariū delitie est passio subitanea extra nām exñs ꝯtrariū delitie. ergo est dolor. pȝ igit̄ ex p̄dictis ꝙ dolor capitis est sensibilitas rei ꝯtrarie subito capiti aduenīētis. vel extra craneū vel intra in cerebro ex mala cōplone īmediate ꝓueniens: lȝ aliq̄n cā ꝯtinuitatis sit cā remota ⁊ semꝑ concomitans: sicut dicit Gal. 4º de morbo. caº 6º. ⁊ in de mala ꝯplone diuersa. dicit Gal. dolores nō sunt nisi vlcera. i. dolor nō est sine vlcere. i. sine solone cōtinuitatis: q2 mala ꝯplo calida rarefacit ⁊ distendit. mala ꝯplo frigida cōstringit. Et iō dico ꝙ solutio ꝯtinuitatis est duplex. s. debite ⁊ īquisite: in arefactiōe est solutio cōtinuitatis debite ad sanitatē: sed non requisite ad esse. ¶ Hic silr̄ est alia dubitatio. Utrū cerebrum sit sentiens ⁊ dolēs: ꝙ nō doleat videt̄ q2 nō sentit. dolor enim est sensus rei ꝯtrarie. ꝙ non sentiat dicit Auic. iiº de aīalibus. caº de humoribꝰ. vbi dicit. ꝙ est talis qualis est medulla inter ossa. ⁊ dicit Aui. ibi. putauit Aꝝ. ꝙ substātia cerebri sit sentiens. sȝ nō est ita. ¶ Ad oppositū arguitur. membrū qd̄ est p̄ncipiuȝ sensus ⁊ motus: est sentiens: vt dicit ibi: sȝ cerebrū est hꝰ. est enim qd̄libȝ fortius in radice q̄ȝ in ramis. ¶ Dico ꝙ cerebrū rōne substantie medullaris nō sentit nisi sicut substātia a qua ꝓcedit sensus: non sicut illud per qd̄ completur sensus. ⁊ ideo dicit ꝙ est p̄nᵐ visus: non tamē videt. vel dicit̄ ꝙ sensu interiori sentit non sensu exteriori: nisi rōne substantie velatiue ⁊ panniculoꝝ. ¶ Dolor capitis diuidit̄: q2 alius est a causa priuata in capite. alius a causa remota. vel ab epate vel splene vel renibꝰ vel diafragmate vel ītestinis: sicut in pleuresi ⁊ constipatione ventris. ¶ Itē q̄dam dolor est a mala ꝯplone cū mā: ⁊ q̄dam sine materia. q̄dam cū reumate ⁊ q̄dam sine reumate. ¶ Iteȝ q̄dam est fortis ⁊ q̄dam debilis. Fortis qui aliquādo separat ossa capitis in īfantibꝰ ⁊ viris inducit aliquādo alienationem ⁊ spasmum. Debilis sicut est litargia ⁊ soda cuius cā est debilis. accidit vniuersaliter illi cuius cerebrum est sensus fortis: ⁊ nō cui cerebrū est sensus debilis. p̄mus eniȝ patit̄ ab omni cā quānis causa sit debilis. ¶ Et de hoc est dubitatio: q2 ex hoc videt̄ ꝙ ad fortitudinē sensus seq̄tur debilitas membri: qd̄ videt̄ falsuȝ: q2 fortitudo arguit temperamētū mēbri: ergo ⁊ fortitudinē complexionis: sicut per Haly pȝ in caº de signis testiculoꝝ. 2ª ꝑticula tegni. Dico ꝙ membꝝ pōt esse fortis sensus duplr̄. vno mō ꝙ sit bone discretionis ⁊ certi iudicij. ⁊ hoc modo pulpe digitoꝝ dicunt̄ fortis sensus. ⁊ talis fortitudo sensus arguit fortitudineȝ membri. Alio mō dicit̄ fortis sensus in mēbro. ita ꝙ sit multū sensibile ⁊ passibile. ⁊ ex tali fortitudine membri seq̄tur mēbri debilitas: q2 ex tali passibilitate īcurrit dolor qui prosternit virtuteȝ. Uel dicit̄ fortis sensus in membro rōne ꝯplexionis equalis vel rōne ꝯpositionis. p̄mo mō arguit fortitudinē membri. 2º modo eius debilitatem rōne raritatis: q2 percipiunt ⁊ citius ledunt̄ a causa exteriori ⁊ si non a causa interiori. ¶ Iteȝ dolor alius est nouus alius antiquus ⁊ cronicus. ¶ Contra arguit̄: q2 galeatus nō facit dolorem nisi ꝯtrarium sit subito eueniens. dicit Auic. caº de causis delitiarū. fen 2ª. p̄mi lib. sȝ ille qui per annū durat vel per tēpus longū non venit subito. ergo nō facit dolorē. Dicit̄ aūt longus iste dolor magis ⁊ temporalis ⁊ mālis. ⁊ est ibi reuocatio materie vel vaporis vel motus eius nouus. aliter nō lederet sensibiliter sicut nec granuȝ positū in oculo nisi rōne motus. ¶ Item alius dolor est morbus. alius est accidens morbi vt in fe. ⁊ vomitu ⁊ constipatione ventris ⁊ sil'ibus morbis qui diu durant. Sed hoc intelligo ꝙ dolor accipitur dupliciter. aliquando pro causa doloris. aliquando pro ipsa sensibilitate mala. p̄º modo aliquando est morbus. 2º modo non. vnde Hali. 3º de morbo. capº 6º. dicit ꝙ omnis mala cōplexio est morbus: a qua prouenit scilicet nocumentum sensibile in operationibus prouentu p̄mo ⁊ immediate: sicut est frequenter de causa doloris. Et isto modo accipitur dolor 2ª particula affo. Quicunq3 dolentes aliquid corporis plurimū dolorem non sentiunt. i. causam doloris.

**Cause.** Cause doloris capitis sunt multe: aut interior aut exterior. Interior autem est in capite aut venit aliunde: ⁊ siue sic siue sic. vel est cuȝ materia vel sine materia. Si cum materia. vel est sanguinea vel colerica vel flegmatica vel melancolica aut ventosa vel apostemosa: lȝ ipsa sit de membris. tamen tunc est causa composita ex mala complexione cum materia ⁊ solutione continuitatis: vt dicit Aui. fen scd̄a. primi libri. caplo 5º. in alijs non sic. Si sine materia vel est calida vel frigida vel sicca: quia humiditas sine materia non facit dolorem. dicit Auicen. fen prima. libri tertij. tractatu secundo. ⁊ fen secūda. p̄mi libri. caplo de causis doloris. Et adhuc vel est calida tantum vel frigida tantū. vel sicca ⁊ calida: vel frigida ⁊ sicca. vel cōposita ex humiditate ⁊ qualitate actus. ¶ Cause igitur calefacientes in quinq3 generibus comprehēduntur: scȝ motu superfluo corporali ⁊ animali: obuiatione rei superflue calefaciēti sicut igni vel soli in estate. materia calida corpori aduenienti vel capiti vt cibus calidus: aut medicina calida: aut ventositas aut vapor calidus sic̄ de aromaticis ⁊ fumosis vel de alijs. vel coopertura nimia est de hoc genere. vel spissitudo cutis prohibētis euacuationem ab intra. aliquādo a putrefactione alicuius humoris in capite vel in stomaco vel in pectore vel epate vel in splene vel pulmone vel matrice vel in renibus. ⁊ ita de membris cōicantibus capiti. Et ita causa interior ⁊ exterior hic comprehenduntur. ¶ Cause frigidefacientes dolorem capitis in septem generibus ꝯprehenduntur. s. motu sup̄fluo quiete superflua ⁊ eius obuiatione: ꝙ infrigidat nimis aut ꝙ vehemēter calefacit: ⁊ resoluēdo subtile calidū infrigidat: etiā per accidēs suffocādo

calorem.⁊ nimia nutrimenti paucitas. Et accidentia ani/
me ⁊ reponãtur sicut tristicia nimia ⁊ sollicitudo et studi/
um multũ. Et coitus superfluus qui ſm Haly 2ª particu/
la tegni. reponit̃ inter accidentia anime quo ad imagina/
tionẽ precedentẽ ⁊ delectationẽ ⁊ verecundiã sequentẽ:
licȝ motus sit ibi corporalis ⁊ expulsio naturalis caloris ⁊
spirituũ ⁊ spermatis ⁊ sanguinis. ¶ Cause desiccãtes sũt
multe: sicut motus ⁊ vigilie,⁊ vehementer euacuantia to
tuȝ corpus: aut caput totũ pro euacuatione particulari cũ
fluxu sanguinis nariũ cũ reumatismo gargarismate ster/
nutatorijs caputpurgijs.⁊ ex eis est coit⁹ ⁊ nutrimẽti pau
citas ⁊ eius siccitas.⁊ ieiunare in pane tñ ⁊ modico aque
⁊ similib⁹. ⁊ medicine desiccantes ⁊ desiccãtibus obuia/
re sicut sunt emplastra calida ⁊ rubificantia ⁊ exterius re
spicientia.⁊ dies caniculares ⁊ motuũ frequentia.⁊ tristi/
cia ⁊ studiuȝ multum.⁊ balneare se in aquis stipticis.⁊ fri
gus congelans: quia ꝓhibet membrũ attrahere nutrimẽ/
tum obturãdo rõne constrictionis: ⁊ res superflue calefa/
cientes resoluẽdo.⁊ multuȝ balneari: licet balneũ ventre
constipato vel super repletionẽ faciat caput dolere replẽ/
do ipm vaporibus malis: sed quãdo superfluit: resoluit ⁊
desiccat: ita ꝙ in ꝑncipio est causa doloris replendo: ſȝ in
fine est causa doloris quãdo superfluit desiccãdo rõne ca
loris sui. aliter enim humefaceret rõne humiditatis sue.
Sed qꝛ humiditas nõ facit dolorẽ: nisi qꝛ ↄiungitur cum
caliditate vel frigiditate: ideo ex pte humidi nõ pono cau
sas doloris nisi accidat per accidens rõne materie cõiun/
cte extendendo: ⁊ ita cõtinuuȝ soluendo: ad quã solonem
cõtinui seqtur dolor vel calor ⁊ spiritus ad remouẽdũ no
cumentũ: ⁊ tunc fit ibi mala cõplexio subita ⁊ ꝑ cõsequẽs
dolor. vnde humidum: qꝛ qualitas obtusa non facit alte/
rationẽ nociuã subitã: nec per se nec per accñs facit dolo/
rẽ rõne q̃litatis: ſȝ per accidens rõne motus ⁊c̃.

Signa. Signa causaꝝ extrinsecarũ habentur per in/
dicia patientis ⁊ assistentiũ ⁊ per visum ⁊ per
tactuȝ ⁊ per iuuatiua ⁊ nocitiua. Si ergo color faciei ver/
git ad ruborem aut liuorẽ ⁊ locus ad tactũ est calidus vel
frigidus: ⁊ si calida iuuant: causa est frigida.⁊ si ecõuerso
cã est calida.⁊ sic apparet de exterioribus: ⁊ qꝛ fuit disco/
opertus in capite vel in vento vel in ꝓfundo cellarij vel
in volta capite vel corona rasa de nouo vel post sudorem
vel balneũ ⁊ post omnia cutem rarificantia. Ista oĩa sunt
signa habita per indicia patientis. Eodeȝ modo si post lõ/
gam moram in sole incipit reuma in estate currere ⁊ frigi
da iuuant: ⁊ tunc est de causa calida. ¶ Signa causarũ ĩ/
trinsecarũ. dicit Auicẽ. 3º. cañ. fen ꝑª. tractatu 2º. caº 7º: sunt
hec. Si fuerit. cum materia: tunc est grauitas in mẽbro.⁊
si caput inclinet̃ ⁊ subito eleuetur ⁊ tunc sentiat perturba
tionẽ ⁊ ponderositatẽ maiorẽ q̃ꝫ ꝑus: est tunc discrasia cũ
materia.⁊ si superfluitates vadãt ad nares ⁊ oculos ⁊ ad
os ⁊ ad palatum. ¶ Signa discrasie sine mã sunt ꝑuatio
istoꝝ signoꝝ: ſȝ tamen quãdo mã est ventosa non est gra/
uitas: sed extensio. vel est punctura ⁊ sonitus ⁊ tinnitus ⁊
ↄstipatio vẽtris vtplurimũ.⁊ ita est in colerica: qꝛ est pun
ctura sine extensione cum pauca vel nulla grauitate.⁊ h̾
est qđ dicit Auic. vbi ꝑus. ꝙ cuȝ materia est sicca minora
tur grauitas nisi sit melica.⁊ tũc est grauitas rõne substã/
tie in se nõ rõne grauitatis q̃ꝫtitatis sic̃ est in sanguine rõ/
ne multitudinis eius. ¶ Si ergo sanguis sit in cã: tunc ca
lor ⁊ rubor ⁊ apparitio venarũ paruarũ in albis oculorũ.
⁊ calor.⁊ aliqñ est fluxus sanguis nariuȝ.⁊ per ea que ꝑus
comedit. s. carnes ml̾tas: ⁊ qꝛ nõ fuerit flobotomatus diu
⁊ silia. ¶ Si cola sit in cã: tunc est pũctura ⁊ mordicatio
sitis ⁊ vigilie ⁊ citrinitas coloris.⁊ qꝛ est colericus. tẽpus
estiuuȝ.⁊ comedit assata frixa.⁊ potauit vinũ bonũ. Si sit
de flegmate: tunc est paruitas sitis ⁊ inflãmatiõis ⁊ color
vergẽs ad albedinẽ. somnus grauis ⁊ q̃si subeth.⁊ multi/
tudo superfluitatis.⁊ comedit pisces fructus ⁊ lacticinia.
⁊ tẽp⁹ est hyemale.⁊ ipse est senex vel flegmaticus. ¶ Si
de melica: tunc dolor est paucus ⁊ color liuidus sõnia ter
ribilia ⁊ grauitas ⁊ pondus ⁊ alia. s. etas ↄplo melica tẽp⁹
autũnale.⁊ sic discurrẽdo per nãlia nõ nãlia ⁊ ↄtra nãm.
per non nãlia: qꝛ est vsus carnib⁹ bouinis ⁊ piscibus ⁊ sale
induratis ⁊ alijs melicis. ¶ Signa igit̃ caliditatis cogno
scunt̃ ex calore loci ⁊ inflãmatiõe. ¶ Signa frigiditatis
sunt ↄtraria illis vel cũ malitia cognitiõis. ¶ Signa sic/
citatis sunt qꝛ res euacuantes ⁊ inanientes precesserunt.
¶ Signa vẽtositatis sunt tinnit⁹ motus de loco ad locũ
cũ extẽsione. ¶ Signa vermiũ sunt corrosio ⁊ dolor acu
tus.⁊ est fetidus odor.⁊ qꝛ dolet minus cũ quiescit q̃ꝫ cuȝ
mouet̃.⁊ in sõno spuma in ore quasi masticaret cibum.⁊
maxime si sit in ventre. ¶ Signa nimij sensus ⁊ debilita
tis eius: qꝛ pro q̃libet facili cã ledit̃ patiẽs ⁊ frequẽter: ita
ꝙ nõ põt pati voces hoĩum nec aĩalium sicut in debilita/
te sensus ⁊ ꝑturbatio sensus ⁊ ĩpedimentũ in oꝑationib⁹
cerebri. ¶ Signa reumatis sciunt̃ per illa que distillant
per nares aut palatũ aut per oculos aut per tussim: aut ꝙ
vrina est valde granulosa circulus aquosus ⁊ aliqñ caro/
pos. ¶ Signa doloris ex cã priuata in eo sunt cõtinuitas
sine ĩterpolatione.⁊ ꝓpter renouationẽ mãe ⁊ motus sui:
qꝛ dolor trahit mãȝ: qꝛ oĩs dolor acuit reuma 3ª ꝑticl̾a te/
gni. Et simil̾r membrũ ↄsuetũ ad malã mãm gnãt sibi si/
mile.⁊ ita renouat̃ cõtinue ⁊ subito. aliter nõ fieret dolor.
⁊ est nocumentũ in oꝑationib⁹ cerebri: sicut tenebrositas
ĩ oculis ⁊ grauis sõnus.⁊ grauitas capitis cũ sanitate alio
rũ membroꝝ. Et si sit ab alijs mẽbris est cũ ĩterpolatiõe.
Et si est in stomaco cognoscit̃ per grauitatẽ stomaci ⁊ an/
gustiaȝ ⁊ per vomitũ ⁊ per nauseã ⁊ fastidiũ ⁊ malitiã di/
gestionis ⁊ paucitatẽ appetitus. Et cũ fit ꝓpter mãm ve/
hementẽ ad stomacũ fit fortior cũ vacuitate stomaci. Et
si sit ab hũorib⁹ frigidis est minor in vacuitate: ⁊ sedat eũ
famis. cũ oĩs dolor capitis veniens a stomaco ex q̃cunqꝫ
cã fuerit est minor post prandiũ: qꝛ cibus ĩpedit ascensuȝ
vapoꝝ. Si tñ humor est flegmaticus vel melicus qui est
in stomaco post satis breue tẽpus molestabit̃ magis. Et si
ex inanitione lõgo tpe durabit iuuamẽtũ. Et si ex colera:
mediocriter. tñ ex colera magis molestatur patiens ante
cibum. sed ex humoribus frigidis magis post. Sed si do/
lor fit ab epate: tunc est grauedo in dextro ipocundrio et
in dextra parte capitis. Et si sit a splene: tunc in parte sini
stra est grauedo ⁊ in parte capitis sibi proportionali. Et si
est ex ventre: tũc est dolor in parte anteriori capitis. Et si
ex matrice: tunc est dolor in circunferentia occipitij.⁊ for
te est cum retentione menstruoruȝ. Et si dolor sit in vela/
minibus cerebri eius aduẽtus est vsqꝫ ad radices oculo/
rum. Et si sit dolor in cute exteriori non peruenit dolor
vsqꝫ ad oculos: ſȝ cute tacta dolet. Soda frigida facta cũ
febre ⁊ cũ tussibus augetur ⁊ debilitatur ſm ꝙ febris au/
getur vel debilitatur: ⁊ quãdoqꝫ est vrina alba: ⁊ tũc pro/
pter declinationem materie calide ad caput. Et multoti/
ens res subtiliantes sunt causa sode aperiendo viam va/
poruȝ ad caput sic̃ oximel. Et si dolor capitis sit a renib⁹
⁊ mẽbris dorsi est decliuior ad posteriora capitis. Et ali/
quando est dolor propter apostema freneticum vel litar/
gicum vel compositum ex his.⁊ est cum alienatione vel
somnietate nimia sine dormitione vigilatiua.⁊ aliquan/
do percipitur per saniem existentem vel ab aure exeun/
tem.⁊ versus communis est ad hoc.
Hic dolor ⁊ partis actio lesa docet.
Et similiter vbi dolor ibi egritudo.

**Pronostica.** Pronosticatio a parte vrine. pª est vrina granulosa vtplurimū reuma ⁊ dolorem capitis significat. q2 granula reumatice semꝑ sunt nuncia cause. ¶ Item vrina velut subiugaliuȝ grossa .s. turbida ⁊ caropos dolorē capitis presentē aut futurū significat. ⁊ de hoc est affo. 4ª particula affo. affo. 7i. Quibus in febribꝰ vrine sunt cōturbate velut subiugaliuȝ his capitis dolores aut adsunt aut aderunt. Et sic est ītelligēdum ꝙ si vrina mingit̄ turbulenta ⁊ sic manet: tūc significat dolorē capitis presenteȝ. Si mingat̄ tenuis ⁊ post turbatur: significat dolorē capitis futurū. Et si mingat̄ turbida ⁊ post clarificet̄: tūc significat dolorē capitis p̄terituȝ. ¶ Et theophilus in vrinis suis ponit signum distinctiuū inter vrinā turbatam a frigiditate aeris ⁊ cōmotione humoꝝ īterius: q2 scd̄a est in mictura. pª nō. Et dicit sic. Urina calefacta ad ignem: si ampulle generent̄ in superficie: tūc fit turbatio a frigiditate aeris. Et si fuerit in mictura tunc non gn̄ant̄ur. ⁊ est notabile. Nec est credendū ꝙ tornata ⁊ cōturbata sint eadē: q2 ꝯturbata est peruia: ⁊ sic visus eam percipit: sȝ tornata non. hoc eniȝ est tornari vrinā .i. eam obscurari vel obtenebrari: sic ꝙ visus nō percipiat eā purā. ⁊ hoc fit ꝑpter coagulationē: ⁊ nō ꝑpter inspissationē: sicut de cera liquefacta ⁊ cuȝ infrigidat̄. vn̄ sepe in estate tornata vrina non redit: q2 spiritus exhalant: sed in hyeme redit: q2 occultant̄: nisi frigiditas sit nimis penetrans: ⁊ q2 ablatio spuūm est cā tornatiōis: ⁊ per cōmixtionem partiū purarū cū īpuris. Ideo vrina gulosoꝝ cū modicuȝ moret̄ in corpore solū defert secum transparentiaȝ ⁊ peruietatē: nō spiritus per quoꝝ ablationē vel mortificationē vel occultationē vrina tornatur. iō ipsa tornatur. ¶ Item vrina in febribꝰ acutis que sine crisi efficitur alba subito: ⁊ dolorē capitis ⁊ alienationē ⁊ raptuȝ materie significat ad sup̄iora. ¶ Iteȝ vrina cū circulo grosso opaco capitis dolorē significat. Simil'r omnis dolor ⁊ potissime auferens sensum somnū ⁊ cibuȝ pessimus est ⁊ mortalis. Et hoc dicit Auic. p°can̄. fen 4ª. ca°. penult°. omnis dolor qui sit fortior q̄ȝ virtus queat tolerare interficit ⁊ virtuteȝ ꝓsternit. Sil'r omnis dolor acutissimus in febre cū alijs signis malis signū est perniciosum valde siue sit dolor in ventre siue in capite siue in latere: ita ꝙ nō permittit patiētē alicubi quiescere: q2 est apostema in aliquo mēbro nobili vel sibi cōicante. ¶ Iteȝ dolor capitis in febre frequēter significat crisim per vomitū si cuȝ hoc ꝯtingit dolor in ore stomaci: ⁊ putat q̄si muscas an̄ se volare: vel aliqd̄ tale nigruȝ: vt dicit̄ 3° ꝓno. can̄. 3z. Sed p̄us can̄. i3° dicit ꝙ dolor in capite vsq3 ad dies. xx. manens in febre si signū nō appareat maluȝ: significat febrē nō abeuntē: sanguinē de naribꝰ exire cretice vel exiturū infra septē dies: a quo dolor īcipit fortificari. ⁊ si vltra durauerit erit apostema in aliqua ꝑte corporis ⁊ exitura cretica. ⁊ hoc si dolor sit versus frontem ⁊ tēpora. ¶ Iteȝ oīs dolor fortis ⁊ maxime capitis ante oīa alia dȝ medicari primo: q2 ꝓsternit virtutē. ¶ Itē dolor fortis galeaticus: q2 totuȝ caput tenet sicut galea: antiquus est pessimus ⁊ cure difficilis īter dolores. ¶ Itē dolor capitis repentinus acutissimus sine voce pessimus: q2 appoplexiam significat. ¶ Itē oīs dolor cū reumate est malus: q2 reuma oēm opationeȝ rectam impedit. ¶ Itē priuatio doloris in febribus acutis pessimū est: q2 stuporem significat. ¶ Item oīs dolor capitis ad queȝ sequitur spasmus ⁊ apostema vel febris aut oculoruȝ eductio vel nimia sūmersio pessimus est ⁊ mortalis. Unde generaliter omnis dolor capitis est malus: q2 si caput infirmuȝ cetera membra dolent. ⁊ Anticlaudianus ait: Defluit in membra capitis iactura dolētis. ⁊ hoc propter compassionem ad ipsum caput.

**Cura.** Cura doloris capitis cōsistit in tribus. in dolorum sedatione cuȝ eo qd̄ alterat ⁊ mutat cōplexionē que est cā doloris. ⁊ cuȝ eo qd̄ ipsaȝ cām doloris aufert. s. euacuādo ⁊ a corpore resoluēdo. 2°. cū inebriantibꝰ .i. cum leuiter somnum prouocantibus. 3°. cum stupefaciētibus: sicut dicit Auicē. fen scd̄a. primi libri. doctrina scd̄a. sūma scd̄a. cap'lo 2i°. sedans tamen certum est p̄mum. Et cap'lo penultimo. p̄mi libri dicit. ꝙ istud qd̄ soluit dolorē est quod malam complexioneȝ alterat ⁊ mutat. 2°. id qd̄ soluit materiam ⁊ euacuat ⁊ resoluit. 3°. illud quod stupefacit. tamen aliquando stupefaciens est sedans apparenter sensum mortificando: quia in dolore est cā imprimēs ⁊ cā percipiens. 2ª īpedit stupefaciēs p̄mū aliqn̄ augmentat. ⁊ iō non est vere sedans. ⁊ qn̄q3 accidens superat morbum p̄ncipalem sicut est in dolore forti: q2 dolores ꝓsternunt virtutem: vt patet in colica: tunc aliquādo incipiendum est ab abscisione accidentis. deinde ad morbuȝ: sed quādo accidens dat inducias: tunc p̄mo incipiendū est a morbo p̄ncipali: sicut innuit Auic. p̄mo can̄. cap°. vltimo.

p°ergo dicam curam doloris materialis que consistit in materie digestione si sit materia humoralis alia a sanguine. 2° in eius euacuatiōe. 3°. in accidētis amotione ⁊ male qualitatis alteratione. 4°. in diete ordinatione. ¶ Si ergo materia sit sanguis vel cuȝ materia peccante sit sanguis. p̄mo fiat. i. ī p̄ncipio flobotomia de mediana partis opposite parti dolenti vel cephalice eiusdem partis. deinde de venis capitis sicut vena frontis nasi ⁊ venaruȝ partis auris. ⁊ aliquando debet fieri de vtroq3 brachio simul ⁊ aliquando de venis colli. ¶ Et si non potest pati flobotomiam fiant ventose cuȝ scarificatione in parte posteriori capitis ⁊ inter spatulas. vnde Hyppo. 5ª particula affo. affo. 68. posteriora capitis dolentia in fronte vena recta īcisa iuuat. Tamē si materia sit in dextra parte capitis nō ad sinistram trahere debes sed ad inferiorē: vt dicit Aui. p̄mo can̄. fen 4ª. 3°. c°. ⁊ loquitur de diuersione: q2 diuersio debet esse ad opposita ⁊ ad longinqua: nō ad propinqua: si corpus sit plectoricuȝ. tamen 5ª particula affo. vbi p̄us. dicit Hali. ꝙ deberet fieri a dextra parte in sinistram. ⁊ h̄ est veruȝ quādo volumus purgare purgatione particulari quādo corpus est plectoricuȝ: sed quādo volumus prope diuertere: tunc opȝ per longinqua illud facere. Et illa diuersio potest fieri fricando pedes ⁊ extrema ⁊ ligando illa: sed non lauando si cā sit reumatica calida. vel pōt fieri scarificatio in tibijs ⁊ flobotomia de vtraq3 saphena. ⁊ flobotomia de brachio satis diuertit a capite. ¶ Nōnᵐ h̄ ꝙ omnis materia potest tribꝰ modis minui ⁊ inanitioneȝ habere: aut per euacuationē sensibilē vel occultā: aut per diuersionem a parte nobili ad ignobilem: aut per vtrūq3. vt dicit Mesue in practica sua. cap°. de cura sode. ¶ Euacuatiōes occultas natura regulat: vt innuitur ibi. Uētres hyeme ⁊ vere. p̄mo ꝓnost. in ꝯmē. illius: Que omnia si sic fuerint. in p̄n°. cōmento. s. ii°. ¶ Euacuationes aūt sensibiles natura regulat quādoq3 per se: q2 ipsa est oīum operatrix: qn̄q3 adiuta a rebus exterioribꝰ ⁊ per artem. ⁊ hoc fȝ duos modos: aut vniuersaliter aut particulariter. Uoco aūt vniuersaleȝ purgationē que mām euacuat a toto corpore aut a pluribus mēbris aut a fumosis ⁊ p̄ncipalibꝰ sic colera in epate abundans ⁊ in kisti fellis: ⁊ flegma in stōco: ⁊ mel'ia in splene. Et voco particularē eūonem que ex vno membro vel ex parte illius mām euacuat que in illo abundat vt ex epate ⁊ emunctorijs eius sicut mām cerebri per palatū ⁊ nares ⁊ oculos ⁊ aures. ¶ Et est hic notāduȝ ꝙ particularis eūatio dȝ preponi vniuersali nisi in q̄tuor casibus: aut q2 mā non multū abundat in q̄ātitate ꝙ suffic̄ in emūctorijs mēbri lesi exhi: aut q2 mēbrū mādās

nõ est forte ĩmittendo:nec recipiens natũ est in recipien/
do.aut qꝛ membrũ nõ recipit nec h3 cõitatẽ notabilẽ cu3
alys mẽbris.aut qꝛ corpus ꝛ alia membra nõ sunt posita
sub dominio materie facientis egritudinẽ in illo mẽbro.
Diuersiones a pte nobili ad ignobilẽ debẽt fieri per frica
tiones extremitatũ ꝛ ligaturas ꝛ cõpressiones dolorosas
earũ ꝛ cũ ventosis ꝛ cũ vesicantib⁹ in eis sic̃ cantarides ꝛ
cicade posite in tibys faciunt ibi vesicã. Res que habẽt
intentionẽ vtriusq3 sunt sic̃ clisteria ꝛ suppositoria ꝛ q̃ ad
longã distantiã trahunt ꝛc̃. ¶ Modo circa digõne3 ma/
terierũ tam caľarũ q3 etiã frigidarũ sciẽdũ est ꝙ cũ in vn/
ctionib⁹ ꝛ emplastris ꝛ epithimatib⁹ ꝛ embrocationibus
d3 fieri digestio mãe ꝯiuncte in capite. In cã g̊ caľa capi/
tis ab alterantib⁹ frigidis exterius appositis:cũ inunctio/
nibus.s.ꝛ emplastris frigidis ĩcipere debemus ad repres/
sionẽ excessus caliditatis ad ꝓhibẽdũ aduentu3 alterius
mãe nocitiue ad locũ:nisi in q̃tuor casib⁹. ¶ Primus est
in soda caľa que est in febrib⁹ mãlib⁹.vsus tũc epithima/
tũ frigidoꝝ repcussiuoꝝ multiplicat talẽ dolorẽ capitis:
qꝛ nõ permittũt vapores exire:s3 attractio aceti ꝛ aq̃ roš.
vel vioľ.per nares vehemẽtiã eius sedat. ¶ Scðs casus
est qñ fit soda.i.dolor capitis ꝓpter vapores acutos q pue
niunt ad caput ex cõitate toti⁹ corporis aut mẽbri alicui⁹
ꝛ iam caput recipit eos.ꝛ tũc op3 facere vt fiat eoꝝ diuer
sio ad oppositũ ꝛ diuersu3 ex vna pte ꝛ ex alia ia3 receptũ
resoluere:ꝛ hoc sedat eu3 ꝛ nõ frigida exterius applicata.
¶ Tertius casus est qñ soda fit a nocumẽto qð infert a
multitudine.ꝛ tũc eũatio eã sedat. ¶ Quartus est qñ so/
da fit a multitudine vapoꝝ existẽtiũ in capite ꝛ post cõi/
tatẽ corporis aut alterius mẽbri.ꝛ tũc resolutiuoꝝ admi/
nistratio cũ facilitate pticulariũ p eũonẽ eã sedat. ¶ Ul/
terius nota ꝙ emplastra ꝛ linimẽta alterãtia nõ sunt ex/
polianda ab aliq̃ triũ virtutũ. p̊ª est cõferentia in gradu
alterationis ꝙ fit.s.ꝯria discrasie ineq̃li gradu. zª est vt
coadiuuet nã3 mẽbri ꝛ v̾tutẽ vt nõ recipiat supfluitates.
3ª vt ꝯfortet mẽbrũ cui applicař ꝓp̃etate sua.ꝛ illa repe/
riunř in roš. in sandaľ.in cã caľa.ꝛ in ligno aľ.ꝛ in cinamo
mo in cã frigida.ꝛ h̾ dicit Haly in 3ª pticula tegni.cõmẽ.
7i°.in cõmẽto illius:Altera v̊o in his. ¶ Mõ dicendũ est
de cura doloris mãlis alteri⁹ a sanguine qꝛ raro ab absci/
sione cãe incipe debemus nisi sit cã sanguiea aut mã acu/
ta cũ sanguine. ¶ Si colera tũc d3 p̊ digeri cũ sirupo ace
toso ꝛ aq̃ de lupulis ꝛ aq̃ ordei ꝛ aq̃ buglo. vtriusq3 dome
stice ꝛ siluestris.ꝛ sirupo viola.ꝛ sirupo rosa.ꝛ sirupo ne/
nufař. ¶ Si materia sit flãtica digestione3 faciũt oximel
simplex ꝛ squilliticũ:qꝛ diureticũ nõ valet si cã sit reuma
tica.nec aliq̃ ponãř diuretica nisi mixta cũ nõ diureticis.
Et de simplicib⁹medicinis val3 ysopus rutha thimus spi
ca nardi rõne terrestreitatis ꝛ rõne aromaticitatis ꝛ siľia
sic̃ cinamomũ ꝛ nux mu. ¶ Si fuerit mã adusta colerica
digõne3 faciunt sirupus acetosus ꝛ aq̃ lupuli ꝛ fumiterre
ꝛ alterasecon.i.rostrũ porcinum vel endiuia siluestris qð
idẽ est. ¶ Si aũt cã fuerit meľica erit regimẽ ei⁹ duplex.
ex vna pte q̃ hũectant ꝛ remolliunt duriciẽ ꝛ siccitatẽ ter
restreitatẽ.ꝛ ex altera pte cũ eis que resoluũt resoľone nõ
pducẽte ad lapideitatẽ ꝛ sclirosim cũ opantib⁹cũ medio/
critate ꝛ tẽperie vicissi3 vt cedat eq̃liter maturatio absq3
cõsũmatione subtilis:sic̃ q̃dã que hoc faciũt ex p̃cedente.
dicit Auer.zª pticula sue practice.in 3°.canticoꝝ.c.de mol
lificatiua medicina.vbi dicit.ꝙ medicie mollificãtes de/
bent hr̃e caľitatẽ a p̊n°.scði gradus vsq3 ad finẽ eiusdẽ.Et
d3 esse talis mã ꝓpinqua ꝯplexioni mẽbri mollificandi:
sic̃ si duriciẽ exteri⁹ debemus mollificare:valet galbanũ
armoniacũ bdelliu3 storax calamita medulle tibie ceruí/
ne. Iste eni medicine dissoluunt ꝛ resoluunt ꝯgelatũ vel

inuiscatũ in mẽbro p̃ter ꝙ dissoluãť vel ꝯsumant subtile
in illo.Et iõ freq̃nter qñ mã est in capite facio sibi empľ3
sup caput de laudano ꝛ storace calamita cum cera. ¶ Ad
istã eãdẽ intẽtionẽ iterũ tñ val3 sirup⁹ de boragi.ꝛ fumo
terre cũ aliq̃tulo oximellis diuretici ꝛ squillitici.sic̃ dcm̃
fuit in p̊ li°.de digerẽtib⁹ mã3. ¶ Hic tñ nõn⁹ ꝙ in oĩ do/
lore capitis si sit mãlis val3 iste sirup⁹. ℞.attriplicis eupa
tory capilľ.ve.ysopi rostri porcini.añ.M.i.roš.3.s.ãthos
3.y.liquir.q̃r.s.çuccari.q̃r.i.s.fiat digestiuu3.Et si sit cum
reumate frigido tũc ponař nucleoꝝ auellanarũ assatarũ
vel torrefactarũ.3.vi.vľ.3.i. Et si sit sine reumate frigido
debẽt esse nõ torrefacte cũ pineis ad pondus.3.vi. Et vo/
co illð sirupũ auellanarũ assatarũ vel torrefactarũ. ꝛ ego
expertus su3 in oĩ dolore capitis sine febre.

¶ Circa zm p̃ncipale.s.circa eũonẽ mãe sciendũ ꝙ mã san/
guinea eũatur cu3 flõmia ꝛ vẽtosis ꝛ scarificatione.S3 si
mã sit colerica d3 eũari cũ cassiafi.ꝛ prunis ꝛ tamarindis
si nõ sit malitia pectoris.vel cũ eľario de succo roš.vel cũ
diaprunis acuitis cũ diagridio cocto cũ mastice ĩ citonio
ꝛ illud citoniũ post p̃parationẽ illã optime laxat ꝛ secure.
vel cũ isto colalegio. ℞.floꝝ borag.floꝝ vio.añ.3.i.vuaꝝ
passa.mũdataꝝ ab arillis.3.i.fiat ðcoctio in sero caprino.
ꝛ in decoctiõe tẽperenř per diẽ ꝛ noctẽ cortices mirabola
noꝝ citrinoꝝ hñ gũmosoꝝ.3.i.fricenř lẽto igne ꝛ colenř.
ꝛ colature addař cassiefi.mũde.3.i.masticis diagridy.añ.
℈.i.misceanř ꝛ denř in aurora. Reubarbarũ nisi mã fue
rit in stõ vel in epe abundans modicũ val3.ꝛ iõ in dolore
capitis de cã caľa ꝛ cũ fe.val3 reubarbaꝝ ꝛ plusq3 mirab.
qꝛ mirabolani hñt stipticitatẽ quãdã rõne cui⁹ ledũt ali/
qñ plusq3 iuuant. ¶ Si cã fuerit flãtica:tũc d3 eũari cum
diaturbith acuito cũ modico agarici:s3 tñ qꝛ plus pillule
trahũt mã3 de capite in cã frida.dic̃ Dam.zª pticula affo.
suoꝝ.affo.25°.vbi dř ꝙ siquis vult purgare caput d3 dare
pillulas magnas post cenã:facta.s.pª digõne:qñ vadit dor
mitũ.iõ cũ pillulis de ierapig.gaľi pñt purgari patientes
in cã flãtica acuitis cũ turbith ꝛ agař.vel in antiq̃ cã cum
pulpa collogntide.s.3.iy.represse cũ mẽtha absinthio ma
stice aniso vel miraboľ.kebuľ.tẽperatus ꝛ fricat⁹ cũ sero
cocto ꝛ bñ clarificato.Et in oĩ cã mãli fiat clistere cõe.tñ
in cã caľa ꝯforteř cũ electuario de succo roš.in cã frigida
flãtica cũ ierapig.gaľi.s3 in cã meľica cũ ieralogodion vel
ierarussi. ¶ Si cã fuerit meľica eũetur cũ diasene diabo/
raginato acuito cũ lapide laçuli bñ abluto.vľ cũ pilľis ie/
ralogodion ꝛ ierarussi.catholicon acuito cũ lapide laçuli
ꝛ modico esule.vel in sero decocto clarificato tẽpenř mi/
rabolani indi emblici gũmosi ꝛ sint ibi per diẽ nãlẽ.ꝛ fiat
colatio ꝛ deř colatura in mane.vñ mirabolani debent vt
cõiter dari in mane:qꝛ sũt tarde opõnis.ꝛ debẽt fieri mo/
tus cũ fuerit acuiti:qꝛ tc̃ pľs opanř. Siľr salgẽma est bom
acuitũ in cã frida vel meľica:tñ in mã meľica vel flãtica
grossa nõ d3 fieri subito ꝛ freq̃nter magna eũo:s3 semp ĩ/
teruallata.s.digerẽdo ꝛ eũando hũores cũ reb⁹ lenitiuis
ꝛ hũectatiuis dãdo cũ h̾ semp aliqd cordiale ad cõforta/
tionẽ cordis:sic̃ ponẽdo in pilľis vel eľarys crocũ cũ bora
gine ꝛ siľia. ¶ Ulteri⁹ nõnm ꝙ ierapigra gaľi h3 sex spẽs
notas.s.masticẽ cinamomũ spicã nardi cassiã ligneã car/
pobalsamũ xilobalsamũ aloem ad pondus oĩum:sicut di
cit Auer.zª pticula canticoꝝ.ꝛ Mesue in practica sua ad/
dit cubebã macẽ nucẽ musca.agař.squinantũ crocũ.cap⁹
de solutiuis in cã flãtica. ¶ Si mã sit ꝯposita de colera ꝛ
flãte tũc. ℞.aloes loti scamonee cocte in citonio collogn.
ĩterioris albe ꝛ leuis agař.masticis.absq3 roš.añ.ptes eq̃/
les ꝯfice cũ succo solatri aut endiuie da a.3.i.vsq3 ad.3.i.s
mũdificat.n.caput ꝛ stõm ꝛ instřa visus ꝛ sunt pillule co/
chie minoris. ¶ S3 si sit flegma vel meľia. ℞.aloes loti

agarici sene turbith çinçib. squille assate sticados epithi-
mi. an. ʒ. ij. absinthij. ʒ. iij. salis gemme. ʒ. i. esule vel collo-
quintide interioris. ʒ. i. mellis qd̄ sufficit. Et si colera esset
admixta pruna ⁊ mirabolani citrini: tunc valent cū alijs.
⁊ ꝙ modicum de diagridio ibi ponatur cum mastice. Et
ista sufficiant de purgatione vniuersali. ¶ Sed in purga
tione particulari oportet aliquando cum caputpurgijs et
gargarismatibus ⁊ sternutatorijs euacuare sicut dictum
fuit prius caplo de lepra ⁊ cura eius.

¶ Tertium principale scz doloris de causa calida sedatio
⁊ male qualitatis alteratio completur cum localibus re-
medijs cum emplastris linimentis odoramentis suffumi
gijs ⁊ vnctionibus. Et p̄mo in causa calida emplastrū fiat
de florib⁹ camomille roſ. ⁊ farina ordei radice altee fol.
attriplicis semine lini semine papaueris. Si non pōt dor
mire de viol. siccis floribus nenufar. contritis cum oleo
roſ. aut violato aut nenufar. ⁊ de istis fiat emplastrum su
per caput in loco dolēti ⁊ frequēter amoueatur ne vapo-
res prohibeantur exire. Et linimēta fiant de istis in soda
calida pulsatiua scz de oleo roſ. violato cum pauco aceto
⁊ succo agreste ⁊ modico camphore diu contusis adinui-
cem ⁊ caput illiniatur. ¶ Item cum succo extremitatis
vitis cum farina ordei ⁊ oleo rosato fiat linimētū ⁊ exper
tum est. ¶ Odoramenta fiant de roſ. floribus nenufar.
⁊ viol. ⁊ maluarum positis in sacculo ad nares. Vel de ro
sis sandalis laudano camphora fiat pomum ⁊ odoret̄ per
vices non nimis frequēter. ¶ Suffumigia fiant de roſ.
sandal. ⁊ camphora floribus camomille vł modico spice
positis in olla stricti orificij cuz aqua roſ. ⁊ ibi bulliant su
per cineres calidos ⁊ obturetur vas: deīde aperiatur ⁊ ca
piatur fumus per nares. Et si patitur vigilias ponatur cū
alijs de cortice papaueris albi vel semine eius. Et sit doſ
istorum. ʒ. ij. vel. i. ſm estimationem medici. ¶ Embroca
tiones fiant de violis siccis roſ. nenufar. ordeo excortica
to fol. salicis ⁊ semine maluarum. Et si sint vigilie addat̄
semē vel cortex papaueris albi ⁊ lactuce. Et si sit ꝑmixtio
rationis ponatur semen vel herba portulace ⁊ decoquat̄
in aqua. ⁊ cum cannula per distantiam longam capite ex-
halans fundat̄ si reuma non timueris. Si vis addere ali
quid habens virtutem resoluendi adde camomillaz vel
mellilotum. ¶ Epithimata fiant de semine maluaruz ⁊
euisci ⁊ pulegio separatim ⁊ coniunctim. ⁊ supra caput po
natur cum aceto prius conquassata. tamen cum predicta
decoctione potest fieri embrocatio manuū peduz faciei.
vnde embrocatio fiat ab alto: epithima de prope. ¶ Ca-
putpurgia fiāt de aceto in quo mastix decoquatur posita
ītra nares vel in ore more gargarismatis vel de oleo vio-
lato vel roſ. cum camphora. ¶ Inunctiōes fiant de oleo
rosato ⁊ aceto albo cum modico aque roſ. simul contusis
diu donec totuz ingrossetur: ⁊ tunc permittatur infrigida
ri ⁊ caput ⁊ tempora inungātur. Et si adsint vigilie addat̄
opium vel succus semperuiue. ⁊ alia dicta prius in p̄mo li
bro. caplo de accidentibus febrium. de quoꝝ numero est
dolor capitis ⁊ frenesis. ¶ Modo videndum est eodem
modo de dolore in causa frigida. fiāt emplastra p̄mo sic.
Accipiatur cera alba ⁊ malaxetur cū oleo de camomilla.
deinde extēdatur ⁊ ponatur super frontem ⁊ partem an-
teriorem capitis. ⁊ sepe calidu3 iteretur. Similiter illa di
cta prius. ca° de reumate sūme valent. Et iunctiones fiāt
cum oleo nardino aut laurino. ⁊ possunt confortari cū co-
sto ⁊ pipere: ⁊ in cōmissura anteriori valz ⁊ in lateribus ⁊
in temporibus in emigranea ⁊ posteriorib⁹ in nucca ī ouo
⁊ galea: ⁊ simił in anteriori parte. ¶ Silr oleum de bal-
samo valet ⁊ muscellinuz. similiter oleum roſ. infrigida-
tos calefacit ⁊ calefactos infrigidat; dicit Isido. p̄ma par
ticula affo. Dam. ꝯmēto. 28. ⁊ Gał. p̄ de simplici medicia.
cap°. 3°. distōne 3ª. nō inueni aliquid ita dolorem sedans si-
cut oleuz roſ. Et si vis adde vitellum oui vel flores gene-
stre valet in omni cā. ¶ Linimēta ad dolorem frigiduz.
accipe tyriacam cuz succo menthe misce ⁊ superpone vel
illinias super caput ⁊ tempora ⁊ frontem in medio eius.
¶ Itez ad emigraneam frigidam ⁊ dolorem frigidu3 ex
cinere ⁊ cimino ⁊ aceto fiat permixtio: decoque in oleo et
fiat illinitio: sodā resoluimus. ¶ Embrocationes fiāt in
soda frigida ⁊ vētositate cuz camomilla melliloto folijs
lauri saluia origano ysopo berbena bethonica sauina ma-
iorana ⁊ maluis. ¶ Si causa fuerit melācolica separatiz
vel coniunctim. vel sic. ℞. olei camomille olei laurini vel
de costo. ana. q̄r. 5. musci modicū misceatur cū istis actua-
liter calidis. ⁊ totuz caput embrocetur. ⁊ de istis oleis te-
pidis ponatur intra aurem ex parte dolente cum coto in
eis submerso. deinde apponatur lana succida actualiter
calida super totuz caput aut pellis arietina calida. ¶ Sz
epithimata ⁊ lotiones capitis non fiant in causa reumati
ca nisi post purgationē corporis ⁊ in declinatione reuma-
tis. ¶ Euaporationes fiant sic. ℞. florum camomille flo
rum melliloti florum absinthij viridium rosarum. ana. ʒ.
ij. ⁊ ponantur in tribus sacculis. deinde sacculi ponantur
in aqua calida ⁊ compressi vnus superponatur capiti ⁊ ali
us super aurem. ¶ Item excorietur aries iuuenis ⁊ acci-
piatur pellis īmediate post excoriationem ⁊ actualiter ca
lida ponat̄ sup caput ⁊ ipsam teneat de nocte ⁊ die. ¶ Itē
abluantur nares cū oleo de camomilla tepido. ⁊ in omni
causa calida cum oleo volato vel roſ. tepido. ¶ Item ali
ud vaporatiuum. ℞. miliuz ⁊ torrefiat super tegulam ca-
lidaz: post ponatur in sacculo ⁊ raso capite actualiter cali-
duz ponatur super caput. ¶ Itē accipe. libr. 5. anisi ponat̄
in tribus sacculis ⁊ sacculi ponātur in aqua calida ⁊ vnus
actualiter calidus ponatur sup caput ⁊ alius super aurez
a parte doloris ⁊ sepe iterentur calidi. ¶ Odoramēta sic
fiant. ℞. maiorane. ʒ. i. floruz camomille. ʒ. 5. nigelle corti-
cum foliorum lauri. ana. ʒ. iij. ligni al. spice. ana. ʒ. 5. si sit di-
ues ponatur in olla cooperta ⁊ coquatur vsq3 ad mediuz
⁊ discooperiatur olla ⁊ accipiat fumum per nares. ¶ Ali
ud valens epilepsie ⁊ sode ⁊ prefocationi matricis fiant
de gallia musca. ⁊ ligno al. odoramenta ⁊ ponantur intra
matricem. ¶ Nota tamen ꝙ aromatica faciunt doloreȝ
capitis nimio vsu: sed moderato vsu confortāt: nec debēt
fieri super repletionem: sed post euacuationez. ⁊ hoc reco
lit de aromatibus Hyppo. 5ª particula affo. Mulieribus
confert ex aromatibus ꝯfortatio ⁊c. ¶ Caputpurgia fiāt
que valent in tortura ⁊ opilatione nariu3 ⁊ impedimento
olphatus. Accipiat̄ nigella ⁊ die ac nocte infundat̄ in ace
to. deīde siccetur ⁊ teratur subtiliter ⁊ puluis naribus ap
plicetur ⁊ trahatur quasi sugendo. Masticationes etiam
fiant de duab⁹ partibus masticis ⁊ vna piperis. ⁊ aliquan
do apponatur staphisagria vel piretruz. aliquando radix
capparis. ¶ Item gargarismata fiant cum oximelle ⁊ si-
napi ⁊ yreos aut cuz cortice capparis aut squilla cum yso
po ⁊ piretro ⁊ çinçi. ⁊ similibus. ¶ Itez succus hedere ar-
boree calidus narib⁹ īmissus caput optime purgat. ⁊ suc-
cus hedere terrestris naribus iniectus putredinez tollit.
¶ Idem facit succus cepe ⁊ porri iniectus vel attractus
per nares caput purgat. ¶ Idez fumus radicū celidonie
cocte ī vino per os acceptus caput purgat ⁊ vulnera sub-
leuat. ⁊ decoctio illa gargariçata idem facit.

## Cura emigranee.

Emigranea curatur cū eis-
dē: sz localia variant̄. post
purgationem lauetur caput cum lixiuio facto de cineri-
bus radicuz caulium vrtice maioris ⁊ vitis ⁊ radicis albe

.i. brionie. ⁊ est in omni dolore capitis optimuz. ¶ Item succus foliorum hedere cuz oleo ⁊ aceto misceant̃ ⁊ inungant̃ ⁊ stati dolor sedabit̃ ꝫ Sa. in dinamidys. ¶ Itẽ patiẽs recipiat tres pill'as in modũ fabe factas ex aloe ⁊ succo cauliũ: aut vix aut nũq̃ꝫ vexabit̃ a dolore capit'. ¶ Itẽ tere aloem cuz succo oleo roſ. ⁊ aceto distempera ⁊ vnge frontem ⁊ mirabiliter valet ſm macrum. ¶ Item cũ atriplicib⁹ tritis ⁊ emplastratis aufertur dolor capitis. Et corona de verbena super caput posita valet. ¶ Itez medulla panis mixta cum succo coriandri curat oẽm dolorẽ capitis capite raso. eodẽ mõ serpillũ qđ est piretrũ anglicanũ valet. eodẽ mõ celidonia. ¶ Itẽ oleũ aneti inunctũ optimũ est. ⁊ si sit diues vna gutta balsami ĩfundat̃ ad solem in narib⁹ ⁊ curat intinctũ. ⁊ hoc in cã frigida. In cã vo cal'a portulaca ⁊ plantago verbena optime valẽt. ¶ Itez dialtea in antiquo dolore capitis inuncta optime valet ⁊ mitigat dolorẽ. Et q̃r morb⁹ iste. s. dolor capitis est cõis et cure difficilis ꝑpter latentiã cãe. iõ scribo hic diuersa. Et opꝫ aliq̃n satisfacere populo ⁊ dicere ei diuersa. vni dicas ꝙ vtatur saluia quocũq̃ꝫ mõ voluerit. alteri dicas ꝙ vtatur bethonica. aly dicas ꝙ vtatur lauandula. ⁊ quibusdã ꝙ vtantur peonia. ⁊ alys ꝙ silere montano. ⁊ alys ꝙ vtãtur cubebis vel mace vel nuce mus. vl' cinamomo vel sedraganti. ¶ Sacellationes fiant de milio torrefacto vel assato in patella vel de furfure posito in sacco prius. deinde apponat̃ de floribus camomille vel de maiorana vel de rore marino vel de rutha in causa frigida. vel de roſ. in causa calida. ¶ Electuaria in cã frigida sunt diagalanga pliris cuz musco dianthos. Sed in cã cal'a sunt diapapauer triasãdali ⁊ cãphora. roſ. nouella sine opio vel opiata vt requiescat. vel rubea trociscata. vel in tẽporibus emplastrare acetũ q̃n itur dormitũ. ⁊ sic pñt curari multi capitis dolores. ¶ Si vo dolor veniat a stomaco tũc facta digõne mãe cuz sirupo de mẽtha vel de ysopo fiat eũatio cũ pillulis de aloe sic factis. ℞. aloes loti. ʒ. ij. masticis. ℈. i. ß. mirabol'. kebuloꝝ citrinoꝝ indoꝝ. añ. ʒ. ß. fiant pillule cũ oximelle simplici ⁊ dentur in sero. Et si abhorreat det̃ decoctio in qua dissoluãt̃ trifera saracenica ⁊ diaturbith ⁊ catholicon cũ catartico impiali ⁊ colatura detur. Et deinde fiat scarificatio inter spatulas in occipitio. ⁊ ventose apponant̃. deinde stomacus inungat̃ cuz oleo de mastice myrthino ⁊ nardino. ⁊ ante prandiũ vtat̃ coriandro ad ĩpediendũ ascẽsuz vapoꝝ ad caput. ⁊ post prandiũ vtatur diagalanga diacitoniten. ⁊ ante prandiũ vtatur pliris cũ nuce mus. Et in prandio vtatur isto puluere. ℞. anisi peonie. añ. ʒ. i. cinamomi nucis mus. ʒ. ij. çuccari. q̃rt. ß. optime cõfortat stomacũ. coriandri valent ad ĩpediendũ ascensũ vapoꝝ ad caput. ⁊ detur mica panis ĩtincta in succo coctanoꝝ calidoꝝ: ⁊ ꝓuocat appetitũ: ĩpedit ascensuz vapoꝝ.

**Cura** sode. Si soda ꝓuenerit ex calore solis: intentio est infrigidatio cũ oleo ro. vel vio. vel nenufar̃. cũ succo semꝑuiue vel solatri ⁊ modico aceti albi. Et vtatur sirupo viol'. vel nenufar̃. cuz aq̃ frigida ⁊ succo solatri ⁊ aq̃ ro. Intincti pãni ponant̃ in fronte ⁊ tẽporibus applicent̃ ⁊ sternant̃ ante lectũ folia salicis ⁊ vitis. ⁊ fiat cataphorata in domo ad infrigidandũ aerẽ. ⁊ dieta sit tenuis ⁊ gruellũ factũ de auenis vel aliq̃đ leue cũ absti^a pot⁹ ⁊c̃.

¶ Cura sode calide facte a vẽto calido estiuali est cuz oleo camomellino anetino ⁊ oleo ro. ante tepefactis ⁊ in aurẽ dolentẽ missis vel in naribus. ¶ Deinde fiant sacellationes de floribus camomille viol'. roſ. in aqua cal'a positis. Et si sit ex vẽto frido tũc oleũ nardinũ muscellinũ anetinũ. añ. cũ modico castorei ponat̃ in aurẽ tepiduz. obturet̃ auris. ⁊ euaporatiua fiãt cũ aniso asso ⁊ milio ⁊c̃.

¶ Curatio sode ex ebrietate est ꝓuocare vomitum. vñ vomitus nõ valet in curã doloris capitis nisi cã fuerit in stomaco. ⁊ fricando pedes cuz sale ⁊ aceto ꝓuocet̃ somnus. ¶ Deinde intret balneuz. deinde inungat̃ caput cũ oleo rosato: ⁊ ciberur cum caulibus decoctis in pullis gallinaceis coctis cum lactuca. ⁊ tunc postea modicum deambulet: vnde semen calidũ ebrietatem curat ⁊ interficit vermes. ⁊ iõ valet in dolore capitis facto per vermes. Et valent folia persicoꝝ amigdal'. amararuz. ⁊ oleuz de istis super vmbilicũ de ordeo ⁊ succo crassule minoris ⁊ albo aceto. Et si sine fe. fuerit: panni linei intingantur in vino calido ⁊ compresso ponantur super vmbilicum.

¶ Quartum principale scꝫ dieta debet esse sicca. sic ꝙ vitet omnia vnctuosa piguia vaporosa ⁊ acuta allia porros cepas vinũ lac. Uentosa etiam vt sunt fabe pise. ⁊ omnes cibos difficilis digestionis. debet etiam vitare cenam nocturnam repletionem stomaci. ⁊ statim super repletionẽ dormire. vitet coitum exercitium super cibuz panem acimum ⁊ actualiter calidum. cogitationem nimiam ⁊ fletũ rixam ⁊ similia: ¶ Curam doloris ex percussione vel vulnere ponam in 3° libro domino concedente.

## ¶ De discrasia calida epatis. Caplm. XV.

**Calefactio** epatis dicit̃ discrasia distemperantia in caliditate scꝫ: lapsus a colore suo naturali ad ĩnãlez: ꝑpter quẽ lapsum impeditur ab opationibus suis nãlib⁹: que sunt digerere retinere attrahere ⁊ expellere: q̃r ex caliditate epatis rarefit epar ⁊ nõ ꝯtinet per tempus sufficiens. ⁊ iõ remanet chilus indigestus nõ ꝯuersus in bonũ chimũ. ⁊ tũc nõ nutrit q̃r nocumẽtũ in 2^a digõne nõ corrigit̃ in 3^a. ⁊ iõ opatio nãlis epatis impedit̃. ⁊ ex isto patet nomen morbi ⁊ diffinitio sua ⁊c̃.

**Cause.** Causa hui⁹ morbi est cib⁹ calidus nimio vsu: vt sunt allia porri ⁊ salsamentum calidum. et cibi assati calidi salsi frixi ⁊ adusti. vinum ⁊ species calide statim post vinum. labor immoderatus ⁊ sitis magna et abstinentia nimia ⁊ calor estatis magnus. ⁊ rixa ⁊ contentiones ⁊ pugne. ⁊ carentia flobothomie: ⁊ caro cito ebullitionem faciens: sicut caro anatis ⁊ anseris. ⁊ cibi qui de facili putrescunt: vt lac ⁊ sanguis animalium: pisces putridi ⁊ ceruisia noua ⁊ res mellite ⁊ consimiles. ¶ Discrasia frigida causatur ex oppositis eorum ⁊ fructibus frigidis ⁊ piscibus ⁊ lacticinys ⁊ ex repletione nauseatiua ⁊ ex fluxu superfluo ⁊ coitu multo spiritus euacuãte ⁊ ex solutione nimia ⁊ a frigiditate temporis ⁊ complexione patientis ⁊ etatis. ¶ Complexio sicca epatis causatur ex abstinentia ⁊ cibis siccis colericis ⁊ melancolicis ⁊ ex coitu superfluo ⁊ labore immoderato ⁊ similib⁹. ¶ Humiditas epatis fit naturaliter ex cibis bonis bñ digestis: quia solus cibus humectat substantialiter. dicit Gal. quarta particula affor. ibi. Ad elleboros. Non naturaliter fit ex potu aque frigide ex fructibus ⁊ ex ebrietate ⁊ ex retentiõe vrine ⁊ menstruorum ⁊ sudoris ⁊ aliorum superfluorum que sunt cõsueta exire. ⁊ sunt cause idropisis ⁊ malitie digestionis stomaci. ⁊ ex lacte ⁊ piscibus aque quiescentis: ⁊ tempus humidum ⁊ caput reumaticum ⁊ complexio cordis flegmatica ⁊ epatis. ¶ Signa discrasie calide epatis sunt vrina colerica ⁊ egestio ⁊ color corporis vergit ad citrinitatem: ⁊ appetitus in potu est augmentatus ⁊ in cibo diminutus. ⁊ pulsus est velox. ⁊ accidit aliquando vomitus aliquorum ciborum vel colorum aliquando citrinus modo liuidus modo viridis: ⁊ leditur a calidis: ⁊ iuuatur a frigidis. ⁊ patiens est iuuenis colericus ⁊ laborauit ⁊ comedit cibaria calida ⁊ tempus est cal'm ⁊ similia. ¶ Si labatur ad frigiditatem tunc est color fedus in facie. et est paucitas sitis et pulsus tardus et vrina remissa.

Et si est frigiditas cum siccitate:tūc est vrina tenuis.si cū
humiditate:tūc est vrina spissa.Et si v̄tus attractiua epa/
tis est fortis:tunc est venter strictꝰ.ꝛ si est debilis:tunc est
laxus.ꝛ qꝛ frigida nocēt:qꝛ tempus est frigidū ꝛ etas ꝛ cō
plexio frigida.Si labit̄ ad siccitatē:tunc vrina est tenuis
ꝛ egestio sicca pulsus durus:sitis adest cuꝫ corporis aridi/
tate:ꝛ vrina multa:vt cōiter:qꝛ dicit Egidiꝰ in vrinis suis.
Siccuꝫ monstrat epar effusio longa liquoris.i.vrine.Si
mala cōplexio epatis sit humida:tunc vrina est spissa ege/
stio humida ꝛ pulsus mollis nulla sitis faciēs incōmoda.
ꝯplo flegmatica tempus hyemale:ꝛ comedit pisces ꝛ fru
ctus ꝛ multū potauit ꝛ fuit eūatus ꝛ similia.

**Pronostica.** Mala complexio epatl calida ter/
minatur ad ictericiā croceā ꝛ idro
pisim calidā ꝛ in colericas febres putridas ꝛ in fluxuꝫ co
lericū.Sed mala ꝯplexio frigida inducit idropisim frigi/
dā ꝛ paralesim ꝛ epilepsiā ꝛ litargiā ꝛ fluxū ventris ꝛ pin
guedinē malā.Sꝫ complo mala sicca inducit ethicā ꝛ sin
thesim:qꝛ siccitati epatis nō est ꝯtraria opatio.Et est sic i/
telligendū ꝙ qn̄ epar est nāliter siccū nō est ꝯtra operan/
tia qn corpus sit siccū.tn̄ humefieri pōt substātialr per ci/
buꝫ ꝛ actualr per medicinā:ſꝫ nunq̄ꝫ erit qn nāliter sit de/
clinans ad siccitatē maiorē q̄ꝫ si epar esset humiduꝫ.ꝛ est
tn̄ dictū ꝙ tale corpus nō pōt fieri humidū ꝛ sanguineū
sed semp erit nāliter colericum.Sed mala ꝯplo humida
inducit idropisim ꝛ cacochimiā vel caceticū facit corpus:
ꝛ cū sputo ꝛ ventris humiditate ꝛ cuꝫ pigricia ꝛ pinguedi
ne superflua aquosa.ꝛ erit litargicus ꝛ apopleticus si cere
brum sit lapsum multum ad humiditatem.

**Cura** huius morbi consistit in multis. p̄o in male dis
crasie alteratione. 2o in materie peccātis euo/
ne. 3o in epatis cōfortatione. 4o in diete ordinatione.

¶ Circa p̄m est sciendū ꝛ p̄mo de discrasia cala epatis.si sit
sine mā tunc valet oxiçaccara sirupus violatus ꝛ nenufa
rinus aq̄ endiuie ꝛ solatri ꝛ nenufaris per interiꝰ ꝛ per ex/
terius super epar.¶ Item triasandali cū aq̄ endiuie opti
me valent.Et si vis fortius facere detur cū pauca cāpho/
ra.silr çuccarū rož.valꝫ ꝛ diadragantū fridū ꝛ diarodon
abbatis.¶ Deinde inungat̄ regio epatis cum oleo nenu/
farino ꝛ puluere sandalorū superaspergat̄. Iste potenter
calidā discrasiā epatis alterat.colorē icēsuꝫ vrine in vna
appōne vel duabus remittit fere vsq̄ꝫ ad nāleꝫ colorem.
¶ Deinde cū vrina ꝓpria in mane lauet̄ ne oleuꝫ opilet.
Et tunc pāni linei intingant̄ in succo solatri vel sempervi
ue cū pauco aceto ꝛ superponant̄ ꝛ frequēter moueantur
ne actualis frigiditas opilet. Silr vnguentū sandalinuꝫ
est bonuꝫ.vel de epatica rosis endiuia sandalis farina or
dei pōt fieri emplastrū:qđ valꝫ etiā in ictericia ꝛ in oībus
istis discrasiẏs. ¶ Deide fiat emplm de rož.sandal.endi/
uia.an̄.ʒ.i.ꝛ ponant̄ in sacculo ꝛ intingat̄ sacculus in aqua
nenufar̄.ꝛ rož.ꝛ succo solatri tepido ꝛ super regioneꝫ epis
ponant̄ ꝛ frequēter amoueant̄ ne actualis frigiditas opi
let.Similr vnguētū sandalinū est bonū predictis aquis
lotū.Et si sit cala discrasia cū mā fit decoctio talis.℞.en
diuie scariole lactuce epatice accedule.an̄.M.i.oīuꝫ san
daloꝝ.iiẏ.seminuꝫ frigidoꝝ floꝝ nenufar̄.an̄.ʒ.ſ.rasure
eboris berberis.an̄.ʒ.ẏ.spodẏ.ʒ.ẏ.cāphore.ʒ.i.vini malo/
rum granatoꝝ si vis aceti albi.an̄.q̄r.ſ.çuccari lib.i.vel.ſ.
fiat potus.q̄r.i.anglicana.Et si eēt calefactio cū opilatio/
ne addant̄ istis radix apẏ succus feniculi capill.ve.recen
tium.¶ Deinde purget̄ cū cassiafist.prunis tamarindis
vel cū trifera saracenica reubarbarata vel cū diareubar/
baro vel cuꝫ electuario de succo rosaꝝ. ¶ Discrasia frigi
da epatis sine materia sic curatur cū sirupo de absinthio
ꝛ cum decoctione eupatorẏ absinthẏ.spice nardi yuaruꝫ
passarum squinanti cinamomi ꝛ aque extinctiōis ferri cū
melle dulcoret̄.est enī optimū.tn̄ abs.ꝛ squinātū qꝛ sunt
ponaẽ ꝛ cõseruet illud in nare obturato capite.¶ Itẽ in/
ungaẽ inferius cũ oleo mirtino cõfortato cũ alumie ꝛ gal
lis ꝛ bolo ꝛ mastice ꝛ resta bouis: ꝛ stringit q̃tuz oportet.
¶ Modo elargantia vuluã ꝛ aperientia sunt p̃mo radix
ebuli elixata ꝛ fomentata oẽm duritiez matricis ꝛ clausu
ram aperit.¶ Itẽ assungia anseris ꝛ succus porri misceã
tur ꝛ vngaẽ collũ matricis per tres dies ; cõtractã matri/
cez relaxat.¶ Itẽ decoctio malue vel altee vel radic̃ lily
in oleo duritiem tollit ꝛ clausuraz aperit. Sil'r radix lily
cocta in oleo cum vino apostema ibidẽ durũ curat.
¶ iz^m.s.dieta variaẽ ſm diuersas passiões matricis ꝛ ipsa/
rum mulierũ.p̃mo ergo ordinanda est dieta in sterilitate
ĩpedita a mala cõplone calida.Deẽ ergo ordeatũ ꝛ panis
ordei pisces squamosi.vtaẽ coriandro in salsamẽtis.ꝛ vta
tur lacte acetoso ꝛ alijs reb⁹ non nãlibus in gradu oppo/
sito.Sed in cã frigida ꝛ hũida vitet ociũ ꝛ exercitet se añ
cibuz.vitet oẽs fructus ꝛ oĩa legumina ꝛ oẽs herbas cru/
das.ꝛ vitet oĩa que sunt dure digõnis:sicut sũt carnes bo
uine caules caseus vet⁹.oĩa dura cõchilia ꝛ pisces bestia/
les.Et vitet repletionẽ nimiaz cibi ꝛ potus. vtaẽ carnib⁹
assis ꝛ auib⁹ nõ degentibus in aquis.ꝛ oĩa sint assa ꝛ sicca
q̃tum est possibile.ꝛ alie res nõ nãles ordinenẽ in siccita
te eleuate donec humiditas matricis ad tẽperamẽtũ sit
reducta.Sed si venerit sterilitas ꝑpter siccitatẽ iniunga
tur quies ꝛ ociũ.ꝛ vtaẽ dieta resumptiua ꝛ nutriẽte.ꝛ vta
tur lacte:ꝛ sint in leticia ꝛ gaudio perpetuo. ¶ Sz si fue/
rit in cã ventositas denẽ cõsumptiua:sicut est ruta anisuz
ciminũ anetũ castoreũ intra ꝛ extra. Sed si sit ibi nimia
pinguedo:tũc cõpetit ieiuniũ ꝛ dieta subtilis ꝛ parum nu/
triens:ꝛ accidẽtia aĩe vt sollicitudo tristitia vigilie pluri/
me durus decubitus.pessarizeẽ cuz aurea alexandrina ꝛ
tyriaca:vel cum milio ꝛ sale ꝛ nuce cypressi ꝛ nuce musc.
ista torrefiant ꝛ fiant pessaria ꝛ sacellatiões. ¶ Itẽ vtaẽ
frequẽter lactuca ꝛ acetosa:qꝛ illa duo demacrãt.vel deẽ
modicũ de puluere tartari frequẽter in cibis suis. Simi/
liter myrra demacrat quocũq̃ mõ accipiaẽ.Sed in retẽ/
tione mẽstruoꝝ dieta dz esse ĩpinguatio ꝙ vtaẽ cibis hu/
midis ꝛ cicere ꝛ iure pingui.Et si sit ꝑpter irã reducaẽ ad
gaudiũ.ꝛ si ꝑpter morbos corporis curenẽ illi p̃us. denẽ
igiẽ petro.isopus ꝛ mentastrũ in cibis ꝛ potagijs. Sed in
fluxu menstruoꝝ deẽ substãtia cauliũ duab⁹ aquis abie/
ctis citonia pira lac acetosum coctũ:panis ordeace⁹ lẽtes
cũ aceto portulaca.ꝛ hoc in cã calida.Sz in cã frigida de/
tur frumentũ coctũ lac amigdalinũ faba fracta cũ cina/
momo ꝛ nuce mus.menta ꝛ rizi ꝛ olibano ꝛ mastice aniso
asso.valent etiã tũc fricationes exercitia ꝛ sudor.Sed in
suffocatiõe matricis denẽ illa que valẽt in sincopi que di
cta sunt p̃us:cuiusmodi sunt galline assate asperse cuz aq̃
ro.ꝛ aceto.sed in p̃focatiõe dentur cibi p̃parati cum aqua
extinctionis ferri.ꝛ vitenẽ relaxantia pinguia.¶ Intelli
gendum tñ ꝙ cibi qui a tota specie fecunditatẽ inducunt
sunt coagulum leporis cor salamonis matrix leporis coa
gulũ masculi leporis cor lepor] testiculi vulpis. Si vis.n.
masculũ accipe dextrũ.si vis feminã accipe sinistrũ.pria/
pus tauri testiculi arietis ꝛ passeres.ꝛ ista bñ p̃parenẽ.

## Signa

impregnationis. Quia p̃us dixi de sterilitate
ꝛ de ꝓlificantib⁹:modo dicã signa ĩpregnatio
nis ꝛ sunt ista.Si collũ matricis sit calidũ ꝛ dorsum frigi
dũ pregnans est.Si vero fuerit in equali calore nõ conce
pit.¶ Itẽ si in ĩpregnãte alba oculoꝝ sint viridia ꝛ facies
ipsarũ denigratur semper desiderat res diuersificandas.
¶ Item pupilla oculoruz in pregnante minuiẽ ꝛ albugi/
na ingrossanẽ. ¶ Item si pulsus fuerit velox in brachijs
ꝛ in furcula sub gutture:similiter tunc pregnãs est: ꝛ si sit
remota a febre.Et si velocitas sit in dextro brachio indi/
cat masculum.ꝛ si in sinistro significat feminaz.¶ Item
si mulier concepit tunc sentit quãdã horripilationẽ ver/
sus pudibunda ꝛ versus vmbilicũ. ꝛ venter gracilaẽ ꝛ se/
men retineẽ ꝛ menstrua cessant.ꝛ diminuiẽ appetitus coi
tus in p̃mo.ꝛ constringitur orificiuz matricis interius:ita
ꝙ acus penetrare non posset preter hoc ꝙ habeat aposte/
ma vel duritiez.ꝛ viro videẽ ꝙ virga remaneat sicca post
coitum.ꝛ ꝙ caput virge quasi sugaẽ.Deinde incipiũt mã/
mille ingrossari ꝛ habẽt dolorez capitis. ꝛ color minuiẽ:ꝛ
appetunt enormia aliquãdo.¶ Itẽ a parte vrine.si vrina
appareat in p̃ncipio colorata ꝛ post discolorata : signũ est
conceptus.¶ Itẽ si grana ascendant ꝛ descendant in vri
na ꝛ quoddã rotundũ appareat in medio tanq̃ȝ bombax
vel cotum carminatũ vel lana carminata: signũ est cõce/
ptus. Aliquãdo hipostasis est per totuz diuulsa ac si lana
esset per totũ carminata. ꝛ si sit diuulsa ventositate: tunc
habet tortiones ꝛ rugitus:ꝛ si non: tunc est ex spirituũ cõ/
motione in coitu in pregnante. ꝛ quãdo est de ventosita/
te:tunc est vrina in colore naturali: sed in impregnatione
est magis tincta.vnde Auic.dicit p̃mo cañ.ꝙ vrina in p̃n
cipio impregnationis est citrina ad albedinez declinans
habens quasi cotum in medio eius de spermate tũc exeũ
te.Et si sit ibi cum pura substãtia:tunc certius est: tamen
si sit rubea habens in se grana ascendẽtia:finem ĩpregna/
tionis significat. Et quãdo monetur vrina in pregnãte:si
turbeẽ est in fine impregnatiõis:si nõ turbeẽ est in princi
pio.¶ Item si in medio vrine inuenianẽ tria grana ẽ cer
tissimũ signuz cõceptus. ¶ Item si grana ascendũt ꝛ de/
scendunt ꝛ declinant ad albedinẽ sciendũ est ꝙ concepit
feminã.si ad citrinitatẽ vel rubedinẽ signuz est ꝙ conce/
pit masculũ.ꝛ aliquãdo ista granula apparẽt sub circulo:
aliquãdo in medio aliquãdo in fundo:sed frequentius in
medio.¶ Item per experimenta possumus scire an con/
cepit mulier:de nocte:quãdo vult ire dormitũ melicratũ
cum aqua pluuiali accipiat.si sentiat tortiones pregnans
est.si nõ:nõ.ꝛ dicit Auic.ꝙ illud hz veritatem dũmõ mu/
lier fuerit vsa in sanitate sua:ꝛ sint.ʒ.ij.aque:ꝛ.ʒ.ij. mellis
crudi.Istud ponitur 5° affo.ꝛ a Serap.5°.tractatu.cap.35.
¶ Itẽ suffumigeẽ mulier cum aromatibus.ꝛ si sentit fu/
mum ab intus p̃gnans est.si nõ:non. ¶ Itez accipiat mu
lier ꝛ supponat sibi allium cũ iuerit dormitũ.ꝛ si post som
num sentit saporem allij in ore pregnãs nõ est.si nõ sentit
pregnãs est.¶ Signa masculinitatis sunt ꝙ mulier que
concepit masculum vtplurimũ est melius colorata ꝛ ve/
locior in motibus suis ꝛ leuior ꝛ melius appetit ꝛ dexter
oculus est magis mobilis ꝛ mãmilla dextra citius incipit
ingrossari ꝛ pupille rubificari ꝛ vene eius ꝛ color ei⁹ ĩmu/
tari ꝛ tumor in dextra parte ventris ꝛ citius ibi fit mot⁹.
Et similiter cuz vult ire citius mouet pedem dextrum ge
nu se appodiando ꝛ velocius moueẽ in vtero : quia in tri/
bus mensibus moueẽ ꝛ mulier in quatuor:ꝛ lac est magis
grossum ꝛ mũduz.Cum est masculus est pulsus maior in
parte dextra.ꝛ gutta lactis super vnguez posita est stans:
sicut gutta argenti viui aut granum margarite quãdo est
masculus.¶ Itez si mulier sit leuis ꝛ parũ mingit mascu
lus cõceptus est:ꝛ si multũ mingit ꝛ grauis fuerit: femia.
¶ Item accipe aristo.rotun.auř.i.teratur ꝛ conficiaẽ cũ
melle ꝛ supponaẽ cum lana nõ lota a mane vsq̃ȝ ad meri/
diem in ieiuno.ꝛ tunc si dulcescit saliua eius concepit ma
sculum.si est amara tũc est pregnans cum femina. ꝛ si nõ

alteratur:tunc nõ est pregnans. ¶ Itẽ in pregnante:cũ fe
mella sunt vlcera in pedibus ⁊ coxis ⁊ apatio. ⁊ si sit ma/
sculus est debilis corporis. ¶ Itẽ a parte mulieris signa
masculina sunt φ ipsa est gaudẽs lete aĩe:⁊ φ hʒ venas ap
parentes.⁊ φ est equalis corporis ⁊ formosa nec mẽstrua
sunt subtilia aquosa nec adusta quoruʒ digõ est bona. nec
vẽter est assidue laxus nec constipatus.⁊ oculi sunt decli/
ues ad fuscedinẽ absqʒ albedine. Et ille quibꝰ veniũt mẽ
strua spaciũ est breue.s.a 3° die vsqʒ ad. z4.opposita sunt
concipiẽti femellas. ¶ Iteʒ si mulier habebit multos fi/
lios considerandũ vmbilicũ in pmo nato. ⁊ si in ipso fue/
rint ruge ⁊ nodi:ßm numerũ illoꝝ erit multitudo filioꝝ.
Et mulieres que cõcipiũt geminos sunt hñtes corpora te
nera ⁊ sunt multoꝝ piloꝝ ⁊ multi sanguinis. ⁊ vria est di/
scolorata hñs nubem superiꝰ. nec erit febris tũc in mulie
re nec apa:qꝛ de illis fit discolor vrina. ¶ Itẽ fractura li/
ni ponat in vrina.⁊ si descẽdat cõcepit femellã.⁊ si stet in
medio nõ cõcepit.⁊ si ascẽdat cõcepit masculuʒ. ¶ Et de
signis ipregnatiõis vide 5ª pticu.affor.affo.6i.Si mulieri
purgationes nõ exeant neqʒ rigore neqʒ febre superueniẽ
te anxietates ei accidant in stomaco: hanc in vtero habe/
re reputa.dicit Hyppo.vide ibi ⁊c̃.

**Aborsus.** Cuʒ aliquãdo ipregnatio sit de fetu mor/
tuo ⁊ aliqñ fit aborsus ⁊ partus ante tem
pus:ideo causas aborsus dicam:deinde signa.

**Cause** aborsus extrinsece sunt vt coitꝰ nimius super
impregnationeʒ ⁊ casus ⁊ saltus retro seu toni
truũ percussio fortis ventus septẽtrionalis post meridio
nalẽ carentia rei desiderate fumus candele extincte cla/
mor cursus.accidentia aĩe vt est ira tristitia timor:aut fe/
cit flebotomiã aut habuit mẽstrua aut est valde extenua
ta:aut valde iuuenis:aut semen viri fuit exiguũ:aut fluxꝰ
ventris aut accepit medicinaʒ laxatiuaʒ aut vomitiuam
aut ꝓuocanteʒ menstrua aut ꝓpter apostema aut ꝓpter
omnia fortiter cõmouentia. ¶ Cause intrinsece sunt ven
tositates aut humores aut debilitas matricis.ista eadem
mundificant fetum ⁊ carentia nutrimenti.

**Signa** aborsus sunt.si ꝓpter ventositatẽ tũc venit in
pmis tribus mensibus ⁊ tribꝰ vltimis:qꝛ tunc
sunt ligamẽta debilia in tribus pmis ꝓpter teneritatẽ:in
tribus vltimis ꝓpter maturitatẽ ⁊ fetus põderositatem
sicut est de fructu in arbore.⁊ illa ligamenta vocanť coti/
lidones.⁊ ꝓpter humiditatẽ currentem a matrice:tũc fit
aborsus in primis tribus mẽsibus medyȝ.si ꝓpter debili
tatem viri ⁊ mulieris fit aborsus in tribus vltimis mensi
bus. ¶ Signa igiť sunt fluxus menstruoruʒ ⁊ ipregnatio
fluxus lactis cuʒ gracilitate mãmillaꝝ.qꝛ postqʒ cõtingit
mulieri dum mãmille nõ gracilantur nõ oportet timere
nisi subito veniret.sed hoc est ab extrinseco tantum.Et si
dextra mãmilla gracilatur masculũ abortiet. ⁊ si sinistra
femellam.vt dr̃ 5°.affo.affo.38.⁊.45.Quecũqʒ corpus ha/
bentes moderate abortiunť z°.vel 3° mense sine cã mani
festa his cotilidones mucillaginibꝰ pleni sunt ⁊ nõ possũt
fetũ pre grauedine retinere sed rũpunť. ¶ Signa fetus
mortui in vtero sunt dolor circa vmbilicuʒ mulier sibi ti/
met ex omni causa.matricis frigiditas etiã ventris scilicʒ
laterũ ⁊ nõ ante.minoratio appetitus.fetor oris ⁊ ipsa sen
tit fetorẽ. vẽtrl imobilitas cũ moueret añea ex se:⁊ forte
precessit egritudo acuta cũ terribilitate accidentiũ.emis/
sio rerum fetidarum.oculus pregnantis gracilatur.albu/
mina oculorum sunt fusca. nares frigide sunt ⁊ aures.la/
bia sunt rubea rubore vergente ad liuoreʒ mortificatuʒ.
venter assimilatur ventri idropicorũ. ⁊ est in ventre gra/
uitas ad modum sarcine.

**Pronostica.** Pronosticatio ẽ φ mulier que fre/
quenter patitur in matrice de facili abortitur. Et si mu/
lieri pregnanti venerit durities epatis tumor ventris aut
non sanatur aut cuʒ difficultate.similiter maior est dolor
in aborsu qʒ in partu naturali:dicit Auicen.3°.cano.fen.zi.
tractatu z°.capitu.de aborsu.

**Cura** ⁊ preseruatio ab aborsu est φ mulier que est ple
na sanguie plusqʒ embrio indigeat potest flebo/
tomari ne menstrua fluant ꝓpter abundantiam illã:sed
in parua quãtitate sicut innuit Auerro.4° colliget.capit.
de farmacia. Et in tali muliere ita abundante:⁊ si men/
strua fluant nõ oportet timere maxime si veniant ꝓpter
causas extrinsecas matricis.⁊ hoc si mulier non debilite/
tur ex illo fluxu nec mãmille gracilẽtur nec motus fetus
inueniatur.⁊ ista fiant in tribus pmis mensibus. ¶ Et si
timetur aborsus in mensibus medyȝ ꝓpter lubricitateʒ
detur cassiafist.quia coleram ⁊ flegma sine periculo pur/
gat.Sed in tribus vltimis mensibus oportet nutrire mu
lierem ⁊ confortare cum cibis bonis ⁊ electuaryȝ ad re/
staurandum.Sed in humiditate nimia vtatur assis ⁊ fri/
xis ⁊ exercityȝ ante cibum ⁊ aliqualiter desiccantibus.
¶ Deinde.℞.corticem vel testam pomi colloquintide
vel maligranati: ⁊ decoquatur ibi oleum de lilio. et tunc
inyciatur in matricem:in lubricitate est optimuʒ. ¶ De/
inde accipiatur mastix ⁊ myrra ⁊ gallia musc.in oleo nar/
dino vel adipe anseris cum lana succida supponatur post
mundificationem.⁊ coagulum leporis est optimũ si non
sit complexio calida vel apostema caliduʒ. ¶ Iteʒ intin/
gatur spolium serpentis ⁊ non abortiet aliquo modo.sed
aliqui dicunt oppositũ:⁊ ideo intingatur in succo citonio/
rum. ¶ Deinde spoliũ ⁊ zedoaria ⁊ cardamomũ cũ aqua
frigida clisterizentur in matriceʒ ⁊ detur spodiuʒ ⁊ zedoa
ria ad comedendũ.ista enim preseruãt ab aborsu. ¶ De/
inde si fetus sit mortuus vel viuꝰ ⁊ tardatur partus:⁊ sit
aborsus balneetur prius in tina vbi sint malue lilyȝ camo
mille calamenti saturegie.ana.M.i. ¶ Deide suffumige
tur cum ambra orientali musco laudano:ita φ sint quasi
fabe de istis ⁊ ponatur supra carbones ⁊ sint de laudano
ʒ.y.⁊ de alyȝ.ana.ʒ.5. ¶ Deide detur eis cito post ista po/
tus.℞.spodyȝ.ʒ.y.cortic̃ cassiefist.ʒ.iy.pulueriʒentur ⁊ dẽ
tur cum vino vel ceruisia vel aqua benedicta ⁊ statim pa
riet. ¶ Item cum laudano solo facta suffumigatione vel
pensario fetum mortuuʒ educit ⁊ secundinã ⁊ apostema
matricis resoluit ⁊ maxime per viam suppositoryȝ imposi
tum. ¶ Item crocus cum vino potatus fetum educit ce
leriter. ¶ Item cinamomũ potatuʒ est bonum valde.nã
alleuiat accidentia ⁊ partum.bibatur cum vino vel cum
aqua mellis. ¶ Item capill'.vene.est optimũ. ¶ Iteʒ bo
rax cum qua operanť aurifabri qđ vocat Auic.in z° illud
quo aurum adheret data ad quãtitatem nucis magne cũ
vino cum ceruisia alleuiat accidentia partus ⁊ accelerat
eum sicut sum expertus. ⁊ illud ⁊ cortex cassiefistu.mihi
sufficiunt. ¶ Item si vis vt ista facilius fiant.℞.polipo/
dyȝ ⁊ folia maluarum ⁊ decoquanť ⁊ calida supponantur.
¶ Deinde accipe artemisiam ⁊ decoquať ⁊ ponatur sup
vmbilicum vsque ad muliebria ⁊ super crura et statim
pariet.⁊ tunc amoueantur ne matrix insequatur.vel po/
rorum folia torrefiant et super vmbilicum pone et cito
amoueantur ne intestina exeant. ¶ Idem dico de suc/
co porri si ad quãtitatem teste oui potetur et istud educit
secundinam. ¶ Et si fetus sit mortuus lac caninuʒ cum
melle ⁊ vino bibat ⁊ statim liberatur. ¶ Item myrram
ad quãtitatem parue nucis da bibere tritaʒ subtilissime
cum vino ⁊ statim liberabitur siue sit mortuus siue viuꝰ.
¶ Item vinuʒ decoctionis saturegie est expertũ. ¶ Itẽ
similiter herbena bibita cum aqua vel vino statim eycit

fetum mortuū. ¶ Itē suffumigatio ex stercore equi est
optima. ¶ Item. ℞. myrre castorei storacis. an̄. ʒ. i. cina-
momi sauine. an̄. ʒ. 5. fac puluerem da in potu cum vino. ⁊
est confectio bona ⁊ vltima cui nō est par. Et succus saui-
ne det calefactus colatus ⁊ depuratus vel puluis sauine
desiccate: vel decoctio sauine est optima. educit eni men-
strua ⁊ fetum. ⁊ hoc sciunt mulieres male que nolunt im-
pregnari. accipiunt sauinā ⁊ potant ⁊ abortiunt cū angu-
stia. Et caueant medici ne talia doceant nisi in casibꝰ lici-
tis ne homicide fiant: ⁊ mulieres per cōsequens. ¶ Item
omnes medicine laxatiue fortes abortire faciunt: ⁊ fetuz
quēcunqꝫ expellunt. ¶ Tamē quia latet aliquādo vtruz
īfans sit viuus an nō: ideo vt hoc sciatur fac balneū vt ibi
mulier sedeat. ⁊ si infans sit viuus statiz mouebit. ¶ Itē
si mulier sit acutaria ⁊ timeatur tunc de aborsu vt dicit
Hyppo. 5ª particula afforis. fiat sicut ego feci vni dn̄e tale
emplastruz. ℞. farinam ordei ⁊ succuz morelle ⁊ semper-
uiue ⁊ acetum. fac emplastrum super ventrē ⁊ remoueat
frequenter ⁊ hoc cōseruat fetum a nocumēto febris: ⁊ de
eodē ponatur super epar mulieris. ¶ Deinde si vis opa-
ri fortius cōtra fetum mortuū ⁊ secundinaz: fiat suffumi-
gatio cum vnguibꝰ equi vel asini. ¶ Deide capias pēnaz
de ala aquile ⁊ ponat sub pede mulieris vel in sotulari et
cito amoueat. Uel teneat in manu sinistra magnetē. vel
suspendat corallum in coxa sinistra vel storacem: vel fiat
vnum rotundellū de croco sicut esset nux magna ⁊ ad co
xam liget ⁊ facit parere statim dicit algalapinqui. ¶ De-
inde capiat pinguedo caballina ⁊ per suffumigationē in-
ferius capiatur fumꝰ ⁊ deliberat de fetu mortuo ⁊ de se-
cundina. Similr̄ illa pinguedo vel medulla doloreȝ den
tium sedat: dentes cadere facit. ¶ Itez oua perdicuȝ im-
missa per vuluā elargant eam. ¶ Itez cerebrum anseris
oleum ⁊ olibanum suffumigata fetuz mortuum eyciunt.
¶ Item liget mulier noueȝ grana coriandri dextre coxe
per vnam horā ⁊ hoc facit exire fetum dicit a quibusdaz
valentibus: sed non credo. ¶ Item malū terre quocūqꝫ
modo sumat expellit fetum mortuū vel viuū certissime.
¶ Deinde si mulier inflat post partū: qꝛ non bene purga
tur: artemisiam ⁊ celidoniā in aqua coque ⁊ illud liberat
mane ⁊ vespere. Et si pedes inflantur abluant cum aqua
vbi bulliant absinthiū camomilla mellilotū abrotanuȝ
spica nardi ⁊ sal. Si aūt mulier pregnās appetat enormia
dietet cum assis ⁊ frixis ⁊ odoriferis ⁊ post cibū vtat pi-
ris coctanis assis ⁊ malis granatis auellanis assis ⁊ casta-
neis assis ⁊ ciceribus assis. ¶ Deinde fiat emplastruȝ de
mellissa buglosa sandal' cortice citri ⁊ corrigat cum blādi
cys ⁊ det dianthos cū musco ⁊ potio muscata. ¶ Est hic
notandum ꝙ aromatica ad nares valent: quia spiritus re
tinent nec matrix pōt ascendere ꝓpter fetum. ¶ Itez si
fetus statim quādo nascitur sternutet signuȝ est bonuȝ ⁊
fortitudinis virtutis: sed mulieres statiȝ incipiūt flere ꝑꝑ
humiditatē earū: ⁊ ꝑꝑ mutationē ad aerem frigidū: ⁊ ita
viri ⁊ masculi debilis complexionis. vnde versus.
Flere loqui vere statuit deus in muliere.

**De mola** matricis modo videamus: que assimila-
tur impregnationi que est quidaz globꝰ
enormis ⁊ deformis generatus in matrice: cū multitudo
seminis calidi currit ad matricem cum carentia seminis
virilis. ⁊ ideo nō fit ibi embrio: sed vnuȝ frustum carnis:
ita aliquādo magnus vt a menstruis venientibus ibi ac
si esset īpregnatio. ⁊ aliquādo ita īdurat ꝙ vix posset scin-
di cum securi. Et vocat mola: vel ꝓpter molē ⁊ pōdus qđ
patitur mulier ab illa massa carnis: vel qꝛ maculat matri
cem: sicut mola in pāno discolorata.

**Cause** igitur sunt vel spermatis retentio vel mēstruo
rum ⁊ cum cōstipatione ventris.

**Signa** sunt durities ventris ⁊ maior magnificatio et
repentina qꝫ in impregnatiōe inordinata iter-
dum perseuerans ⁊ interdū recedens: māmillaruȝ molli-
ties ⁊ gracilitas ⁊ punctio ⁊ dolor in ventre: ⁊ nō mouetur
a loco suo omnino nisi post vehementē īpressioneȝ ⁊ post
moraȝ redit. In vera īpregnatione est econtra: ⁊ assimila-
tur impregnationi vere. p̄mo qꝛ menstrua retinent. scđo
qꝛ venter est tumidus ⁊ sentit motū sicut si esset embrio
⁊ aliquando māmille indurantur: ⁊ ita cadit appetitus ⁊
discolorat mulier. ¶ Signa distictiua sunt: quia motus
in mola nō est ordinatus nec periodalis nec mouetur de
latere in latus nisi comprimat. ⁊ vēter est durior qꝫ in cō
ceptu naturali. ⁊ pedes sunt molles valde: ecōtra in vera
impregnatione. Sed aliquādo inflatur mulier ac si esset
idropica. sed distinguitur qꝛ venter eius percussus manu
nullum reddit sonuȝ: nec sicut vter semiplenus aqua: nec
sicut timpanū: sed in idropisi sonat percussus.

**Pronostica.** Mola antiqua nō curatur ⁊ recēs
est difficilis. stat eni per plures an-
nos. aliquando vsqꝫ ad finē vite. aliquādo mulier super-
impregnat: ⁊ tūc complent totuȝ tempus a p̄ncipio mole
vsqꝫ ad partum in quo partus exit sine mola ⁊ credunt se
esse impregnatas per totum illud tēpus sicut est de mul-
tis. ¶ Notandū ꝙ mulieres posse impregnari vltra. i4.
menses inuenit in medicina. ⁊ ꝙ ita diu pōt. ponit Arist.
9º de animalibus. sed per. io. ponit Gal'. 5ª particula affori.
cōmento. 37. sed. 7. vel. 9. menses sunt terminus natura-
lis. vt dicit Auic. in 3º ⁊ Ga. innuit lib. de. iz. porcis. Tamē
Haly narrat 3ª particula tegni. cōmento. i78. ꝙ vnus na-
scebatur cum dentibus ⁊ barba. ergo fuit ibi per plures
menses. ¶ Ideo ꝓpter ista dico ꝙ per. 9. menses aliquā-
do est fetus in vtero lȝ raro vltra. 9. tamē mulieres com-
putant vt dixi a p̄ncipio mole vsqꝫ ad finem partus: ⁊ de-
cipiuntur quando superimpregnant. Et ꝙ simul possunt
impregnari ⁊ molam habere. pȝ: qꝛ depregnantur cuȝ os
matricis clauditur: ita ꝙ acus non intraret. qđ tamē post
ex delectatione recipit. similiter dico de mola. Et tūc ad
Haly dico ꝙ monstruȝ fuit illud qđ dicit Haly: ⁊ habuit
illa preter naturam: sicut narrat ibi de fetu cum duobus
capitibus: ꝙ est monstrum manifeste. ⁊ tale potest fieri ⁊
terminari nullo termino cōi a natura errante vel impedi
ta. Et ideo illi qui dicunt ꝙ mulier aliqua impregnat per
i4. vel. i5. annos mentiuntur ⁊ decipiunt per modū iam
dictum. multuȝ tamen assimilant impregnatis: sicut mo
la assimilatur fetui ⁊ non sunt.

**Cura.** Si est ex ventositate est per consumptiua ven
tositatis: cuiusmodi est ruta ciminū anisuȝ gra
na lauri diaciminū ⁊ ciminata alexandrina ⁊ diasperma-
ton. ⁊ pone super locuȝ emplastrū de istis ⁊ de furfure co
ctis cum vino vel cum vrina. ¶ Sed si sit ex retentione
menstruorū ꝓuocentur menstrua cum fortibus sic. ℞. sa
uine artemisie abrotani calamenti leuistici rubee maio-
ris. an̄. M. i. decoquant in aqua ⁊ apponat mel: ⁊ fiat si-
rupus quo vtatur mane ⁊ sero. ¶ Deinde ꝓuocet vomi
tus cū raffano ⁊ semie attriplicis ⁊ succo sambuci. ¶ De-
inde detur succus porri ⁊ sauine mane quātū tenet quar-
ta media. ¶ Deinde si particularia cōueniant fiat flebo-
tomia de saphenis. deinde in brachio. ¶ Deinde det far-
macum de agarico ⁊ esula cū modico diagredy vel collo-
quintide vel ellebori vel laureole expressis bene. ⁊ lapis
lazuli bene lotus optimꝰ est: qꝛ mola vt cōiter est de ma-
teria melancolica. ¶ Deinde det diagalāga ⁊ diaturbit
ante prandiū ⁊ post diaciminū cum vino. Et dētur diure-
tica: cuiusmodi sunt spica nardi cinamomū ⁊ ciminum ⁊

fistula vt ameos cardamomū. ℞. myrre.ʒ.ij.pulverizētur. ⁊ de isto pulvere accipiatur.ʒ.i. ⁊ distemperetur cuȝ aqua decoctionis rute ⁊ detur mulieri ad bibendū. ¶ Deinde sedeat mulier omni die mane ⁊ sero vsqȝ ad vmbilicū in aqua rute artemisie calamite. an̄.M.ij. bulliant in aqua ⁊ fiat balneum. vel sic. ℞.sauine diptami malue.an̄.M. iij.fenugreci seminis lini an̄.lib.ß. oia bulliant in aqua et fiat balneuȝ omni die. ¶ Deinde in exitu a balneo obstetrix inungat manū suam cuȝ petroleo ⁊ imittat intra vulvam ⁊ intingat partes interiores.illud enim oleuȝ fetum ⁊ molam ⁊ secundinā educit. ¶ Et si patiens fuerit diues inungātur partes matricis interiores cum balsamo ⁊ def̄ balsamum cū litontripon.illud eniȝ optimum est in menstruis ⁊ in mola ⁊ in lapide. ¶ Deinde ꝓuocetur sternutatio cum pipere in naribus vel cuȝ castoreo ⁊ oppoponaco. ¶ Deinde tota matrix inungat̄ exterius ⁊ interius si possibile fuerit. ℞.olei de lilio olei de camomilla an̄.q̄r.i. medulle ceruine adipis anatis anseris butiri.an̄.ʒ.i.incorporent̄ ⁊ fiat inunctio. ¶ Deinde emplastrū tale superponat̄. ℞.cere rubee lib.ß.liquefiat in catia ⁊ resoluantur in ea tres vitelli ouorū. ⁊ quar.ß.olei de lilio ⁊ olei de aneto ʒ.ß.olei camomille.ʒ.i.⁊.ʒ.ij.olei de fenugreco vel tantuȝ de semine eius ⁊ fiat cerotū ⁊ pone super ventrē. Vel q̄rtarium.i.vini bulliatur ⁊ addatur vino.ʒ.ß.adipis anseris recentis:olei violati.ʒ.ß.farine fenugreci lib.i.incorporētur in modū emplastri ⁊ dentur illa que faciūt abortum: cuiusmodi est ciclamē quasi a ꝓprietate. ¶ Dieta in mola sit ꝙ abstineat a cibo generante ventositatē vt a fabis pisis caulib⁹ caseo veteri salso.⁊ ab omni cibo indigestibili sicut a pane azimo ⁊ a carnib⁹ melicis ⁊ a piscib⁹ aque recentis.ante prādiū vtatur diātbos diamargariton. sed post prandiū cū vino accipiat̄ diaciminū diagalanga dianisum.⁊ sic poterit perfecte a mola liberari.

**Cura** in defectu lactis. Aliqn̄ post partū lac deficit citius solito vel debito ⁊ maxime in nutricib⁹ que de lactatione nutriunt̄: ⁊ tunc amouent̄ a seruitio suo vt sepe vidi. Et ideo opȝ sic facere vt ego feci. dentur eis cibi calidi ⁊ humidi boni chimi sicut galline perdices fasiani caro arietina recēs ⁊ agnina ⁊ hedulina ⁊ porcia assata cū zinzibere data:parū exercitent̄. ¶ Et si mulier est calida ad frigida ⁊ humida declina vt est aqua ordei citrulli cerebella auiū ⁊ aīaliuȝ lac vaccinū aut caprinū caro porcina pisces recentes fluuiales plumentuȝ de ordeo ⁊ lacte. ¶ Et si mulier est frigida da calida in p̄mo vel 2°.cū pauca exiccatione.rapistrū feniculū.s.herba anetū apium humidū ⁊ rapa eruca. ¶ Itē. ℞.semen apij triticū ordeum cicera excorticatis oībus:ficus pingues bulliant in aqua ⁊ confice cū lacte amigdalarū da in potu. ¶ Item pisces saliti conferunt.similiter sisami.⁊ loco eius ponitur semē lini vel fenugrecū emplastratū vel fricatū cum vino ⁊ in potu datū. ¶ Iteȝ pulmo asine tritus cū aqua super mā‑millas positus facit lac abundare. ¶ Itē crocus distēperetur cum vino ⁊ locus inūgatur cū lacte tepido: qꝛ nihil debet māmillis superponi nisi tepiduȝ:⁊ totus thorax inungatur cū lacte ⁊ vino. Deinde fiat balneū ⁊ in exitu detur ei maratrū distēperatum cum brodio galline ⁊ habebit lac. ¶ Si aūt lac sit nimis spissum:tunc. ℞.mēte.M. ij.⁊ bulliat cum vino ⁊ ligetur super māmillaȝ. istud eniȝ subtiliat.⁊ menta detur ad comedendū. Sed si lac nimis abundat detur semen canabi frequēter ⁊ hoc aufert lac. ¶ Item comedat attriplicē coctā ⁊ crudam ⁊ pro emplastro ponatur super māmillam ⁊ hoc generationē eius impedit. Idem facit cicuta supposita. Silr̄ abstinentia fiat ⁊ dentur res parui nutrimenti ⁊ potet aquam.⁊ res frigide superponantur dictis māmillis vt lactis generatio in māmillis impediatur.

**Māmillaruȝ** dolori sic remediatur. mel in sartagine pone ⁊ cum tepiduȝ fuerit extende super stuppā post vel super asperge pulverem cimini ⁊ puncture māmillarū ⁊ dolori impone:certum est. ¶ Sed si nimis magne fuerint:tunc particularib⁹ cōuenientibus fiat flebotomia de mediana. deinde fiat lenis purgatio. Deinde fiat emplastrū tale pluries de assungia porcina recenti ⁊ de altea accipe. deinde accipe fabas fractas vel farinaȝ earum ⁊ in vino ⁊ aceto modico cuȝ furfure coque ⁊ superpone:expertum est. ¶ Si sint dure de altea ⁊ malua ⁊ semine lini fenugreci ⁊ vuis passis ⁊ ficubus in aqua coctis fit remollitiuū optimuȝ. ¶ Et ista eadem valent in inflatione ⁊ dolore ⁊ duritie testiculorum. Vel si operetur de hedera terrestri fiat fomētatio vl̄ balneum particulare. Deinde de paritaria torrefacta in patella cum vino calido distēperata fiat emplastruȝ. vel de pane calido vel succo apij de succo ebuli ⁊ sambuci cū ruta ⁊ farina milij vel fabarū vel furfure fiat emplastrum expertuȝ in omni timore siue ex casu vel vulnere vel de earum inflatione apostemosa. Similiter absinthiū ⁊ sal simul in panno lineo cocta in aqua ⁊ superposita optima sunt. ¶ Item folia ebuli in pāno lineo cocta sub cinerib⁹ calidis ⁊ superposita sunt experta. vel de radice brusci fit expertissimū vt dixi p̄mo.c.de apostematib⁹.⁊.ca.de gutta. ¶ Sed si vis in puellis preseruare māmillas ab inflatione ⁊ magnitudine:tunc fomētent̄ frequenter cū aqua ⁊ aceto. deinde cum iusquiamo ⁊ semperuiua ⁊ plantagine papauere albo ros̄ ⁊ mucillagis psilij fiat emplastrū ⁊ frequenter remoueat̄. est eni optimuȝ ⁊ satis reprimēs ⁊ impediens cursum sanguinis ad locū. ⁊ ita impedit inflationem. ¶ Itē in omnibus istis passionib⁹ māmillaruȝ ⁊ testiculorū multuȝ valet ventosatio inter spatulas in passione māmillarū ⁊ circa renes in testiculorū lesiōe ad diuertendū ⁊ minorandum. Adhuc si duret inflatio p̄dicta cum rubedine:tunc aqua ro.⁊ aceto illiniantur vel succo semperuiue. Vel si non sit rubor:tunc spoliū serpentis coctum cum vino superponatur vsqȝ ad curam. Vel calendula in vino cocta in causa frigida:⁊ in aqua cocta in causa calida. ⁊ loco calēdule potest poni bleta hortulana. Et ista calendula crescit in hortis portans floreȝ rubeū vel croceum:de quo flore faciūt puelle coronas. ¶ Et in mulieribus in quibus aliquādo inflant̄ māmille propter retentionem menstruorū : tunc dentur flores calendule cū spica ⁊ vino:qꝛ tumoreȝ sedat ⁊ menstrua ꝓuocat. ¶ Sȝ si māmille fistulentur lauent̄ tunc quottidie cuȝ vino puro calido in quo coquat̄ myrra ⁊ post desiccent̄. ¶ Deinde. ℞.sarcocollaȝ ⁊ aloem an̄.pulverizent̄ ⁊ misceant̄ cū melle ⁊ inuoluatur tenta ⁊ in fistula itromittatur.⁊ illud est secretum. ¶ Sed si māmilla vel testiculi vel virga excorietur:folia brusci cocta superponantur ⁊ curāt quālibet excoriationem. vel scories lignorum:vel super apertura lignorum antiquorū,idem facit:⁊ de isto patebit deo omnipotente concedente in lib.3°⁊c̄.

**Cura vlcerum** virge. Vlcera virge virilis cōtingunt vel ex coitu cum iuuēcula. vel ex coitu cū menstruata. vel ex retentione vrine ⁊ spermatis. Si p̄mo modo:tunc vnguentum albū Ras̄ ⁊ Lafranchi optima sunt. Si secundo modo: tunc inungatur cum oleo vitellorum ouorum. illud enim statiȝ sanat. Si tamen ibi sit calor ⁊ ardor:tunc cum oleo ros̄.⁊ pilis leporis tritis simul fac emplastruȝ vel cum aqua ros̄. tepida lauetur. deinde cuȝ panno lineo molli desiccetur. ¶ Item de calce viua sepius in aqua lota ⁊ myrra ⁊ thure an̄. fac pulverem.⁊ precedente fomentatione de aqua

decoctionis foliorum salicis ꝛ plantaginis ꝛ vitis tepide superponatur. ¶ Item radix vngule caballine aquatice cocta ꝛ cataplasmata vna nocte tumorez ꝛ inflationez sedat. ¶ Item de puluere corticuz maligranati intus suppositio optimũ est. ¶ Idez de canna per se fit. ¶ Itez de succo ipericon fometetur ꝛ herba superemplastretur. ¶ Itẽ in supercalefactione virge fomentetur virga cuz lacte caprino ꝛ alio tepido ꝛ superponatur. lanceolata in sepo frixa arietino recenti vel per se torrefacta supponatur. ¶ Sz siquis vult membrum ab omni corruptione seruare cuz recedit a muliere quã habz suspectã de imundicie: lauet illud cum aqua frigida cum aceto mixta vel de vrina ꝓpria interius vel exterius intra prepuciuz. ¶ Item. ℞. vini albi boni cophniam vnam vel lib. ij. viride eris. ʒ. i. auripigmenti. ʒ. ij. terantur illa duo subtilissime ꝛ ponantur in vino illo ꝛ sepius moueantur ꝛ vsui reseruentur. ꝛ quãto antiquius tanto melius stante virtute vini. In illo vino madefiat pãnus lineus vetus ꝛ superponatur loco egro. vulnus enim desiccat ꝛ cancruz interficit ꝛ vlcera curat. ¶ Sed si ibi non sit nisi excoriatio sola: tunc pãnus lineus vetus in aqua ros. calida intingatur ꝛ superponatur. deinde desiccetur ꝛ alius pãnus superponatur. ¶ Item pulnis alius. aloes curat vulnera ꝛ excoriationez. Similiter puluis cucurbite sicce. Deinde desiccetur alius pannus superponatur. Deinde puluis olibani cum agrippa superponatur: quia consolidat vulnera in virga habita ex coitu cum virgine. ¶ Sed si sit pruritis in virga hederam terrestrez rosas absinthiũ in aqua coque ꝛ superpone. ¶ Et si virga tendatur ex grossa ventositate: sicut imoderata eius erectione si locus sit calidus. ℞. olei ro. ʒ. iiij. cere partem vnam liquefiant adinuicez ꝛ post in aqua frigida sepe lauetur donec vnguenti albi formam recipiat ꝛ vngatur virga ꝛ loca circunstantia si fuerint calida. Et da ventositatem consumentia sicut agnũcastum semen rute ciminum anisum ꝛ similia. ¶ Sed si virga induretur vel testiculus vnus vel ambo. ℞. tunc furfuris tritici quãtum vis ꝛ fortiter pista in mortario donec fiat puluis ide: qui distemperetur cum oximelle de duabus partibus aceti facto ꝛ vna mellis: in quo armoniacum dissoluatur ꝛ supponatur tepidum ꝛ sepe remoueatur. Istud enim valet in apostemate duro ꝛ in duritie splenis ꝛ in nodositate iuncturarum. ꝛ ideo in mente tua illud tene ꝛ memorie commenda: quia vtile est quãplurimum.

## Cura apostematis

virge. Uirga aliquando apostematur ex humoribus calidis: ꝛ tunc est pruritus ꝛ ardor. Aliquãdo ex humoribus frigidis: ꝛ tunc est laxitas ꝛ grauitas. Aliquãdo ex ventositate vt non cedat tactui: ꝛ est tensio fortis sine pondere. Igitur premissa flebotomia ꝛ leui euacuatione fiat tunc cura cum localibus. ¶ In causa igitur calida a ꝓncipio fiat emplastrum tale repercussiuum speciale. ℞. corticum granatoruz rosarum siccarum lentium plantaginis. añ. ʒ. i. coquantur in aqua ꝛ cum aqua dissoluantur: ꝛ tunc addatur oleum rosatum ꝛ fiat emplastruz. ¶ Itẽ succus solatri est bonus cum lana suppositus. Et si sit dolor fortis epithimetur cum lacte mulieris ꝛ oleo rosato ꝛ vitellis ouoruz. ꝛ si oportet adde apium: ꝛ tunc omnẽ dolorem sedat. Deinde matura sic. radix iusquiami coquatur in aqua: ꝛ tunc teratur cum assungia porcina recenti ꝛ superponatur. ¶ Idez fac de radice altee ꝛ senatione eodem modo preparatis. ¶ In causa vero frigida emplastrum expertum in ꝓncipio. ℞. ossium dactiloruz partes ij. altee partem vnã terantur cum aceto ꝛ fiat emplastrũ. Deinde matura cũ radice lapacij acuti aut porri in aqua cocta: ꝛ post cum assungia veteri frixa. fluente autem sanie: vt exeat libere in canali ipsius virge ponatur tenta de bombace vel stuppa ꝛ dẽtur in potu diuretica. ¶ Or si fuerit ex ventositate et non multa caliditate detur in potu semen agni casti vel ruta: quia curat istum morbuz satis opportune.

## Cura apostematis

testiculorum. Testiculorum apostema curatur eodem modo sicut apostema virge. Uel fiat emplastrum de folijs caulium cum farina ordei ꝛ vitellis ouorum et oleo. ꝛ hoc in principio. Deinde maturetur cum farina fabarum camomilla altea mucillagine seminis lini vel ex farina ordei cum melle et aqua. Deinde resoluantur ista apostemata cum passulis enucleatis et cimino simul contusis ꝛ cum vino mixtis. ¶ Et est notandũ ꝙ in passionibus virge vel testiculorum peplo vel benda supposita conuenit ne suspensio noceat faciendo currere materiam ad locum.

## Matrix vulneratur

ꝛ vlceratur ex partu aut extractiõe secundine: vel ex humore acuto vel coitu cum aliquo habente virgam nimis magnam aut ex ferro.

## Signa.

Signa sunt quãdo matrix aperitur ꝛ per humiditatem emissam: si illud quod egreditur est album grossum bonum est. si sit multum fetens virulentum malum est.

## Cura.

Cura est triplex. regalis. leuis ꝛ cõmunis. Cura regalis est clisterizare matricem cum lacte femine aqua plantaginis oleo ros. ¶ Cura leuis sedere in aqua cucumeris vel cucurbite vel in aqua decoctionis ysopi ꝛ furfuris. ¶ Cura cõmunis si sit ex cõtusiõe ꝛ sanguine puro emisso: superponatur lana infusa in succo plãtaginis: ꝛ bibat de aqua sumach. ¶ Et si emittatur sanies alba fiat clistere mundificatiuum cuz aqua ordei ꝛ aqua mellis et decoctione yreos: et hoc est in vlcere sordido. ¶ Et si sit dolor magnus oleum rosatum inyciatur cum lacte mulieris. Deinde caro regeneretur cum isto vnguẽto. ℞. litargirij sarcocolle añ. confice cum oleo ro. ꝛ cera. ¶ Et si forte sit ibi aliqua sordicies vel virulentia adde parum floris eris. Et quãdo caro incipit nasci fiat hoc vnguentum. ℞. litargirij abluti thuris cachimie argenti ceruse confice vt prius: ꝛ est expertum.

## Apostema matricis

calidum causatur ex causa exteriori vel casu vel percussione vel inferiori vt retentione menstruorum vel difficili partu.

## Signa

Signa sũt. sincopis. dolor capitis ꝛ colli ꝛ fontanelle. grauedo oculorum. mollities extremitatum. sitis et dissuria et cõmuniter febris. ¶ Apostema autem frigidum causatur ab exteriori causa scz a balneo in aqua frigida ꝛ vento frigido ꝛ a sessione super marmor: et a cibis frigidis sicut a lacte: et a viscosis sicut caseo. et a fructibus multiplicantibus materias malas. Et ita fit de causa interiori: vt a retentione vrine et a repletione humorum frigidorum. ¶ Signa sunt grauedo et ponderositas in inferiori parte ꝛ frigus et leditur a frigidis. ¶ Et si sit durum apostema: tunc est durities in pectine ꝛ in ore matricis. grauedo in motu membrorum et ꝓprie in saphena ꝛ in motu corporis ꝛ in apostemate matricis ipsa semper fugit ad partem oppositam. Et distinguitur a mola matricis: quia ipsa mouetur ad compressionem manuuz sicut esset pregnans. Sed apostema distinguitur a ventositate: quia ipsa mouetur de loco ad locum sine ponderositate notabili.

## Cura.

Cura apostematis calidi est cuz minutiõe basilice: sed quia retinet mẽstrua sequitur floboto-

mia saphene. deinde fiat vomitus. deinde vtatur ptisana
in qua coquantur viole ꝛ semē portulace. ¶ Dieta sit ta-
lis quia potus sit paucus. ꝛ cibus similiter de gallinaceis
spinachys ouis mollibus. fiāt multe vigilie: ꝛ domus ea-
rum sint boni odoris. deinde detur cassiafistula cuz iulep
in principio. ¶ Item fiat talis embrocatio de oleo rosato
mixto cum stipticis. ꝛ papauer dissolutum cum oleo pon-
tico est bonum. 2° impone lanam infusam in decoctio-
ne malue seminis lini arnoglose bethonice cum oleo ros.
3° matura cum dactylis ysopo adipe anseris farina ordei
faciendo emplastrum super pectinem ꝛ locuz dolorosuz.
4° resolue cum aqua sisimbry vel maiorane vel sansuci:
quod idem est ꝛ folys polipody. 5° si est maturatum ape-
ri cū ficubus sinapi ꝛ fimo columbino. 6° mundifica vul-
cus cum aqua mellis. ¶ Sed apostema frigidum curaṫ
cum vomitu ꝛ clisteri atractiuo ꝛ cum agarico. ꝛ tunc di-
geratur materia sic. ℞. radicū feniculi petrosily ysopi re-
centis radicum lily radicum apy capilľ. vene. recentium
ceterach pollitrici adianthos radicum scabiose buglose.
anā. M. i. herbe sancti Christophori amarusce pedis colū-
bini pimpinelle consolide minoris vtriusq lactis corticū
mori celsi fumiterre ipericon. ana. M. ß. liquiri. munde.
quar. ß. maratri florum boraginis floruz camomille semi-
nis brusci seminis sparagi florum violaruz. ana. ʒ. i. çucca-
ri. lib. ij. fiat sirupus quo vtatur mane ꝛ sero. ¶ Iste siru-
pus curat omne apostema ꝛ omnem inflationem tempo-
re frigido ꝛ a veneno liberat. ꝛ voco eum sirupuz colum-
binum. ꝛ in tempore calido valz etiam: sed tunc calida di-
mittantur ꝛ frigida augeantur: ꝛ in tempore calido valet
etiam cum succo morelle ꝛ rosa. ꝛ ideo habeo eum semp
in mente. ꝛ in omni apostemate excepto apostemate fre-
netico. ¶ Sed si apostema sit durū: tunc. ℞. medulle cer-
uine adipis anseris anatis medulle bouine cum vitellis
ouorum assatis butyri cere rubee bdelly. ana. ʒ. ij. ¶ De-
inde accipe fenugreci seminis lini. ana. ꝛ decoquantur in
aqua ꝛ vino. ꝛ etiam que supradicta sunt cum vino deco-
quantur ad lentum ignem ꝛ per pensarium mittantur et
exterius illiniatur. ¶ Deinde capparis caseus coquatur
in aqua mellis ꝛ apostema inde illiniatur. ¶ Item de fo-
lys vitis oleo aqua mellis ꝛ fol. caulis simľ mixtis valde
confert emplastrum. Tamen dicit Auicē. ꝙ si apostema
durum transit mensem ꝛ dolor non sedatur: tunc non po-
test resolui per medicinas. ¶ Notandum etiaz ꝙ primo
debet fieri remollitio cum marciaton. deinde resoluere
cum diaquilon. deinde cum ista medicina. ℞. adipis por-
ci veterl. lib. i. mellis. ʒ. iij. cere. lib. i. adipis anseris vel pul-
lini. lib. i. butyri. ʒ. iiij. galbani. ʒ. ij. sic confice. galbanuz in
mortario tere cuz. ʒ. iiij. olei ꝛ alys omnibus simul lique-
factis cōmisce ꝛ vtere ad omnes tumores ꝛ durities ꝛ fri-
giditates ꝛ dolores neruoruz ꝛ torturas ꝛ ad omnes egri-
tudines frigidas. ¶ Hic nota ꝙ melior medulla est cer-
uina quia subtilior ꝛ post illam vitulorū medulla. Et me-
lior ex adipibus est adeps anatis quoniaz est subtilis val-
de nō acutus ꝛ post adeps galline. Et melior adipuz qua-
drupedum est adeps leonis: quia est subtilis ꝛ post adeps
vrsi. deinde vaccarum. deinde capraruz. ¶ Item adhuc
maturatiuum ꝛ aperitiuum optimum fit de semine lini ꝛ
fenugreci ꝛ farina ordei farina tritici ꝛ ficub⁹ fimo colū-
bino ꝛ fermēto coctis. Similiter puluis stercoris colum-
bini cum oleo mixtus omnes durities expellit ꝛ dolores.
¶ Sed si sit ventositas in matrice prouocetur sternuta-
tio ꝛ detur diaciminum. deinde filicem crudum in aqua
cum cineribus coctum. ꝛ ab vmbilico vsq ad muliebria
super renes positum potenter operatur. ꝛ ista multa suffi-
ciunt pro tot passionibus mulierum.

¶ De speciebus ictericie. Caplm. XVIII.



Istud caplm est de tribus īfectioni-
bus. ictericia. morphea
ꝛ lētigine. Ictericia est cutis defedatio vniuer-
salis in croceitatem vel nigredinem tendens
absq putredine. Et diciṫ ictericia ab ictu ꝛ te-
ro ris. quasi ictus cutem terens: ratione cuius color muta-
tur. Et est iste ictus a colera rubea citrina vel eruginosa
vel inflatiua quando est color viridis. Sed a colera adu-
sta vel nigra quando est color niger sicut est in malanchi-
ron. ¶ Et sunt tres spēs ictericie. crocea. viridis ꝛ nigra.
P̄ma apparet in calefactione epatis ꝛ in febribus coleri-
cis ꝛ in opilatione splenis ꝛ debilitate epatis. 2ª fit ex po-
tu venenoso ꝛ in sincopi ꝛ nimio potu aq̄ ꝛ in colera prassi-
na vel eruginosa generata in stomaco vt apparet in vomi-
tu eius. 3ª apparet in quartana ꝛ in opilatione splenis. et
aliquando in calefactione epatis vel magna eius frigidi-
tate non potente sequestrare ꝛ in adustione solis ꝛ silib⁹.

**Cause.** Cause igitur patent ex istis. scilicet ꝙ in pluri-
bus ictericys. s. citrina nigra tingitur vrina. ꝛ
quāto magis vrina est magis tincta tanto est magis signi-
ficatiua sanitatis epatis ꝛ v̄tutis eius: quia epar expellit
quando est sanum in primis coleram ad fel. ꝙ si non fe-
cerit tunc ad vrinam probibet ipsaz penetrare ad sangui-
nem quantum potest. Uerum quando multiplicatur re-
manentia vrine albe cum ictericia aut parum tincta ma-
gis timendum est habens eam non cadat in idropisim:
quoniam significat ꝙ opilatio est ex frigore. Si autez vi-
deris in vrina eorum ꝛ egestionibus eorū paucitatem tin-
cture scias ꝙ materia in eis est grossa vel est in poris inte-
rioribus opilatio. ꝛ hoc potes scire: quia quando est opila-
tio in poro felleo ꝛ superiori īferiora corporis sunt tincta
plusq quando est econuerso. ¶ Itez in ictericia epar du-
rum est malum.

**Cura.** Cura istius morbi dicta est in p̄mo libro de ac-
cidentibus febrium de ictericia. ꝛ ideo ad locū
illum recurrere oportet. Tamen si sanguis abundaret
posset fieri flobothomia parua. ¶ Deinde detur sirupus
acetosus vel oxiçaccara cum aqua endiuie ꝛ aqua poda-
gre lini ꝛ aqua agreste acedule et ordei et aqua caprifoly
aspersī cum succo maligranati. ¶ Deinde purgetur cum
reubarbaro et cassiafistula tamarindis. Et post purgatio-
nem balneetur. ꝛ ibi dentur ei diuretica. et fiat vomitus
aliquando et detur trifera sarracenica reubarbarata ꝛ re-
spiciat res citrinas. ¶ Deinde detur talis potus. ℞. succi
plantaginis. partes duas. succi nucis arboris partes tres.
cum rasura eboris potui tribue et sanabitur. ¶ Si vero
sit ex opilatione in vtraq causa. vtatur tali sirupo. ℞. sco-
lopendrie endiuie caulis agrestis arthemisie lunarie fo-
liorum caprifoly pentafilonis. ana. M. i. absinthy modi-
cum spice nardi. ʒ. ij. çuccari. lib. ß. fiat sirupus quo vtatur
mane ꝛ sero. ¶ Deinde datur talis puluis quottidie ad
pondus denariorum quinque. ℞. saldalorum alboruz spi-
ce nardi rasure eboris spody reubarbari. Et si sit diues li-
gni aloe. ana. ʒ. i. çuccari ad pondus omnium vtatur ma-
ne. ¶ Sed in ictericia nigra oportet dare oxiçaccaram
compositam ꝛ sirupum de radicibus feniculi et endiuia
scolopendria camedreos ꝛ podagra lini ꝛ cum cortice ge-
nestre et squinanto et cuz sene et epithimo polipodio ani-
so et modico agarici purgare. ¶ Ista tamen ictericia ra-
ro venit. et homines non credunt ꝙ sit ictericia: ideo
non curatur nisi post longum tempus: quia vellent deco-
rari: sed hoc raro est. ¶ Hic notanduz ꝙ ad hoc: vt scias
an ictericia sit curabilis an non: ꝛ similr idropisis cala. ℞.

succi solatri semperuiue aque rosꝫ.aceti farine ordei ana.
fac emplastrum ꝛ superponatur epati.ꝛ stet ibi per duas vel
tres horas.post extrahe.ꝙ si exiccatum fuerit emplastrū
scias ꝙ est incurabilis.si autem aliqua humiditas reman
serit curabilis est. ¶ Itez nota ꝙ ictericia que accidit ex
corruptione ꝯplexionis venarū aut ex cibis fit paulatim.
que post ex alijs fit causis accidit subito.

¶ Secunda pars huius capituli est de morphea.

**Morphea** est defedatio cutis maculosa cutem ex-
asperās:per qḋ differt a lentiginibꝰ que
cutem inficiunt s̄m q̄ntitatem ad modum lentiginis. Et
dicitur morphea quasi morbus cutis: quia morphea est in
cute sicut lepra in carne.

**Cause.** Cause lepre sūt cause morphee:nisi quia lepra
est in carne:morphea est in cute. ꝛ cause lepre
sunt profundiores ꝛ fortiores. causatur enim ex defectu
virtutis assimilatiue in cute. Ideo diffinitio morphee est
ꝙ morphea est error virtutis assimilatiue in cute. ¶ Ul-
terius sciendum ꝙ morphea habet quatuor species sicut
lepra:sed non sunt famose nisi due: quia ille frequentius
apparent:scilicet alba ꝛ nigra. Unde infectiones de san-
guine in facie appellātur gutta rosacea ꝛ alique appellan-
tur rubores.Et si de colera sint infectiones vocantur im-
petigo aut serpigo.Unde dico ꝙ si sint de sanguine:tunc
sunt rubei coloris ꝛ cum fuscedine maculosa.Et si sint de
colera sunt citrini ruffi vel crocei coloris. ¶ Ulterius no
tandum ꝙ vtraqꝫ morphea:scz alba ꝛ nigra differt ab al-
baras:quia morphea soluz est in cute.ꝛ si est profunda est
periculosa valde.Sed albaras est in carne ꝛ cute vsqꝫ ad
os.ꝛ vtrobiqꝫ est assimilatiua debilis nō complete assimi
lans.Sed differunt aliter:ꝙ materia vtraqꝫ est subtilior:
in albaras est grossior.similiter in morphea expulsiua est
fortior q̄ꝫ in albaras. ¶ Item materia que est causa ista-
rum infectionuz est venenosa.ideo corrumpit nutrimen-
tum adueniens ꝛ ipsuz sibi assimilat:quia complexio mē
bri corrupta est.ꝛ ideo corrumpit nutrimentuz cum agat
assimilando: cū cibus absolute non alteret:sed cibus me-
dicinalis alterat ꝛ conuertit membrum ad naturam suaz
sicut exemplificat Auic.capᵒ.de morphea.Et Halie.in de
accidēti ꝛ morbo de arbore transplantata de persia.quia
in egypto habuerit bonuz fructuz:ꝛ in persia venenosuz.
similiter animalia mutantur s̄m pascua sua. ¶ Hic notā
dum ꝙ albaras nigra ꝛ albaras alba non proportionan-
tur:sicut morphea alba ꝛ nigra: quia albaras nigra est il-
lud quod vocatur impetigo ex comitiua ꝛ est scabiositas
cuti accidens asperrima vehemens ꝛ facit squammas:si-
cut squamme piscium cum pruritu propter humorez ma
lum colericum ledentem cutem de eo quod est iuxta eaz
imbibitione fortiore q̄ꝫ ꝙ imprimat tantum in corpore:ꝛ
est de accidentibus lepre.ꝛ cum est antiqua non sanatur:
sed in morphea nigra non est squammositas.tamen si fri
cetur cadit de ea vt furfur.ꝛ locus fricatus rubet: non sic
in albaras:sꝫ ipsa morphea antiqua salua est magis q̄ꝫ al-
baras alba.Et causa albaras albe est ventosatio:quia seq
tur ventosas cum scarificatione:quoniam aquositas exi-
uit ꝛ aliud remanet.Signa patēt ex dictis.

**Pronostica.** Pronosticatio ē ꝙ morphea noua
curabilis est:antiqua non. antiqua
post annuz vnum ꝛ post tres quartas anni de difficili cu-
ratur. ¶ Item si morphea occupat modicuz spacium:cu
rabilis est.si magnum difficilis est. ¶ Item si locus mor
pheatus pungatur in superficie cutis tantum:ita ꝙ nō p-
fundetur intra cutem ꝛ vltra eam.si sanguis exierit cura-
bilis est.ꝛ si aquositas:est incurabilis vel cum magna dif
ficultate.Et per ista patet differentia inter morpheam al
bam ꝛ albaras albaz.qr punctura cū acu extrahit ex mor
phea alba sanguinem:ꝛ ex albaras non:imo humiditatez
aquosam:ꝛ ista non sanatur. ¶ Item fricatio faciēs rube
re morpheam arguit eaz esse curabilem.ꝛ ex fricatione si
non rubeat est mala. In illa ergo que est submersa ꝛ non
rubet neqꝫ sanguinez emittit ꝛ est vehemens dilatata ca-
piens locum magnum non est spes.Similiter in illa que
in omni hora recipit additionem. ¶ Itez in morphea al-
ba aliquando pili sunt flaui ꝛ nigri:sed super albaras non
nisi albi:ꝛ leuior albaras est deterior: quia significat cor-
ruptionis materie diminutionem:quia tunc est morphea
ꝛ non albaras.ꝛ cutis est vehementius depressa in alba-
ras alba q̄ꝫ in alio corpore.ꝛ ideo quāto minus aspera ra-
tione eminentie exterioris non apparentis est peior et si-
gnificat profunditatem ad os ꝛc̄.

**Cura.** Cura morphee requirit multa. pᵒ materie di-
gestionem. 2ᵒ.eius euacuationem. 3ᵒ.localius
appositionem. ¶ Primū fit cum sirupo de fumoterre et
cum alijs dictis in caᵒ.de lepra. ¶ Scōm eodez modo.ta
men Aui.4ᵒ.cañ.fen 7ᵃ.tractatu pmo.caᵒ.de morphea.di-
cit.Si fuerit sanguis in ea oportet incipere a flobotomia:
ꝛ si fuerit humor adustus oportet euacuare cum aqua ca-
sei ꝛ epithimo:ita ꝙ quolibet die potet.ʒ.i.epithimi cum
lib.i.aque casei vel cuz lib.5.si vis.Similiter detur in po-
tu sambucus in morphea alba ꝛ aquam eius scias exper-
tissimum.vnde epithimum agaꝛ.mirabolani indi polipo
dium sticados cuz passulis enucleatis ꝛ ficubus ꝛ lapide
armeno ꝛ lapide laçuli lotis quando ponuntur in medici
nis ꝛ ieralogodion ꝛ ieraruffini ratione ellebori albi post
ti.ista sunt optima. ¶ Modo veniamus ad localia reme
dia supposito bono regimine.fricetur locus pmo cuz pan
no aspero.deinde cum sanguine leporis tepido.ꝛ hoc fre-
quenti vsu curat morpheam.deinde accipiat colloquinti
dam decoquatur in aqua fumiterre et raffani vel lapacy
acuti vel fabarum.ꝛ cum illa aqua omnis morphea laue-
tur ꝛ fricetur ꝛ curat.ꝛ hoc est de expertis meis. ¶ Item
sperma hominis linituz sanat omnem maculam in corpo
re hominis:similiter sordicies dentium.ꝛ ista sunt certis-
sima. Similiter accipe lac ficus ꝛ lac rostri porcini ꝛ lac
laureole vel spurgie ꝛ locus fricetur.tamē hoc post inun-
ctionem cum vnguento citrino acuto cum semine nastur
cy ꝛ sarcocolla ꝛ mastice ꝛ thure in causa calida. Sed cuz
vnguento ad salsum flegma:ꝛ cum vnguento fusco acui-
to cum staphisagria in causa frigida. Ista omnia predicta
auferunt maculas ꝛ infectiones omnes in cute. ¶ Dein-
de fiat balneuz de fumoterre scabiosa lapacio acuto enu-
la campana hedera terrestri.ana.deinde accipiatur sina-
pis cum aceto ꝛ apponatur.ꝛ est vltima.deinde cum sali-
ua hominis ieiuni lauetur.vltimo si oporteat apponatur
mel anacardinuz.deinde cuz absinthio ꝛ melle locus fre-
non est febris nec sitis nec inflatio ꝛ in vtrisqꝫ est appeti-
tus debilis. ¶ Cura apostematis calidi est dare in princi
pio succum morelle cum cassiafistula ꝛ scabiosa:vbiqꝫ est
sūma medicina:ꝛ succus pedis columbini est mirabilis:ꝛ
pimpinella curat apostema ꝛ dolores cordis soluit: ptisi-
cos sanat ꝛ variolas:venenum expellit ꝛ demonia eijcit.
Deinde minuatur de mediana vel basilica. Laxetur vē-
ter cum cassiafistula ꝛ decoctione absinthij ꝛ endiuie.Et
vtatur aqua ordei sirupo ros.vio.ꝛ nenufar.Utatur suc-
co maligranati muzi. Aqua nec calida nec frigida detur
nisi cum zuccaro ꝛ absinthio: in pncipio fiat emplastrum
cum sandalis ros ordeo.Deinde in augmento fiat empla
strum de absinthio melliloto sandalis farina ordei oleo
violato ꝛ calida apponantur.Et in statu ponantur sanda-
li absinthium camomilla mellilotuꝫ radix altee radix li-
lij cum farina frumenti ꝛ ficubus siccis et oleo de camo-
milla. ¶ Deinde accipiātur.ʒ.iij.aque ficuum in qua po
nantur.ʒ.iij.fermenti:quia aperietur apostema.ꝛ hoc est
si est sine fe. Et apostemate rupto bibat de lacte caprino
cum sirupo de papauere ꝛ gūmi arabico. ꝛ vtatur diadra
ganto frigido.ꝛ non apponas mollificantia sine stipticis
in apostemate calido stomaci dicit Auic. ¶ Sed in apo-
stemate frigido stomaci detur decoctio apij feniculi ꝛ ra
dicum eius ysopi melliloti lilij calamenti calami aroma-
tici:qđ est speciale in apostemate frigido stomaci.radicis
buglos.liquir.munde scabiose an.cum melle ro.fiat siru-
pus digestiuus. ¶ Deinde in parte huius decoctionis re-
soluatur cassiafistula ꝛ turbit cum zinzib.ꝛ agar. sed aloe
non detur hic. ¶ Deinde fiat emplastruꝫ de absinthio in
pncipio cum rosis buglosa oleo rosato ꝛ masticino ꝛ vio-
lato. ¶ Deinde in augmento ponatur de radice lilij yso-
po recenti ꝛ absinthio recenti et decoctis et incorporatis
cum oleo violato vel de lilio. ¶ In statu. ℞.ficuuꝫ alba-

rum.ʒ.iij.storacis liquide vel picis resine que a me ꝑ eo/
dem sumuntur.ʒ.i.radicis lilij.ʒ.i.masticis.ʒ.i.armoniaci
ʒ.ß.farine fenugreci lib.ß.vini albi lib.i.bulliat vinum et
adde farinam:⁊ tunc gumme ⁊ radices sumantur ⁊ soluā
tur ⁊ fiat emplastrum. ¶ Sed si esset apostema in meri
debent ista poni inter spatulas. ¶ Deinde. ℞.vnguentū.
℞.olei de lilio camomellino masticino. ań.ʒ.i.adipis an/
seris anatis galline medulle ceruine storacis liquide cere
albe.ana.ʒ.i.fiat vnguentum quo stomacus inungatur.
¶ Sed si apostema sit durum ⁊ aliqualiter sensibile:tūc
est spes cure.⁊ tunc prius molliatur cum dialtea ⁊ postea
purgetur ⁊ in sudorem resoluatur. ⁊ iterum remolliatur
⁊ resoluatur ⁊ sic paulatim. ¶ Deinde inungatur stoma/
cus cum dialtea ⁊ oleo laurino ań.acuitis cum castoreo ⁊
baccis lauri.ana.ʒ.i.fiat emplastrum tale.℞.galange zin/
zib.ań.ʒ.iij.masticis.ʒ.ij.carnis dactil.ʒ.ß. cere rubee.ʒ.ij.
baccarum lauri.ʒ.ß.⁊ dactili cū pinguedine porci in omni
duricie valent.etiam ficus cum mellicrato facto de aqua
⁊ melle.¶ Et talis sirupus ad idem valet.℞. nucis mus.
gariofi.cinamomi.ana.ʒ.ij. radicis lilij yreos calami aro/
matici.ań.ʒ.i.vel.ʒ.i.camedreos thimi filopendule lipha
gi mente origani scolopendrie corticis radicis ebuli.ana.
M.ß.polipodij anisi.ana.quartā.ß.sene epithimi florum
boraginis.ana.ʒ.i. enule campane raffani.ań. ʒ.ij. liquiri.
quartā vnaʒ mellis qđ sufficit: succorum scabiose pimpi/
nelle.ana.ʒ.ß. Iste enim sirupus omne apostema frigiduʒ
curat:⁊ maxime in stomaco:quia endiuia absinthium ro/
se sandali spica squinantum curant apostemata epatis et
stomaci:⁊ hoc bene memorie tene.

**Dolor stomaci** causatur ab humorib⁹ calidis pungitiuis ⁊ a ventositate gros
sa inflatiua ⁊ ab humoribus salsis ⁊ adustis et ab aposte/
mate calido ⁊ solutione continuitatis ⁊ a cibis malis acu
tis ventosis et fumosis et in quantitate multa acceptis.
Dolor est sensus rei contrarie subito euenientis: et ideo
signa sunt manifesta.

**Pronostica.** Dolores prosternunt virtutem.Et quia stomacus est maxime debilis:
⁊ ideo citius sequuntur febres ad doloreʒ stomaci: ⁊ quā/
do est dolor omnino stabilis h̄ significat effusionem cole
re ad stomacum.Similiter dolor stomaci diu durans at/
trahit apostema stomaci.¶ Item illi quibus dolor acci/
dit stomaci duʒ comedunt ⁊ sedatur post digestionē sunt
melancolici ⁊ habent mirachiam ⁊ est ꝑpter effusionem
melancolie acetose ad stomacū a splene. Sed illi qui ha/
bent doloreʒ hora conuersionis cibi.s.hora.x.vel.iiij.sunt
illi qui habent effusionem colere ab epate ad stomacum
⁊ non sedatur nisi cum vomitu vt cōiter. Et sunt aliqui
qui ante prandium dolent ⁊ accepto cibo sedatur ⁊ illi ha
bent materias adustas ad stomacum.¶ Item dolor sto/
maci facit sincopim ⁊ aliquādo inducet colicam ⁊ impre/
gnantibus ꝑdicit suffocationeʒ matricis.

**Cura.** Cura est euacuare vt dictuʒ est.ca° de cura ma le cōplexionis stomaci. Deinde si sit mordica/
tio detur lac acetosum ⁊ ebutiratum ⁊ succus granatoruʒ
cum farina ordei ⁊ cum pane ordeaceo ⁊ similagineo. Et
stomacus emplastretur cum teneritatibus vitis tritis cū
mica panis ⁊ succo citoniorum plantaginis:⁊ semperuiue
⁊ oleo rosaceo.¶ Sed si sit dolor sincopalis.℞.succi mē
te.ʒ.i.succi absinthij.ʒ.ß.gar.ligni alo.xilobalsami. ań.℈.
i.fiat puluis ⁊ misceatur et accipiatur tepidum omni die
de mane stomaco vacuo.vel accipiatur cum ouo sorbili ⁊
curat certissime sincopiʒ.¶ Sed si sit dolor ventosus qđ
scietur ex rugitu ⁊ eructuatione ⁊ inflatione:tunc si sit do
lor leuis ventosa magna calida posita super locum statiʒ
sedat dolorem. ¶ Itē aristo.rotun.est vehementis iuua
menti in resoluēdo humores ⁊ dolores ventosos quāuis
sint fortes.¶ Item castoreum cum aceto potatum con/
fert:aut venter vaporetur ex eo cuʒ oleo antiquo. ¶ Itē
vinum purum allia grana lauri ciminuʒ assatum exerci/
tium ante prādiuʒ conferūt valde.¶ Item corallus po/
tatus aut super locum suspensus confert a proprietate:di
cit Auic.in 3°.fen.iʒ.cap.de dolore stomaci. Et illi qui do/
lent post cibum vtantur coriandro ⁊ mastice ⁊ carnibus
citoniorum.Et qui ante cibum dolent vtantur euacuan/
tibus coleram ⁊ accipe lac acetosuʒ:⁊ stomacus debet cū
stipticis emplastrari.⁊ vtantur storace calamita ⁊ zucca/
ro rosato. ¶ Item prius dictum est de arsura stomaci et
dolore cordis. ⁊ ibi vide. ¶ Item fiat talis sacellatio in
dolore stomaci.℞.ʒ.ij. maratri anisi florum camomille.
ań.ʒ.i.terantur parum ⁊ torrefiant ⁊ sacellentur.¶ Dein
de in causa calida dentur iste pillule deponentes coleraʒ.
℞.aloes.ʒ.i.mirabolanorum citrinorum rof.ʒ.ß.confice
cum succo endiuie.¶ Similiter pillule deponentes cole
ram a stomaco splene ⁊ epate. ℞. aloes.ʒ.ß.gūmi arabici
masticis.ana.ʒ.ij.confice cum succo absinthij vel solatri
⁊ dētur in causa frigida.hierapigra ⁊ succus marrubij bi/
bitus dolorem tollunt.¶ Deinde detur electuarium ex/
pertum.℞.enule.ʒ.ß. seminis feniculi.ʒ.vi. piperis semi/
nis eruce sileris montani.ana.ʒ.iij.mellis ⁊ zuccari quod
sufficit optimum est ad omnes dolores stomaci ꝓm Ale/
xandrum in practica sua. Ut.℞.spice.ʒ.i.piperis.ʒ.ij.cas/
sie lignee costi.ana.ʒ.iij.da in mane et sero cum aqua ⁊ vi
no.Et si oportet vngatur stomacus ipsorum cuʒ oleo ma
sticino ⁊ nardino : quia ista olea sunt precipua in istorum
dolorum stomaci curatione ⁊c̄.

**Fames est multiplex.** cania ⁊ bolismalis. Fames canina ē ap
petitus irratiōalis nunq̄ʒ satiatus. cuius causa est humor
acetosus in stomaco inclusus ⁊ a splene effusus:⁊ euacua/
tio nimia vel debilitas retentiue vel superfluitas calidi/
tatis consumentis vel frigiditatis comprimētis.¶ Sed
bolismus est fames stomaci cum satietate membroruʒ.
cuius causa est ex intensa mala cōplexione frigida in ore
stomaci. vel ex pauco cibo vel ex debili virtute stomaci
cuʒ calore forti.Et dicitur bolismus:quia a bolo satiatur:
⁊ videtur sibi ꝙ omnia possit comedere.⁊ cū accipit vnū
morsellum satiatur. ¶ Sed caninus appetitus dicitur:
quia sicut nunq̄ʒ canis satiatur:sed continue comedit vs/
q̄ʒ ad vomituʒ : ⁊ statim redit adhuc ad comedendū post
vomituʒ:sic faciunt isti.¶ Sed defectus appetitus eius
est respuere cibum desideratum.cuius causa est ex mala
complexione calida vel ex humore salso ⁊ viscoso et pin/
gui remolliēte os stomaci ⁊ ex vomitu frequēti⁹. ¶ Sʒ
appetitus irrationalis est appetere extraneum vel lutuʒ
vel carbones ⁊ similia : vt faciunt mulieres pregnantes.
cuius causa est ex humore male qualitatis in ore stoma/
ci faciente appetere contrariuʒ:quia naturalis appetitus
appetit similia:sed innaturalis contraria. 2ª particula te/
gni.¶ Pro istis tamen notanduʒ ꝙ appetitus in ore sto/
maci est digestio in fundo. sicut dicit Auicen.in 3° fen.iʒ.
tractatu 3°.⁊ Gal.etiam dicit in regimine acutoruʒ. libro
ꝑmo in cōmento:ptisana ordeacea.¶ Sed vlterius sciē/
dum ꝙ passiones oris stomaci sunt multe.s.fastidiuʒ ab/
hominatio subuersio anime ⁊ nausea et vomitus. sed ta/
men fastidium est tanq̄ʒ genus ad ista. ¶ Abhominatio
ergo est cibi prius amati ⁊ desiderati abhorrentia ⁊ indi/
gestio:ita ꝙ solo aspectu refugit et tristatur. et si cogatur
accipere euomit aut patitur eructuatiōes fumosas ⁊ ace/
tosas.⁊ est inter species fastidij deterior: quia aufert hoc

appetitiuam et digestiuam. ℭ Nausea est voluntas vomendi sine effectu propter humores in villis stomaci inuiscatos. ℭ Subuersio anime omnis appetitus nauseandi. ⁊ est motus expulsionis sine expulsione: dicit Auicen. ⁊ de vomitu apparebit.

**Cause.** Cause istorum omniuz sunt omnia illa que digestionem corrumpunt: sicut coitus nimius ⁊ vigilie superflue ⁊ repletio cibi et potus. gulositas et frequens comestio anserum ⁊ pinguium rerum: ⁊ nimis etiã tempestiue comedere. ⁊ retentio nimia superfluitatum: ⁊ debilitas contentiue oris stomachi. malitia complexionis humide et calide: et superflua frigiditas: et vomitus multus: tristitia et angustia ⁊ sollicitudo nimia circa temporalia. studium multum. reuma. tussis. ptisis. et similia que appetitum defedant.

**Signa.** Signa rerum calidarum patent per calorem sitim ⁊ appetitum rerum frigidarum. ⁊ est dolor stomachi cum punctura et angustia inquietudo dolor spatularum tristitia somnia terribilia sincopis: et vomitus iuuat eos.

**Pronostica.** Pronosticatio est q̄ ista frequẽter aduenientia inducunt idropisiz tumorem pedum ⁊ faciei ⁊ oculoruz: ⁊ aliquãdo mortez subitaz: sicut aliquãdo aliqui in prandio subito moriuntur: quia incidunt apoplexiam ⁊ suffocationez.

**Cura appetitus** canini. Cura variatur s̄m passionum variationez. Cura appetitus canini est dare oua mollia. ⁊ si sit de flegmate acetoso detur hiera pigra gal'i ⁊ potet vinuz puruz calefactũ. Unde Hyppo. 2ª particula affo. potus indigentiaz soluit. ⁊ per potum intellexit vinum. ⁊ per indigentiam appetitum caninuz. vt dicit ibi Hal'. sed non vinum ponticum. ℭ Deinde dentur pinguia calida maxime ex oleo ⁊ vitello oui valde assato post cibum. Et si sit ex calore resoluente: ⁊ h̄ est vtplurimum da amigda. cum zuccaro ⁊ panem azimum ⁊ frigida viscosa grossa. claude poros cum ponticis vt cum oleo mirtino aceto alumine ⁊ aqua frigida et sumat paulatim. Et si venter sit fluxibilis vtatur diacitonitẽ. ⁊ vitet etiam acetosa frigida.

**Bolismus curatur** cum pane infuso in sirupo porroruz gassellis et cum galliculis ⁊ perdicibus. ⁊ vtatur pane infuso in sapa. Et est sapa vt dicit Hirar. 4º. viatici. cap. de stomatica passione. vinum coctum. aliquãdo tamẽ sumit̄ pro decoctione radicum diureticaruz. ℭ Deinde facies irroret̄ cum aqua frigida ⁊ cuz aqua ros. maxime si accidat sincop̄.: q꞉ illa fames est frequenter sincopalis. Odoret patiens res boni odoris ⁊ aromatica calida: vt sunt muscus ambra lignum alo. conditum cum aqua ro. Emplastret̄ stomacus cum mirtillis lilio' ros. tritis ⁊ musco pauco. ligentur manus: ⁊ pedes fricentur. euellantur capilli: et sonet̄ magna vox in aure: ⁊ pũgatur corpus. Et sincopi mitigata detur de pane infuso in sapa vsq̄ ad tertiam eius. ℭ Deinde cibetur cum perdice fasiano cum herbenis: ⁊ odorentur cibi delectabiles prouocantes appetitum: fructus pontici odoriferi ⁊ alia aromatica dentur. ℭ Item sumat panez infusum in vino odorifero. Bibat vinum cum camphora in causa calida: aut cuz ligno alo. ⁊ gallia mus. in causa frigida. Et si non sit debilis ⁊ in stomaco sit colera subtilis da parum de oximelle cum hiera pigra. A somno ꝓhibeatur aliqualiter ⁊ percutiatur cum virgis vt doleat vt virtus reminiscatur ⁊ expergescat ⁊c.

**Fastidiuz abhominatio** subuersio nausea curant̄ cuz digerentibus. In causa materiali cum oxizaccara cõposita si non vomat de facili. vel cum oximelle diuretico in causa frigida nisi esset paratus ad vomendum. Et detur tunc sirupus de absinthio qui optime appetitũ prouocat. ⁊ confert ad debilitatem stomaci ⁊ molliciez viscerum ⁊ debilitatem epatis ⁊ dolorem emendat. ℞. absin. quar. i. fol. ros. ℥. i. spice nardi. ℥. i. ß. vini antiqui boni et odoriferi lib. ij. succi vel carnium citonioruz quar. i. dimittatur per diem ⁊ noctem in vase lapideo. Deinde coquant̄ cum facilitate vsq̄ ad medium ⁊ cum lib. i. mellis ⁊ lib. ß. zuccari fiat sirupus optimus ad idẽ. ℭ Uel det̄ sirupus de menta qui stomacũ frigidum confortat: nauseam singultuz et fluxuz ventris sedat. dicit Damas. in antidotario suo. ℞. succi menthe lib. i. succi granatorum acetosoruz ⁊ dulciũ añ. quar. i. mellis dispumati aut zuccari lib. i. Uel sic. ℞. succi citoniorum succi granatoruz. añ. quar. i. proyciatur desuper menthe sicce quar. i. ß. rosarum. ℥. i. ⁊ dimittatur per diem ⁊ noctem. Deinde coquantur cum facilitate vsq̄ ad medium cum lib. i. mellis vel lib. ß. zuccari: fiat sirupus: ⁊ aromatizetur cum gallia muscata. est eniz optimus melior priore ⁊ appetituz optime prouocat. ℭ Ulterius sciendum q̄ in causa calida valent triasandali zuccarum ros. diarodon abbatis. Et in causa frigida potio muscata diambra dianisum diacitonitẽ. vtatur cinamomo menta mastice absint. nuce musc. Sed in causa calida ligno alo. rosis ⁊ sandalis ⁊ coriandro ⁊ corallus: quia ista rectificãt nocumenta stomaci a ꝓprietate. ℭ Ad purgandum stomacuz in causa calida detur trifera saracenica reubarbarata ⁊ modicũ hyere pigre acuite cum turbith. vel detur diaturbit q̄d est speciale in causa frigida stomaci. Sed nõ detur crocus in istis passionibus: q꞉ appetitum defedat. ℭ Deinde fiat emplastr̄ super stomacũ de menta absin. ros. ⁊ zedoaria galanga gar̄. storace calamite calamo aromatico mastice sandal' corallis aniso maratro nuce mus. ligno al'. ⁊ cũ oleo de mastice ⁊ oleo nardino ⁊ modico cere cõficiat̄ emplastrũ ⁊ tepidũ stomaco applicet̄ appetitũ ꝓuocat ⁊ nauseã ⁊ vomitũ sedat. ⁊ ideo notato eũ bene ⁊ vide in p̄mo lib. que valent in defectu appetitus ⁊c.

**Appetitus irrationalis** curat̄ nisi sit in pregnante cum vomitu ⁊ oximelle cũ mentha ⁊ aqua calida cocta cuz radice vna raffani aneto et sale fracto cõi. ⁊ h̄ si materia sit flegmatica. Sed si sit pregnãs detur lignum alo. ⁊ emplastrum eius. cuius recepta est posita superius. Et vtantur ameos omnes isti qui hoc patiũtur. sil'r amigdale amare cum amido ⁊ sale h̄ conferunt. ℭ Item ruta est maximi iuuamenti. ⁊ detur. ℥. i. seminis apij anisi mente sicce cum aqua calida. Et in pregnante oportet vti blandientibus ⁊ promittere multa: ⁊ ita ꝓlongare quousq̄ fetus maioret̄ ⁊ materia consumatur. Sed si materia sit acuta vel salsa: tunc vtatur vomitu cum aqua calida tantuz. ℭ Deinde da istam medicinam. ℞. cardamomi ameos reubarbari zuccari maratri cimini carui. ana. ℥. ij. fiat puluis quo vtatur mane ⁊ sero. Et dentur in non pregnante mirabolani cirrini in causa calida: sꝫ kebuli emblici in causa frigida. Et vtat̄ passulis nucleis cum puluere nucis mus. ⁊ capiãt pullos columbarum assatos: ⁊ pregnans suggat ossa gallinulorum. ⁊ vtatur carnibus citoniorum. Et dormire moderate iuuat omnem malam appetitus corruptionem: si non sit reuma ruens ad stomacum.

**Uomitus est motus** stomaci ad expellenduz aliquid q̄d est in ipso per viam oris. Dicit̄ enim vomitus quasi venter tensus versus sursum ad expellenduz contentũ in stomaco. Et ita similiter singult⁹ vt dicit Hal. 6ª particula affo. cõmento. 39. vbi dicit q̄ singultus est quidã motus ad vo-

mendum: fortior tamen ꝙ̃ vomitus: qr vomitus est propter rem natantem. singultus ppter materiaʒ inuiscatã. Sed cum vomitus fiat de materia illa inuiscata: tunc vomitus est fortior. sed si ppter materiaʒ natanteʒ: tunc singultus est fortior: sed de cõmuni vomitu loquitur Galie. ibi ⁊ de singultu cõmuni quia talis vomitus cõmunis est passio oris stomaci: sicut dicit Galie. 5º interiorum. capitulo 6º. ⁊ ideo natantia versus superius proprie ⁊ facilius expelluntur ⁊ superius per vomitum.

**Cause.** Cause vomitus multe sunt. extrinsece ⁊ itrinsece. Extrinsece sunt nimia repletio cibi ⁊ potus ⁊ inordiata acceptio ⁊ cibi fastidiosi vt pinguia ⁊ anseres ⁊ medicine vomitiue ⁊ percussio capitis vsqꝫ ad craneum ⁊ cerebruʒ ⁊ similia. ¶ Cause intrinsece sunt vel a parte stomaci vel ppter alia membra. Si ppter stomacũ hoc est ppter humores aggregatos in stomaco ipsum aggrauantes ⁊ ppter vlcera ⁊ ppter debilitatem cõtentiue ⁊ fortitudinem expulsiue. Si ppter alia membra hoc est quia mittunt ad stomacum: sicut est cerebrum epar splen ⁊ matrix. Et aliquãdo a toto corpore venit vt in initio paroxismi ppter cõmotioneʒ materie de nouo preter nãm: natura eniʒ nitit̃ expellere ⁊ facit vomitũ: sed est vomitus ille sinthomaticus: quia fit vi morbi a natura stimulata. ¶ Silr̃ vomitus sanguinis est ppter aptionẽ vene in stomaco vel alio mẽbro sicut cõtingit in vulneratis ⁊ mutilatis ⁊ in retentione menstruoꝝ vel emorroydarum vel fluxus consueti vt per nares ⁊ similia.

**Signa.** Signa membroꝝ extrinseca habent̃ ex indicio patientis. ¶ Signa membrorũ patẽt per dolorem eorum ⁊ per operationes eorum lesas. Et quãdo est a stomaco est passio cõtinua. quãdo ab alys est interpolata. Et si sit a colera color est citrinus ⁊ os amarũ ⁊ cuʒ siti est. Si sit a flegmate: tunc est coloris albi ⁊ est viscosum humidũ vel acetosum ⁊ sine siti. Si a melãcolia est nigrum ponticuʒ. Si a colera eruginosa vel prassina est coloris viridis: ⁊ tunc est malum: vt dicit̃ 2º pronosticorum. Alia patent de se ⁊c̃.

**Pronostica.** Pronosticatio est ꝙ laudabilis vomitus est ille cũ quo flegma est mixtum cum coloribus. qr quãto ad simplicitatem est remotior tanto etiã est suspectior. qr translatio antiqua 2ª particula pnosti. esset falsa nisi in noua esset ly suspectior. qr antiqua dicit: quãto vomitus est plus propinquior vt sit purus: est deterior. ergo cõpositus melior ⁊ minus suspectus: ⁊ ponitur illud ibidem cañ. 38. ¶ Item vomitus est optima purgatio in passionibus membrorũ inferioruʒ: sicut dicit fen 4ª. pmi lib. capi. 3º. de vomitu. quia eradicat ⁊ euacuat. hoc est a superioribus euacuat tantũ nisi extẽdendo nomen eradicationũ ad euacuationẽ ex ppinquo: tunc a superioribus eradicat: vel eradicare est materiam cum violentia vel cum vehementia ex longinquo extirpare: ⁊ tunc eradicatio est ab inferioribus tantũ in vomitu. ⁊ ista dico ppter contrarietateʒ inter verba Auic. fen 4ª. pmi lib. caº 3º. ⁊. xi. ¶ Item vomitus curat vomituʒ. dicit Auic. in 3º fen. iʒ. tractatu 5º. qr vomitus materie que est causa vomitus curat vomitum factuʒ sinthomatice a malitia vel materia morbi. ¶ Item vomitus in febribus pestilẽtialibus est malus. ¶ Item vomitus in die cretico post signa digestionis et alleuiationis est bonus: contrarius vero malus. ¶ Item vomitus ptisicus malus est et habentibus pectus debile. ¶ Item vomitus leuis in passionibus capitis est bonus.

**Cura.** Uomitus curatur sicut est dictum in pmo lib. caº. de vomitu superueniente febri. ¶ Sed tamen sciendum vlterius ꝙ in causa calida detur zuccarũ rosꝫ. ⁊ carnes citoniorum ⁊ berberis ⁊ plantago ⁊ coriandruʒ spodiũ ⁊ coralli ⁊ rose sicce in cibis. Similiter camphore inest pprietas sedãdi vomitũ ex caliditate. ¶ Itẽ panis assatus vel calidus extinguatur in duabus partibus succi mente ⁊ 3ª aceti ⁊ simul distempera subtilissime: ⁊ in illo liquore spongia mollis infusa super stomacuʒ emplastretur calidũ. residuum vero in plicaturis brachiorũ alligetur. ¶ Item pone ante vomenteʒ trifoliuʒ: ⁊ cõstringit. ¶ Item de menta sicca aniso assato vel a sso ⁊ mastice in duplo cum succo plantaginis: fac pillulas ⁊ da in cã calida omni die. Similiter somnus est radix cure. ¶ Itẽ tamarindi optimi sunt: qr stringunt ventrem laxando: et ita diuertendo. Et bonum est ligare ⁊ fricare extrema et maxime inferiora ⁊ ponere ventosas sine scarificatiõe super ventrem ⁊ super coxas: ⁊ vitet pinguia ⁊ oleaginosa ⁊ dulcia nimis. ¶ Odoret rosas camphoraʒ ⁊ sandalos in causa calida. In causa frigida odoret muscũ ambrã ⁊ camomillam. ¶ Item fabe cum cortice suo in aceto cocte conferunt. comedat coriandrũ in cibis si vomat cibum: ⁊ vtatur in cibis suis agresta. ¶ Sed in causa frigida det̃ diamuscuʒ vel gallia muscata vel pliris cum musco ⁊ diacitonitẽ muscatum ⁊ detur lignũ alo. ⁊ gar̃. cum succo pomorum: quia est expertum bonuʒ. ¶ Item mel emblicorum optimũ est in quo emblici iacuerint per triduũ. deinde coquantur: ⁊ debet esse mel ro. ¶ Itẽ thus cubebe cardamomum sunt optima. ¶ Item coclear. i. succi rute potatum est mirabile. ¶ Item gar̃. contritus ⁊ cibis superaspersus confert statiʒ. tamen durante vomitu nõ sumat cibum stante virtute. ¶ Item pulegium confert multũ. ¶ Item granata acetosa ⁊ grana eorum valent vomitui ex caliditate. Sed in causa frigida detur sirupus de menta cum expressione granatorũ cum pulpis suis: ⁊ illa dixi superius auctoritate Mesue. Deinde fiant emplastra super stomacuʒ posita prius frequenter. ¶ Hic tamen notandum ꝙ vomitus frequẽs est malus: qr facit de stomaco lacunaʒ: sed ꝺm aliquos semel vel bis in mense cõfert: ita ꝙ non obseruet̃ certa hora. Sed qr Gal̃. ponit 2ª affo. cõmẽto. 35. ꝙ vomitũ constat omnibus esse periculosuʒ. ideo non laudo ꝙ semel vel bis fiat in mense nisi in colericis ⁊ facile vomentibus et assuetis in pueritia. et hoc si homo bene se regat in cibis suis ⁊ potibus ⁊ in. vi. rebus non naturalibus. ¶ Cura vomitus sanguinei pꝫ per dicta in libro pmo. capº. de fluxu sanguinis narium. per flebotomiam ⁊ similia si oporteat. ¶ Item plantago ⁊ sanguinaria ⁊ bolus et sanguis draconis carabe rose portulace sunt bone: vt dictum fuit supra. Ego addo terram sigillatam cui non inuenio forte parem.

**Singultus** dicitur a sin qđ est con: ⁊ cultus quasi concultus vel cõculcatus: cuius diffinitio est ista. Singultus est spasmus stomaci in initio pleni: aut desiccati: aut inordinatione aliqua initiati: vt dicit Galie. 5ª particula affo. cõmento 4º. tamen in 6ª particula affo. dicit ꝙ singultus non est spasmus: sed quidaʒ motus ad vomendũ: tamen qr spasmus est de repletiõe ⁊ de inanitione: ideo est quidam spasmus.

**Cause.** Causa est repletio plurima ⁊ res nocẽs sua q̃litate sicut res frigide: ⁊ sua acuitate vt piper ⁊ similia. ideo dicit Gal̃. 6ª particula affo. cõmento. 39. ꝙ si quis comedat piper solum vel mixtũ. deinde bibat vinũ cum aqua calida mixtum: statim cadet in singultuʒ: quia piper inuiscat illud vinum cum substantia stomaci cuius acumine cuʒ sibi noceatur mouetur stomacus vt per singultum eyciat. ¶ Iteʒ mouens se laboriose ⁊ mouẽs terrefaciendo ⁊ ira ⁊ timor ⁊ gaudium subito accidens ⁊ tristitia superflua ⁊ aspersio aque frigide super facieʒ subi

to post motum ⁊ exercitium ⁊ equitationez. ⁊ expectatio super retentionem tussis ⁊ expectatio super sitim. omnia ista sunt causa singultus ⁊ defectus exercitij. ¶ Simil'r singultus ex inanitiõe causatur ex defectu cibi ⁊ euacuatione intensa ⁊ superflua quecũq; fuerit: ⁊ ex consumentibus ⁊ desiccantibus superflue resoluẽtibus. ¶ Cause ergo in generali sunt sic cõprehense. quia singultus vel fit a frigore constringente vt in rigore febriuz. aut a calore indurante vt in acutis. aut a re mordicante vt sinapi pipere humore acuto. aut a ventositate: quia vix dissoluitur. aut a re grauante et extendente vt in repletione cibi ⁊ potus ⁊ apostemate epatis.

**Signa.** Signa causaruz extrinsecarum patent ex indicio patientis. ¶ Signa quãdo est de inanitione: sunt q febris ⁊ labores ⁊ abstinentia ⁊ euacuatiões fortes precesserunt. ¶ Signa de repletione sunt otium ⁊ quies: ⁊ quia replet se ⁊ est cum grauitate. ¶ Et si est a frigiditate iuuatur a calidis et sentitur frigiditas in stomacho. ¶ Si est a caliditate: tunc est cum mordicatione et punctura ⁊ calore. Et si est ex apostemate est febris dolor ⁊ nausea. Et si sit ex vlcere: tũc acuta pungitiua sumpta statim faciunt ipsum dolorem.

**Pronostica.** In ileon singultus malum. vt dicit Hypp. septima particula affo. affo. 10. ⁊. 40. Si purgato seniori singultus superueniat nõ bonum. ¶ Item in epate flõnem patiente singultus superueniens malum. 5ª particula affo. affo. 5º. ¶ Item singultus post quãcunq; euacuationem eueniens maluz est. cõmento. 4. 7ª particula affo. ¶ Item si post vomituz singultus non minuatur sed aggrauetur apostema vel inanitio significatur. ¶ Itez singultus in crisi signis bonis apparentibus bonum est: q2 significat vomitum creticũ venturum: sed si mala signa appareant maluz: q2 spasmus significatur. ¶ Item si post singultuz veniat spasmus aut alienatio malum ⁊ mortale. ¶ Itez post vomituz singultus continuus in febre apostema lateris vel stomaci significat. ¶ Item si post singultũ veniat apostema in latere dextro aut super humero mors festina significat̃. ¶ Itẽ mulieres que habent stomacũ frigidum ⁊ matricẽ frigidam ⁊ retentionẽ menstruoruz vt cõiter habent singultũ cum alta voce ⁊ acuta ⁊ in prandio quasi semper.

**Cura.** Curatur singultus cura generali: ⁊ cura speciali. ¶ Cura generalis est per sternutationem ⁊ per somnuz longum ⁊ per retentionez longam anhelitus ⁊ per fricationes extremitatum ⁊ per nuncia terribilia et accidentia anime subita nõ preuisa vt tristitia ira gaudiũ: ⁊ per calida apposita super stomacuz ⁊ per ventosas sine scarificatione super spatulas aut super stomacum aut vociferationem ⁊ obturationem aurium. ¶ Cura specialis est talis. si ex repletione prouocetur vomitus: et illud qd leuiter prouocat vomitum est dare cariem ligni in potu: quia statim reuocabit. Deinde aspergatur cito aqua frigida super faciem ⁊ ponãtur ambe manus ⁊ pedes in aqua calida. Uel accipe semen aneti ⁊ ligetur in panno lineo ⁊ bulliatur in vino ⁊ odoretur ⁊ cessabit vbicunq; fuerit. Uel detur semen aneti ad comedenduz puluerizatũ vel sicut est ⁊ curat omnez singultuz de repletione ⁊ facit pro tempore cessare: ⁊ hoc est de experimentis meis: ⁊ habui illud ab Auicen. capi. de aneto. 2º can̄. ¶ Tamen si sit singultus de repletione in febre sicut frequenter ɔtingit ex inuiscatione stomaci ⁊ comestione fructuum ⁊ potatione aque frigide ⁊ similiuz. Tunc detur tale medicamen. ℞. seminis aneti. ʒ. ij. zedoarie ligni alo. masticis corallorum rubeorum nucis musc. an̄. ʒ. 5. detur pulverizatum in potu vel in cibis ⁊ statim cessabit nisi fuerit de apostemate epatis vel stomaci. Et vtatur carnibus citonioruz: sed sine febre da gar̃. quia gariofili retenti in ore restringũt singultum dicit Nicholaus in antidotario suo. Et gariofilatum optimum est in causa frigida ⁊ aliqui dant philoniũ. ¶ Item trifolium tere ⁊ da bibere ⁊ curat. ¶ Item. ℞. piperis par. ij. castorei partem vnam ⁊ cum aqua calida ⁊ coclear vnuz dabis. ¶ Item aliqui accipiunt nouẽ haustus vini calefacti ⁊ zinzib conditu3: ⁊ zinzib simplex optimum est. ¶ Item sirupus de menta prius dictus multũ valet. ¶ Item dentur tres offe de pane azimo calido singulis diebus cum vino. ⁊ hoc mulieri que patitur singultum cum frigiditate matricis. Et idem mulieri detur rasura cornu hirci. ¶ Item dicat ter in nomine patris ⁊ filij ⁊ spiritus sancti benedicendo os suuz ⁊ cessabit: vt ego vidi de vna muliere que habuit semper singultuz in prandio cum alto sono quousq; vsa fuit isto emperico. et tunc hoc facto pro tempore cessauit. ¶ Item sirupus Auicen. ⁊ electuarium est sine pari. cuius descriptio est hec. ℞. spice nardi squinãti calami aromatici anisi maratri fol'. mẽte fol'. absinthij costi. ana. ʒ. i. croci ligni aloes ambre gari. aloes succotrini. an̄. ʒ. ij. apij coriandri preparati seminis papaueris albi cassie lignee. an̄. ℈. i. conserue citrangulorum vel malorum granatoruz. ʒ. ij. panis zuccari qd sufficit fiat sirupus vel electuarium optimum. Sed Auic. ca. de singultu dat causam cuiuscũq; medicine intrantis febre. ¶ Si fuerit de ventositate valet ruta anisuz origanũ calamentum maratrum castoreum dianthos diagalãga diaciminum ⁊ vinum purum stupha ⁊ balneum. ¶ Sed si fuerit ex causa calida: tunc digeratur cuz sirupo acetoso oxizaccara simul mixtis bullitis. deinde purgetur cuz hiera pigra ⁊ trifera saracenica reubarbarata in plus vel cassia fistula tamarindis ⁊ mirabolanis citrinis: ⁊ vtatur malis granatis ordeato et aqua ordei portulaca ⁊ similibus. ¶ Et si sit sensus nimius possũt dari oppiata: vt philonium tyriaca metridatum: ⁊ in causa frigida maxime. ¶ Sed si sit ex inanitione: tũc vtatur lacte optimo caprino ⁊ balneo aque dulcis. vtar̃ nutriẽtibus ⁊ resumptiuis ⁊ humectantibus: vt dictũ est prius. cap. de ethica ⁊ ptisi. Deinde fiat inunctio cum oleo violato circa collum et a supremo dorsi vel spondili vsq; ad inferius. ⁊ caueat sibi a consumentibus ne amplius inaniatur.

**Eructuatio est** passio stomaci dicta ab erectione et actione: quasi stomachi erigens se ad superiora actio. Cuius diffinitio est. q eructuatio est ventositas fumosa ex indigestione stomachi procreata ad superiora oris proiecta: virtute expulsiua stomachi confortata.

**Cause.** Causa est ordinatio diete ⁊ quãtitas nimia et mala qualitas frigida et cibi ventosi vt fabe pisa rape cibi crudi ⁊ fructus ⁊ dulcia vt ceruisia noua et mustum. ¶ Et cause interiores sunt mala complexio stomaci frigidi vtplurimuz. l3 aliquando faciant calida eructuationes fumosas vel acetosas propter cõplexionẽ cibi vel eius grossitiem vel multitudinem. ⁊ opilatio epatis ⁊ retentio fecis ⁊ ventositatis ⁊ similia.

**Signa.** Signa causarum extrinsecarum sciuntur ex indicio patiẽtis. ¶ Signa materie sunt: quia si sentiat patiens eructuationem acetosam cum humiditate ⁊ saliua multa: tunc est ex flegmate. Et si cum siccitate ⁊ stipticitate: tunc est ex melancolia. Si autem fit eructuatio oris fetidi est ex corruptione ⁊ putredine humorum. ¶ Sed fetidus acutus pungitiuus attestatur super humores calidos. ¶ Si rancidus abbominabilis ⁊ innominatus supra melancolicos. ¶ Sed acris sicut pisces corrupti vel oua corrupta vel assata: supra flegmaticos

⁊ supra indigestionem.

**Pronostica.** Pronosticatio ē ꝙ eructuatio vna vel due ⁊ hoc fumose cum alleuiatione patientis sunt bone. Sed eructuatio frequens ē mala: quia corruptionem digestionis significat ⁊ ratione cōmotionis indigestionem facit. ¶ Item in lienterijs oxiremia. i. eructuatio acetosa. Cuius causam. s. eructuatiōis acetose ponit Halie. in scđo regiminis acutorum. cōmēto zi. in cōmento illius. Qui semel vel bis. Cui⁹ causa est disgregatio caliditatis innate. est bona si ex frigiditate stōaci vel ex flegmate generato ex ciborū multitudine vel ex cibis tēperatis in quātitate quorū virtutes sunt frigide aut humide: ita ꝙ ex isto patet ꝙ acetositas fit a frigido sicut a causa remota. ¶ Item accide eructuationes non valde spleneticis fiunt sicut dicitur sexta particula affor. ⁊ ibi ponit Hal. causam illius eructuationis.

**Cura.** Cura est talis. rectificare dietam si sit error in ea. Et in causa calida vtantur sirupo rosa. ⁊ zuccaro ⁊ violis ⁊ similibus. Et stomacus emplastretur cum sandalis corallis rubeis. ⁊ colera purgetur cum mirabolanis citrinis. ¶ Si causa sit frigida sicut est vtplurimū: tunc detur castoreum cum aceto squillitico. ¶ Deide fiat emplastrum super stomacum de consumptiuis ventositatis sicut cum ruta origano calamento aniso maratro cimino granis lauri ⁊ similibus. ¶ Deinde dent electuaria sicut diatriton pipereon cum vino ante cibum. ⁊ post cibum detur diagalanga ⁊ diacitonitē et zinziber conditum. ⁊ anisum conditum est specialis medicina hic: ⁊ puluis zinziberatus: ⁊ fiat exercitium forte ante prandium ⁊ non repleat se patiens cibis: ⁊ non accipiat grossa nimis nec ventosa vt lacticinia nec porros nec allia. ¶ Et si materia sit humoralis purgetur ſm exigentiam humoris. Si flegma cum mirabolanis chebulis ⁊ diaturbith. Si melancolia cum mirabolanis indis ⁊ cum puluere gualterij: qui optimus est melancolicis ⁊ senibus sepe eructuātibus. Et detur diasene qđ optimum est. Deinde si oporteat detur tyriaca cum vino. et fiant balnea et stuphe de rutha paritaria leuistico apio macedonico ⁊ cimino sicut dictum est prius. cap. de inflatione stomaci. ¶ Prouocātia eructuationē sunt menta mastix thus ameos garī. karui raffanus anisum. Sed si sit eructuatio acetosa abstinētia valet ⁊ vinum calidum ⁊ claretum bonum ⁊ pigmentum ⁊ saluiatum. ¶ Et fiat emplastrum super stomacum de stercore columbino galbano ⁊ calce viua: sed non diu moretur: ⁊ panno lineo. s. interposito: ⁊ debet fieri in timpanite aliquando. ⁊ auellane torrefacte valēt. ¶ Hic notandum ꝙ acetum dicitur fortis penetrationis. ⁊ hoc nō est ratione penetrationis: sed ratione substantie quia subtilis. Tamen Auicen. dicit. cap. de regimine aque et vini. ꝙ vinum est fortissimus penetrator. ⁊ hoc est veruꝫ inter calida. sed inter frigida acetuꝫ est forte penetrans. ¶ Et ego dico ꝙ melancolia acetosa nec ratione complexiōis nec ratione substantie cadens in terram ebulit: sed ratiōe acetositatis: quia illa pars est penetratiua. ⁊ ideo intrans poros terre expellit aerem sursum. nec est proprie ebullitio: sed coniunctio ⁊ cōmixtio aeris ascendentis ⁊ melancolie descendentis. ⁊ ideo in humido loco non apparet illa ebullitio: sed tantum in sicco raro puluerulento. ¶ De siti vero facio capitulum speciale supra in p̄mo libro. ⁊ iō ibi est dictum satis sufficienter.

**Regimen sanitatis** est triplex. cōseruatiuū. preseruatiuum et reductiuum. vt innuit Hali. tertia particula tegni. cañ. 197. Cōseruatiuum competit sanis. preseruatiuum neutris. reductiuum egris. Sed preseruatiuum nominatur conseruatiuū: vt dicit Haly tertia particula tegni. cōmento. 55. vł. 53. Dico ergo ꝙ ꝯseruatio fit per similia. Unde tertia particula tegni. Si vis conseruare crasim qualem concepisti similia similibus offeras. Corpori ergo temperato debēt dari omnia similia in gradu ⁊ forma. Sed corpori lapso lapsu naturali debent dari similia in forma: sed nō in gradu propter inclinationem quā habent ad lapsuꝫ. vt dicit Auicen. 6° colliget vltra medium lib. cap. de regimine cōplexionum malarum. ¶ Si dicas similia non patiuntur a similibus sibi. dicit Auicen. libro p̄mo. fen. 2ª. capitu. de signis complexionis. Dico ꝙ membra agūt a tota specie in cibum. ⁊ ideo dico ꝙ digestio fit a tota specie membri per calidum tanquā per instrumentum: sicut dicit Auer. 5° colliget de stomacho structionis: ꝙ in minori tempore dissoluitur ferrum q̄ꝫ in igne a tota specie. Sic dico in proposito. vel dico ꝙ a simili non fit passio in rebus inanimatis. sed in reb⁹ animatis bene potest fieri. ¶ Corpora ergo lapsa regantur cum similibus in forma quando ipsa sunt in temperamento eis debito. sed non in gradu: quia gradus debet esse remissior in cibo q̄ꝫ in corpore nutriendo. Et debet talis regi per cibum medicinalem. quia per cibum absolute complexio tēperata absolute regi debet: dicit Haly tertia particula tegni in cōmento illius. Calidiora calidioribus indigent adiutorijs. ꝙ lapsum corpus vel calidū ab equalitate per duos gradus debet regi cū calidis. in p̄mo gradu vocat frigidum: quia calidū remisse frigidum est in ore medici. Et ideo aliqui errando dicunt ex Haly ꝙ calida debent conseruari cum frigidis. hoc est falsum. tamen preseruari possunt cum frigidis remissis et in gradu remissioribus q̄ꝫ sit corpus preseruandum. sed reductio debet esse perfecte in opposito latere in eodem gradu. ¶ Hic tamen sciendū ꝙ calida debent regi per remisse calida. ⁊ frigida per remisse frigida. ⁊ sicca per remisse sicca ⁊c̄. sicut melancolica cum remisse frigidis ⁊ siccis remisse. ⁊ hoc est cum calidis ⁊ humidis nō absolute sed respectu complexionis melancolice. sicut cōmentator Dama. particula quinta affo. cōmēto. 67. ꝙ vinum est calidum ⁊ siccuꝫ. tamen respectu melancolie est calidum ⁊ humiduꝫ. Sic dico in proposito ꝙ ita complexio flegmatica debet regi per frigida remisse ⁊ humida: ⁊ hoc est per calida ⁊ sicca remisse. ¶ Si tamē complexio flegmatica sit lapsa lapsu accidentali ad frigiditatē ⁊ humiditatem: tunc debet regi per calida ⁊ sicca intensa. ⁊ h̄ est reducere. ¶ Consideranda tamē sunt in regimine sanitatis. qualitas. quātitas. ordo. tempus anni. hora prādēdi. consuetudo ⁊ etas. De qualitate cibi iam dictum est: quia debet esse similis vel in gradu ⁊ forma. vel in forma licet non in gradu. quia vt dixi prius: remisse calidum vocatur frigidum a medico: ⁊ simile est frigiduꝫ frigido. Et cum hoc vinum omne calidum. ⁊ ideo non est intelligenduꝫ ꝙ frigida sint similia corpori humano nisi frigida remisse que sunt calida more medici.

**Quantitas cibi** debet esse talis ꝙ cum appetit comedere debet dimittere. quia dicit Aristo. in epistola ad Alexandruꝫ. Dum adhuc appetitus durat manuꝫ retrahe. ⁊ Auicen. capitu. de regimine eius qđ comeditur ⁊ bibitur dicit ita. Ita comede ꝙ sint tecum reliquie desiderij. quia melius est multiplicare vices q̄ꝫ quantitatem. quia plus valet comedere bis et modicum q̄ꝫ semel ⁊ multum. quia cibus sumptus ex multa quātitate cibi vna vice non potest digeri: ⁊ tunc errat digestiua stomachi. ⁊ error in p̄ma digestione quando est magnus non corrigitur in scđa: ⁊ cōmentator particula p̄ma affo. Dama. cōmento. 16. ⁊ ideo non nutrit tunc debito modo. Et ideo dicit Auic. in 3° gulosi non crescūt.

⁊ etiam cibus excedens debituȝ opilat. ⁊ est causa putredinis. dicit Haly scđa particula tegni: propter carentiam euentationis. ¶ Signum autēȝ ꝙ satis comedit patiens est cuȝ ex ipso cibo assumpto non prouenit magnitudo in pulsu nec paruitas in anhelitu. Hoc nanqȝ non accidit: nisi quia propterea ꝙ stomachus comprimit diafragma. ⁊ ꝓpter hoc fit paruus anhelitus et frequens: et tunc cordis necessitas euentandi prebet augmentū. igitur pulsus magnificatur: quia in virtute non est debilitas. ¶ Iteȝ si nō est mutatio in vrina nec egestione nec viscera ⁊ maxime hipocundria extenduntur. nec sentit tortiones: nec etiaȝ ventositates nec grauitatem nec debilitatem. nec habet nauseam nec caninum appetitum nec pigritiam in genu: imo ꝙ ita bene posset stare post cibum sicut ante: nisi scilicet post cum ipse descendit ⁊ incipit digeri: ⁊ tunc vapores boni ascendunt qui faciunt somnuȝ ⁊ studium impediunt. nec est somnietas: nec sapor cibi post tempus reperitur in eructuationibus. si eniȝ ista omnia ita se habeāt: tunc declaratur cibus moderatus esse. In hoc tamen cōsuetudo obseruanda est nisi fuerit pessima vt videbitur. ¶ Sic etiam dico de potu ꝙ non debet esse tantus ꝙ in stomacho natet sicut est in ebriosis. ⁊ ideo illud quod aliqui dicunt inebriari semel in mense est bonum: est falsuȝ sicut ostendit Auerroys in canticis in particula secunda. cōmento. 33. vbi dicit ꝙ assensus ebrietatis semel in mense est erroneus: quia si vinum sit ex rebus magis conferētibus calori naturali moderate acceptū: est tamen ex magis nocentibus calori naturali ⁊ cerebro ⁊ sensibus quando excedit debituȝ. Et ideo dicit ꝙ habentes neruos debiles plus iuuat aqua mellis: licet senibus possit dari parum vini aromatici vt dicit. Tamen Auicen. capi. de regimine aque ⁊ vini. dicit ꝙ pueris dare vinum est addere ignem igni in lignis viridibus. Iuuenibus da moderate: sed seni quantū vult. ergo competit eis in magna quātitate. ¶ Dico ꝙ seni a senectute debet dari quātū vult. ⁊ hoc seni temperato: quia tantum appetit quantuȝ digerere potest. ⁊ est homo summe discretionis talis. Sed seni a senio non debet tantuȝ dari: quia sunt decrepiti ⁊ deficiunt: quia habent paucum caloreȝ ⁊ sunt sicut lucerna parata extinctioni: vt dicitur primo afforismorū. Et ideo Galienus ꝑma afforis. cōmento illius. Qui crescunt. dicit ꝙ vbi calor paucus ibi cibus expedit paucus. Si enim paucis carbonibus multa ligna apponantur: necesse est ignem extingui. ¶ Similiter dico de potu ꝙ per potuȝ intelligitur vinum dicit Galienus ibi. Potus indigentiā soluit. ¶ Ideo quero de vino quo tempore debȝ dari. nō ante prandiū: vt dicit Auicen. capitulo de regimine aque ⁊ vini. quia sapiens sibi preuidere debet ne ieiunus vinū bibat. nec post prandium dicit Auicē. eodem capitulo. vinum post quodlibet cibariorū omnino est malum. Et capitulo de eo qđ comeditur ⁊ bibitur dicit. vinum post cibum est ex rebus magis nocentibus ⁊ impedientibus: qȝ facit cibum penetrare anteqȝ sit digestus. Nec competit vinum in prandio ſm Auicen. capitulo eius qđ comeditur ⁊ bibitur vbi dicit. oportet ꝙ post comestionem bibat quis ⁊ non in hora comedendi. Et dicit parum ante non est bibendum donec cibus de stomacho descendat. ¶ Oppositus est communis vsus potare vinum in prandio ⁊ post. Dico ꝙ vinum ante prandium in tempore sanitatis non competit. tamen in tempore egritudinis aliquādo competit: vbi scilicet plus timetur de defectu virtutis qȝ de nocumento vini: sicut in sincopi ex debilitate virtutis: nisi virtus ingrederetur: tunc dico ꝙ competit in prandio: ⁊ etiam post. ¶ Et cum arguitur ꝙ non competit post. dico ſm Auicen. capitulo de regimine aque et vini. ꝙ duas brialas bibere super cibum non nocet ei qui consueuit: ⁊ similiter sano post minutionem. et est in hoc consuetudo obseruanda: si fuerit antiqua nisi sit pessima: ⁊ tunc paulatine dimittenda ⁊ nō subito. ¶ Et intelligo per brialam vnam mensuram continenteȝ tantum quātum esset vnus bonus haustus: quantuȝ scilȝ homo caperet sine mutatione anhelitus: scilȝ cum anhelitu vno nō coacto nec violenter contento. Dico tunc ꝙ vinum post quodlibet omniuȝ cibarioruȝ bibere est male nisi postqȝ iste cibus fuerit digestus ⁊ descenderit: nisi in canino appetitu vbi primo debent dari pinguia: ⁊ tunc vinum hoc est dandum via medicine: tamen post cibum mali chimi non competit vinum nec ante nec dum comeditur: dicit Auicen. ibidem. quia facit eum scilȝ malum chimum penetrare in extrema corporis. Et ideo errant illi qui post cibaria mala volunt potare vinum vt cibus digeratur: quia transit ante digestionem ⁊ corpus grauat. Unde dico breuiter ꝙ in parua quātitate potest dari vinum post prandium non in magna: ⁊ inusitato similiter ⁊ flebotomato non aliter nisi in casu magne necessitatis ⁊ aliorum que ponuntur in capitulo aque ⁊ vini. ¶ Et cum dicitur ꝙ in prandio non competit vinum. dico ꝙ verbum Auic. debet sic intelligi ad summum: oportet vt post comestionem bibat quis ⁊ non in hora comestionis vel comedendi: idest post deglutionem bucelle vel boli et non duȝ cibus est in ore: vel non debet multum potare dum comedit. hoc dicit Auicen. idest quātitateȝ que cibo conferat: idest non debet homo in prandio potare qđ conferat cibo transitum vel qđ tribuat sibi transituȝ nimis festinū: nec separationem faciat inter stomacum ⁊ ipsum nec faciat ipsum supernatare. tamen modicuȝ potest potare vt cibus sit permixtus bene ⁊ obtemperatus et non facere nimis magnum fundamentum: et tunc potare vna vice multum: nec post primuȝ morsellum potare multuȝ: sed multiplicare vices debet non quantitatem continuam. ¶ Et ideo dicit ꝙ triplex est potus: scilȝ alteratiuus: permixtiuus ⁊ delatiuus. Alteratiuus competit ante prandium sicut sirupus et potus medicinalis. Permixtiuus debet accipi in prandio scilȝ modicum comedere ⁊ modicuȝ bibere vt fiat debita permixtio. Sed delatiuus post prandiuȝ facta delatione: ⁊ postquā descenderit cibus de stomaco vel in descendendo. Et ideo dicit Auerroys secunda particula. cōmento. 19°. ꝙ sicut aqua effusa in olla bulliente facit ebullitionem cessare: sic aqua vel potus si effundatur super cibum in stomaco duȝ est in digerendo facit digestioneȝ cessare. ⁊ ideo non est bonū potare multum post prandiuȝ quousqȝ cibus digeratur ⁊ digestio in stomacho compleatur. immo si sitim tolerare potest post prandium est conferens ad digestionem. Tamen qȝtitas offerendoꝝ certis litteris non potest denotari: vt Hal. dicit. 3° megategni. fiat ergo ſm estimationē ꝓpinquā veritati: ⁊ ſm experimentuȝ vt vsus conseruetur.

**Ordo dietandi ⁊ sumēdi cibos sit tal. ꝙ ꝯ mane cū** surrexerit homo extendat brachia ⁊ collum. Deinde induat vestimenta munda. deinde expellat superfluitates prime ⁊ secunde digestionis: ⁊ tertie per sputum ⁊ vomitum ⁊ assellationes. sunt eniȝ iste superfluitates tertie digestionis. Deinde fricet corpus si tempus est conueniēs ꝓpter reliquias sudoris ⁊ pulueris in cute. quia cutis porosa est ⁊ trahit sibi omne qđ est vicinum. dicit Galie. primo de simplici medicina. deinde pectinet caput. deinde abluat manus ⁊ faciem cum aqua frigida in estate ⁊ cuȝ calida in hyeme. Deinde oculos cum aqua retenta in ore ⁊ ibidem calefacta ⁊ in manu posita cum digito modicū

intintco lauet. illud enim aufert lippitudinem oculorum
⁊ eos clarificat. Deinde fricet dentes cum folys citrulli
in estate ⁊ cum cortice citri in hyeme. Deinde dicat matu
tinos vel illud qđ est sibi deuotum. Deinde exercitet se
per loca alta munda: ⁊ tunc cibus preparetur: ita ꝙ tunc
statim post exercitium cum incipit naturaliter appetere
cibum accipiat ⁊ non ante nec tardet. quia dicit Auicen.
capi. de regimine eius qđ comeditur ⁊ bibitur. ꝙ stoma/
chum preter solitum pati famē putridis humoribus euz
replet. Et tunc venit repletio fantastica propter coleram
contractam ad os stomachi: ita ꝙ postea quādo volet co
medere appetitu naturali non potest. nec etiam debet su/
mere cibum ad satieratem. nec debet sumere in eadem
mensa nisi vnum cibum. quia dicit Auicen. vbi prius: ni/
hil deterius q̃ cibaria multiplicare ⁊ in eis tempus ꝓlon
gare. Et ideo dicit in fine de regimine cibi. ꝙ antiqui erāt
contenti de solius carnis comestione in mane. ⁊ solius pa
nis in cena: nec accipiebant simul diuersa. Si tamen plu/
ra debent sumi in eodem prandio: tunc est melius ꝙ ꝑus
dentur subtilia: deinde grossa q̃ econuerso. quia subtile
sequens grossum cito digeritur ⁊ grossum non: ⁊ tunc pe/
tit exitum ⁊ non inueniens propter grossum in fundo cō/
miscetur cum eo ⁊ totum corrumpit. Si tamen homo sci
ret proportionare eum ꝙ in tanto ꝑmo daretur grossior
in quāto profunditas stomachi est calidior orificio: tunc
esset faciendum. sed hoc facere est malum ⁊ difficile. Et
ideo cum ignoras quid sit faciendum declina ad subtile:
dicit Auicen. capi. de cura quartane. ⁊ scđo regiminis acu
torum. non accipiat quis crudū super semicoctū. ¶ Pro
quo sciendum est ꝙ cibus moratur in stomacho anteq̃
complete digeratur per. 16. horas dicitur scđa particula
canticorum. Et idem dicitur capitulo vltimo. vi. colliget.
licet quidā habeant ibi. 9. horas. ⁊ hoc est falsuz: quia scri/
ptor inuenit forte aliquem numeruz scriptum ⁊ nesciuit
quid fuit ⁊ errauit in scribendo. ⁊ debent esse. 16. hore in/
ter duas comestiones. quia dicit Auicen. capi. de regimi/
ne cibi. ⁊ Auerroys in canticis. ꝙ ordinata comestio est
duobꝰ diebus comedere ter. scʒ bis vno die ⁊ semel alio.
tunc inter duas comestiones debent esse. 16. hore vt duo
dies naturales qui continent. 48. horas diuidātur equa/
liter in tres partes. Et causa ē vt si illo die q̊ comedit bis
fuit erratuz in secundo die comedendo semel. corrigatur
defectus ⁊ econuerso. quia quecunq̧ ex plenitudine ma/
la generantur inanitio sanat. ⁊ econuerso: vt dicit secūdo
afforis. Tamen Auicen. dicit 3° cañ. fen. 12. tractatu 3°. cap.
de cardiaca de descensu cibi in stomacho. ꝙ remanentia
equalis cibi in stomaco ⁊ eius egressionis est illud quod
est inter. 12. horas ⁊. 16. ⁊ hoc est propter tarditatem ope/
rationis digestiue. Et ideo dico ꝙ cibus grossus intrans
stomachum diutius ibi moratur q̃ in alys digestis: quia
chilus est subtilior pane. ⁊ ideo cito conuertitur in rorem
in poris membrorum. Et ideo cōmuniter cum isto dicto
Auicen. stat ꝙ in. 16. horis digeratur cibus ⁊ in omnibus
membris. ⁊ si forte tunc nō totaliter assimiletur eis: tamē
aliquando propter debilitatem stomachi ⁊ grossitiem et
viscositatez cibi moratur per. 18. horas vel. 20. vt patet in
inflatione stomachi. ⁊ quando homo comedit cibaria no
ciua que aliquando in poris stomaci morantur per men/
sem vel per quartam anni: vt a fidedignis audiuimus ꝙ
ipsi euomuerūt cibuz quem sumpserunt: ⁊ medicinaz in
eadem quantitate ⁊ substantia qua accepta fuerunt per
mensem prius. ¶ Ulterius notandum ꝙ lac ⁊ pisces in
eadem mensa non competunt nec vinuz ⁊ lac: quia dispo
nunt ad lepram. nec accipiant electuaria multum calida
post cibum nec aliqua diuretica: quia corrumpunt cibuz
vel adurendo vel cursuz nimis faciendo cito. Et ideo tra
zea statim post prandium de aniso maratro ⁊c̃. est mala.
sed post cibum quiescat stando vel paulatine deambulā/
do: quia modicus incessus post prandium debet esse. hoc
enim est qđ mihi placet dicit Ruffus. sed motus post prā
dium siue equitando: siue etiam ambulando corrumpit
cibum ⁊ digestionem impedit. Deinde dormire modera/
te: quia hoc iuuat digestionē sicut dicitur ibi. ventres hie
me ⁊ vere. Quantum somnus iuuat digestionem bonum
est perpendere. sed somnus et vigilia magis modo facta:
idest magis modo debito facta malum: vt dicitur secūdo
afforis. Et sit somnus de nocte: quia vt dicit Hyppo. scđo
ꝓnosticorum. Somnus naturalis est qui noctem nō effu
git ⁊ diem non impedit. Sed multi sunt qui noctem ver/
tunt in diem dormiendo de die ⁊ vigilando de nocte qđ
pessimuz est. ¶ Scire tamen debes ꝙ ꝑmus somnus de/
bet esse super latus dextrum: quia digestio sic melioratur
propter suppositionem epatis ipsi stomaco: sed post debʒ
vertere super latus sinistrum ne attrahatur ad epar cibꝰ
anteq̃ digeratur complete a stomacho: sed debet post re
uerti ad stomacum vt digestio in stomaco facilius traha/
tur ad epar. Et hoc innuit Auicē. capi. eius qđ comeditur
⁊ bibitur. ⁊ capitu. de somno ⁊ vigilia. vbi dicit ꝙ incipe/
re dormire super ventrem auxilium fert magnum in di/
gerendo: ꝓpterea ꝙ calorem retinet naturalem: ⁊ ipsum
cōprehendit quare augetur. Et resupine dormire est ma/
lum. Et statim super cibum dormire est maluz visui. ⁊ de
die dormire nisi quasi sedendo. ⁊ hoc bene post prandiuz
in estate: ⁊ tunc modicū. Et ideo dicit versificator.

Aut breuis aut nullus sit somnus meridianus.

Si tamen ante prandium debet fieri fiat a mane vsq̧ ad
tertiam: dicit Hyppo. secundo pronosticoruz. Et caueant
ne dormiant ore aperto propter aerem frigidum intran/
tem ⁊ malū qui digestionez impediret. Sed caput in dor
miendo bene eleuet̃ ⁊ pannis bene cooperiat̃ patiens: di
cit Auic. ⁊ hoc confert valde ad digestionez ipsaz. ¶ Itē
accidentia anime tēperentur. ⁊ ideo dicit versificator.

Sit tibi mens leta: labor ⁊ moderata dieta.

Balneum vel lauacrum aque dulcis confert valde: dum
tamen cibus non est in stomacho. Cena sit breuis et le/
uis nisi consuetudo sit in contrarium. Unde quantuz est
ex parte digestionis que fit in somno plus potest maiorē
cibationem facere de nocte. tamen quia post cibum dor/
mitur anteq̃ descendat de stomaco vel de ore eius: ideo
multum nocet magna repletio de nocte ipsi visui. ⁊ ideo
sunt multi versus de hoc ⁊c̃.

Nocturna cena stomacho fit maxima pena.
Si vis esse leuis: sit tibi cena breuis.
Cena breuis vel cena leuis fit raro molesta.
Magna nocet: medicina docet: res est manifesta.
Sume cibum moderando modum natura fouetur.
Sic corpus refice ne mens humana grauetur.

Et ideo da bene quantum cito natura appetit. ¶ Item
egestio et vrina expellatur nec aliquo modo retineatur
vltra ꝙ homo appetit illa emittere. quia sic: generant op
pilationes laterum. vel tinnitum in capite ex ventosi/
tate redeunte sursum. vel lapidem retentione vrine. vel
idropisim vt dicit versus.

Nec mictum cohibere velis nec cogere ventrem.

Ultra illud. s. ꝙ homo potest bono modo. Et ideo nō est
bonum nimis sedere ad sellam nec ibi multū conari vel
morari. vnde in die ⁊ nocte que est dies naturalis sex vici
bus fit mictura ad bonum: sed in equali tempore bis vel
ter fit egestio pura: ita ꝙ bis vel ter construatur cuz ege/
stione ⁊ non cum tempore equali ⁊c̃.

**Tempus ãni cõsiderandũ** est: qr dãdũ est aliquid etati regioni ⁊ tempori. vt dicitur p̄mo affoꝛis. In hyeme enim detur cibus grossus ⁊ multus. quia ventres hyeme ⁊ vere calidissimi sunt natura et somni longissimi: ⁊ ideo plures oblationes sunt dande prima particula affoꝛis. Et non debent esse frequentes cibationes: quia caloꝛ nõ est acutus sicut est in estate. sed est caloꝛ modicus in estate accipiendo caloꝛem pro corpoꝛe calido. licet sit maioꝛ extensiue extensione raritatis: sed non extensione quãtitatis. ¶ Et debet vergere cibus ad caliditatem. ⁊ per illud patet qualiter sit dicendum de caloꝛe iuuenum et puerorum. ¶ Item in vere competit cibus tẽperatus: sed qui vergat ad paruitatem propter repletionem hyemis precedentis. In estate competit subtilis cibus vergens ad frigiditatem. et debet esse in parua quantitate vna vice: quia substantia caloꝛis: tunc est parua ⁊ consumpta ⁊ resoluta a caloꝛe exterioꝛi. vnde cibus subtilis in substantia: tunc a caloꝛe igneo aduretur. vnde Galie. ibi: ventres hieme ⁊c. dicit ꝙ caloꝛ congaudens de suo simili petit exterioꝛa in estate: ⁊ interius debilitatur. In autumno detur cibus in parua quãtitate. ⁊ debet vergere ad caliditatez ⁊ humiditatem. vnde dicit.

Quantum vis sume de cibo tempoꝛe brume.
Tempoꝛe sed veris cibo moderate frueris.
Et caloꝛ estatis dapibus nocet immoderatis.
Autumni fructus extremos dant tibi luctus.

**Hoꝛa comedendi est** cuz fames vera adest vt dixi. In estate electionis hoꝛa est frigidioꝛ ante tertiam: ⁊ hoꝛa vesperarũ. Tempus necessitatis est quando homo potest habere cibum. vnde Galie. in libro de regimine sanitatis. Nullus potest obseruare nisi ille qui non est occupatus in aliqua operatione necessaria aut libere cõditionis in omnibus. ¶ Et in hyeme eligatur hoꝛa calidioꝛ: et ita in vere ⁊ in autumno: quia participat cum estate et autumno: et in illis partibus que appropinquant estati sit hoꝛa comedendi hoꝛa estatis. in partibus viciniorib9 hyemi eligatur hoꝛa calidioꝛ temperata.

**Consuetudo dietandi est** obseruanda: nisi fuerit pessima: ⁊ tunc debet paulatim dimitti. vnde consuetudo cõueniens cum naturalibus est obseruanda. ⁊ si parum discrepet adhuc potest obseruari. sed si multum tunc debet reduci non subito vt dictum est. ¶ Tamen caueant illi qui male se regunt: quia si in presenti non sentiũt: in futurum tamen percipient dicit Auicen. ¶ Et illi qui dicunt ꝙ frequenter comedunt ⁊ repleuerunt se ⁊ nihil mali habuerunt caueant quia percutiẽtur. vnde si deus puniret statim pro quocunq3 delicto perpetrato homo non viueret. Et sicut est de natura vniuersali que est deus: ita de particulari in homine: quia non statim punit: sed in processu tempoꝛis. ¶ Item de fructibus aliqui comedunt plus q̃3 de alijs cibis: qui tamen agunt male: quia omnes fructus faciunt sanguinem aquosum ⁊ inutilem ⁊ putrefactibilem. Tamen fructus stiptici comedantur post prãdium vbi homo sit laxus in ventre sicut sunt pira coctana poma. licet assata in colericis ante prandiuz laxent: tamen cruda sunt stiptica: sed nõ omnia equaliter: quia dulcia minus ⁊ acetosa plus. Sed pruna cerasa vue passe ficus plus debent accipi ante prandium: vt dicit Isaac in particularibus dietis. Cuius oppositũ est vsus cõmunis ⁊ malus: quia ficus propter ventositatem oppilat. ⁊ ideo debent accipi cum zinzib. quod omni coꝛruptioni fructuum resistit. dicit Auicẽ. Melius est tamen totaliter oẽs fructus dimittere. Unde Galienus sexto de regimine sanitatis. dicit ꝙ pater suus vixit centum annis: quia non comedit fructus. ¶ Item sunt quidam qui diligunt caudas animalium comestibilium plus: alij capita: alij ossa: ⁊ sic de alijs. Unde scribitur.

Pisces ⁊ vxoꝛes in cauda sunt melioꝛes.

Et est tantum dictu ꝙ piscis est cum minoꝛi superfluitate in cauda propter motuz caude. tamen alie partes sunt facilioꝛis digestionis: vt patet de ventre in salmone: ⁊ sic de alijs. vnde illa pars que magis est in motu paucioꝛes habet superfluitates. ⁊ ideo si sit de animali comestibili ab homine est melioꝛ: tũc ceteris paribus. Eligatur ergo pars tenera que aliqualiter est in motu ⁊ melius sapit: qr qd̃ melius sapit melius nutrit ceteris paribus.

Non est in iecoꝛe quicquid dulcescit in oꝛe.

Dico tamen hic de auellanis ꝙ inter fructus post ficus ⁊ vuas sunt melioꝛes. Unde versus.

Dic auellanas epati semper foꝛe sanas.

¶ Ulterius dico ꝙ illi qui volunt vti coytu nõ vtantur eo pleno ventre: sed digestione p̄ma completa ⁊ secunda ⁊ tertia mediata nimis. nec frequenter quia stomachum sũme debilitat ⁊ totum coꝛpus. ⁊ maxime nocet visui. nã facit sensibiliter oculos profundos. ¶ Ulterius notandum de flebotomia ꝙ non est bonum nimis frequenter flebotomari: quia frequens flebotomia dicit Auicen. inducit apoplexiaz. Quia dicit Galienus nono megategni. Minutio ceteris euacuationibus virtutem maioꝛi debilitate impedit. et hoc est: quia sanguis est amicus nature plus q̃3 alius humoꝛ. et ideo extractio sua plus debilitat quando excedit. Uel non frequenter fiat nisi homo sit sanguineus ⁊ iuuenis in ocio et replens se carnibus et cibis bene nutrientibus. talis enim propter timoꝛem squinantie ⁊ apostematum interioꝛum debet se flebotomare frequentius alio. Et debet esse regula talis quã ponit Damascenus secunda particula affoꝛismoꝝ. cõmento sexto. vbi dicit. Si aliquis in iuuẽtute sua consueuit quater flebotomari in anno. in etate quadraginta annoꝛum tm̃ ter flebotometur. in etate sexaginta annoꝛum tantũ semel. ⁊ vltra septuagesimum ⁊ octuagesimum annum ex toto non flebotometur. Tamẽ in quadragesimo anno de mediana fiat flõmia. ⁊ in septuagesimo de basilica. Et post septuagesimũ non flebotomet̃ omnino. nec post quadragesimũ annum minuant cephalicam: quia exiccant visuz ⁊ memoꝛiam coꝛrumpunt. ¶ Tamẽ hoꝛa anni ad flebotomandum est ver ⁊ autumnus ꝭm electionez. tamẽ flebotomia veris plus valz. vnde nihil ita preseruat ab egritudinibus ⁊ moꝛbis estatis: sicut flebotomia veris dicit Auic. ¶ Totũ tamen tempus anni diuidit̃ in duas partes ꝭm vulgarem. s. in hyemẽ ⁊ estatez: sed in frigidissimo tempoꝛe ⁊ in calidissimo nõ fiat flebotomia: ⁊ ideo errãt illi cõiter qui volunt se flebotomari in die sancti Stephani ⁊ sancti Ioãnis baptiste ꝑpter frigus in vno ⁊ caloꝛez in alio: nisi aliquãdo illud in natali p̄seruat a moꝛbis qui fierent propter repletionem ibi cõiter factam. De qua tamen parte debet fieri flebotomia sunt versus.

Estas ver dextras: autũnus hyemsq3 sinistras.
Flebotomare venas: vt longo tẽpoꝛe viuas.

A parte lune est versus.

Luna vetus veteres: iuuenes noua luna requirit.

¶ Sed tunc de dieta post flebotomiam est sciendum ꝙ ibi est erroꝛ magnus: quia homines volũt potare ⁊ comedere multum vt redeat sanguis quem amiserunt. Debent igitur tunc modicum comedere. plus tamen potare de vino in cõparatione ad illuz paruũ cibuz quẽ solebãt: quia multum facilius est repleri potu q̃3 cibo. Dimittant

ergo caseuz carnes grossas pisces salsos ⁊ fructus.nec ira/
scantur nec moueantur.nec igni nec coitui approximent:
⁊ cenent modicum. Unde versus.
Prima dies vene modicum vult sumere cene.
¶ Tñ sciendũ quãdo incipiunt tẽpora anni. versus.
Uer petro detur:estas hinc inde sequatur.
Quã dabit vrbanus:autũnum simphorianus.
Festum clementis hiemis caput est orientis.
Et est ẜm astronomos qui ponunt tempora equalia.
Medi. vero non sic: sed vocant ver tempus temperatuz
anni: qđ aliquando durat per mensem aliquando minus
aliquando plus. Sed estas est tempus excessiue calidu3.
autumnus modo calidus modo frigidus ẜ3 horas diuer/
sas dici. hyems est tempus excessiue frigidum. ¶ Ulte/
rius notandum ꝙ oua ⁊ candellum de ouis valent flebo
tomatis si stomacus eorum sit mundus. Si tamen vas
imundum inuenerint facillime corrumpunt͛.tamen oua
fracta in aqua sunt saniora. ¶ Ulterius sciendum ꝙ con
suetudo comedendi potagium ꝑmo est bona. sed tamen
in hyeme fiat potagiuz de caulibus ⁊ maluis ⁊ saluia ⁊ pe
trosilio vel de albis capitibus porroruz decoctis ⁊ expres
sis ⁊ cum lacte amigdalaruz confectis. ¶ Ulterius dico
ꝙ amigdale comeste sicut sunt vel excorticate sunt opti/
mi fructus flebotomatis ⁊ ethicis. Sed in estate de bo/
ragine buglosis malua viola mercuriali spinachia pati/
na lactuca ⁊ de sũmitatibus feniculi petrosi. ⁊ similibus.
tamen in stomaco frigido bonum est ponere aromatica.
De pisis non comedatur nisi cum cimino nec de fabis no
uis nec de antiquis nisi cum sale ⁊ cimino. Et illi qui ha/
bent debilem stomacum ⁊ ventositates non comedãt ea
aliquo modo. tamen brodium pisaruz valet ⁊ laxat si ni/
hil sit ibi de substantia earum. ¶ Ulterius sciendum ꝙ
lac nocet stomaco nisi calido. ⁊ tali valet in estate lac ace
tosum. sed butiruz comedatur ante alia cibaria ⁊ nõ post
potum. ⁊ post cenam non comedatur pinguedo lactis vel
crema: quia est valde opilatiuum ⁊ viscosuz. ¶ Ulterius
sciendum ꝙ res crude vt ostrea ⁊ res semicrude ⁊ res as/
sate stomaco multum nocent. vnde masticatio bona cibi
⁊ bona eius ⁊ completa assimilatio vel decoctio extra est
quasi medietas decoctionis vel digestionis intra. ⁊ ideo
errant illi qui nimis festinanter comedunt ⁊ aliquãdo co
medunt nociua ⁊ non aduertunt.

**Etas ⁊ complexio** quasi per similia regant͛. ⁊ iuuenes magis digerũt
grossa ⁊ dura. senes a senio: ⁊ pueri hũida. idest liquida et
mollia. Debet igitur esse dieta resumptiua ⁊ enutriens in
senibus a senio. ⁊ debent frequẽter comedere ⁊ modicũ.
Unde studentes debent regi sicut senes: quia studiũ de/
siccat eos. Comedant igitur subtilia que cito conuertan/
tur. sed laborantes comedant assata ⁊ grossa: quia plus re
sistunt labori: quãuis enim assata sint humidiora ꝗ elixa
ta humiditate substantiali interius: tamen sunt sicca ex/
terius ⁊ solidiora per totu3. ideo minus diuisibilia a calo/
re: ⁊ per consequens minus digestibilia. Similiter cocta
in pane sunt humida ⁊ bona: sed panis pastilloruz est ma
lus. ¶ Sit ergo regula generalis ꝙ cibus adherens digi
tis cum tangitur dimittatur: quia est viscosus: ⁊ res assa/
te ⁊ per noctem retente cooperte non valent: nec multuz
pinguia in fine mense vel prandy. ¶ Abstinentia eni mo
derata est sũma medicina. ideo dicit Halie. Comedo vt
viuam: non viuo vt comedam. Unde ꝑma affo. Senes
facillime ferunt ieiunium: senes a senectute. deinde iuue
nes. deinde pueri. deinde senes a senio. ⁊ similiter flegma
tici bene possunt ieiunare: sanguinei modicum: sed coleri
ci ⁊ melancolici non possunt. Melancolici tamẽ melius
possunt ꝗ colerici: quia calor dispersus est minor ⁊ possũt
plus resistere. Uerificator tamen posuit quosdam ver/
sus de regimine sanitatis.
Si vis incolumen: si vis te reddere sanum:
Curas pelle graues: irasci crede profanum.
Ad plenum cenare caue: ne sit tibi vanum
Surgere: post epulas somnum fuge meridianu3.
Nec teneas mictũ: neq3 cõprime fortiter anum.
¶ Et de vino sunt tales versus.
Dat vinum purum tria nobis cõmoda primũ.
Confortat stomacũ cerebru3: cor dat tibi letum.
Uires multiplicat ⁊ viscera plena relaxat.
Efficit audacem: sudorem prouocat: aptat
Ingenium: tali luxus congaudet amico.
Sit mensura comes ne violetur opus.
Nam sine mensura sic deperit omne qđ est.
¶ Item vtantur homines frequenter cinamomo: quia
os redolere facit. ⁊ valet contra reuma frigidum ⁊ preser
uat a corruptione humorum. Et ideo dicitur.
Cur morietur homo qui sumit de cinamomo.
Supposito bono regimine. ¶ Ulterius sciendũ ꝙ aqua
debet esse munda ⁊ aer depuratus per artificiũ per igne3
bonum nisi habeatur naturaliter. ¶ Ite3 quia potus ali
quando datur tarde. vnde versus.
Potus tarde datus: multos faciet cruciatus.
Et hec sufficiant l3 multa possent dici.

## ¶ De colica ⁊ iliaca passione. Caplm. XX.

**Colica est opilatio** in itestino co lon. vt dicit͛ secũda particula tegni. cõmento. 137. Dicitur
colica quasi colon capiens. ¶ Pro quo scien
du3 ꝙ sunt sex intestina. tria superiora ⁊ sub/
tilia. ⁊ tria inferiora ⁊ grossa. ⁊ sunt versus de hoc.
Intestina tria sursum primum duodenum.
Et tunc ieiunum post est ilion reuolutum.
Sunt tria tunc orobus colon est post vltimo rectum.
Et diffinitio colice est talis. Colica est passio intestinalis
dolorosa cum qua fit difficilis exitus eius qđ egreditur
per naturã. vel sic. Colica est passio vltimi intestini qđ co
lon appellatur cũ difficultate exitus substantiarũ per in/
feriora intestina cum dolore magno ⁊ punctura.

**Cause.** Cause colice ⁊ iliace aut cadunt proprie in co/ lon aut cadunt in alys. ⁊ proueniunt ad ipsu3
ẜm semitam continuitatis. ¶ Et cause quidem proprie
cadunt in ipso: aut sub malitia diuisionis aut egritudinis
singularis calida aut frigida aut sicca. ¶ Et plurimũ qui
dem accidit frigida a flegmate grosso. deinde a ventosi/
tate frigida penetrante in tunicas intestinorum ⁊ villos.
¶ Et colicam ventosam plurimu3 facit vinum multe cõ
mixtionis ⁊ olera ⁊ coytus ⁊ maxime ventre repleto. ⁊ re
tentio fecum ⁊ ventositatis volentium exire. ¶ Item a
causa extrinseca fit vt a vento boreali aut ab aere calido
⁊ sicco desiccante ⁊ ab exercitio nimio et a fructibus sti/
pticis: sicut sunt pira citonia persica. ⁊ lacticinia: vt durus
caseus ⁊ colusca ⁊ oua dura ⁊ frixa ⁊ carbonate ⁊ caro an/
seris ⁊ anatis: ⁊ frumentum ⁊ rizi. ⁊ medicine stiptice da/
te in fluxu ventris aliquando inducunt colicam. Aliquã/
do fit ex ruptura vel relaxatione sifach: ratiõe cuius inte
stina descendũt in osseũ: ⁊ tunc fit colica. ¶ Cause interio
res sunt humores viscosi vt flegma vitreũ ⁊ mucillagino
su3 ⁊ colera mixta cu3 flegmate faciẽs ipm penetrare in/
tra tunicas intestinorum ⁊ pungẽs ipsa: ⁊ fit ab epate ibi/
dem vel in renibus vel in vesica. et fit ꝑpter vermes ibi

existentes. ¶ Et ab extra adhuc fit a potu aque frigide ꝛ ex nimia sessione ad sellam in loco frigido ꝛ super aquā. ꝛ a carnibꝰ bouinis salsis ꝛ ab ostreis ꝛ a conculis ꝛ ab anguillis ꝛ a congio pisce ꝛ a murena ꝛ a pisis fabis ꝛ inordinatione ciborum ꝛ potuum ꝛ a motu super eos. ¶ Sunt igitur septem cause in generali. scꝫ p̄ma apostema calidū vel frigidū. scd̄a defectus colere demisse ad intestina. tertia humor frigidus inuiscatus. q̄rta est debilitas virtutis sensitiue ītestinoꝝ ꝛ debilitas expulsiue coꝝ. q̄nta est vētositas grossa inclusa. sexta est fex indurata in intestinis. septima est vermes inuoluti in ītestinis. ꝛ breuiter oē illō qd̄ claudit ꝛ ꝯstringit ꝛ opilat ītestina. Et sunt versus.

Sunt colice cause septem sub carmine clause:
Fex ignita. cibus constipans. flegmata grossa.
Uentus. apostema. vermes. destructio sensus.

¶ Iste eedem sunt cause iliace passionis. Sed tamē iliaca est passio in intestinis superioribꝰ maxime in intestino inuoluto qd̄ est infimū intestinorum graciliū. Cuius diffinitio est. Iliaca est passio intestinoꝝ gracilium cum constipatione ventris ꝛ frequenti vomitu ꝛ dolore vehemēti tanq̄ intestina terebello proforarentur. ¶ Sed differunt iste passiones inter se: qꝛ in iliaca est maior dolor ꝛ citius interficit ꝓpter subtilitatem intestinorū. 2º. qꝛ dolor in iliaca est magis deambulatiuus versus dextrū ꝛ sinistrum. 3º quia iliaca magis prouenit ab aere pestilentiali. 4º. qꝛ iliaca est passio magis ab vmbilico superius: sed colica inferius. 5º. qꝛ colica magis remediat̄ ex clisterys: sed iliaca magis per ea que intrant per os. ¶ Item ista differunt a dolore renum: ꝛ maxime colica: quia dolor renum est magis infixus in vno loco ꝛ ibidem quietus: sed colicꝰ non. Similr̄ in dolore renali est dolor magis circa posteriora ꝛ ancas: ꝛ quia paruū similiter alleuiatur cū clisteri. sed colica iuuatur cum eo. ꝛ hec bene notentur.

**Signa.** Signa colice sunt retentio fecis et prostratio appetitus: ꝛ appetitus aque frigide ꝛ dolor et punctura ꝛ vrina tincta ratione doloris: ꝛ quia colera nō mundificatur per intestina: ꝛ ideo redundat ad vias vrinales. Urina tamen karopos vel lactea in colore: in substantia spissa habēs resolutiōes cinerosas separatas mixtas cū resolutionibus squāmosis apparētibꝰ in vltima regione vrine colicam significat. s. māliter: qꝛ formaliter scꝫ quādo dolor est in actu vrina tingit̄: vt dictū est. ¶ Signa sp̄alia ꝛ p̄ma colice flegmatice sunt vehemens dolor intestinoꝝ: ac si intestina eēnt perforata cū terebello. eructuatio acetosa. abhominatio vomitus. ventris constipatio ꝓpter flegma. ¶ Sed colica ex ventositate significatur ex dolore ibi deambulatiuo ꝛ gurgulatione ꝛ sine grauitate ꝛ ex nimio dolore ꝛ tortura ꝛ abhominatōe. ¶ Colica ex a p̄ate significatur ex calore nimio in loco intestini colon ꝛ punctura ꝛ dolore febre siti ardore vomitu abhominatione ꝛ pulsatione in loco. ꝛ hoc est apostema cal'm. sꝫ si fit frigidū: tunc omnia remissiora ꝛ cibaria frigida et humida precesserūt. ꝛ ē tumor ꝛ mollities ibi. ¶ Signa colice ex humoribus pungitiuis ꝛ acutis sunt sicut nimia oris siccitas ꝛ ligue: ꝛ vrina est rubea subtilis. ꝛ egestio est colerica. ¶ Signa ergo humoris peccantis habētur per exeuntia. Quia si sit de flegmate: illud qd̄ egredit̄ est mucillaginosum album. Si de melancolia: est nigrū siccū valde. Et si a colera pungente: tūc est citrinū aliq̄liter. Et si a debilitate sensus: tunc est tumor in ventre cū modico dolore ꝛ morbi longi precesserūt. Et si a retentione fecis indurate: tunc est dolor grauis. ꝛ videtur ꝙ intestina scindantur ꝛ ꝙ perforent̄ quasi terebello. ꝛ est quādo materia est viscosa vel vētositas grossa. ꝛ est sicut dolor parturientis cum reuolutione de latere ad latus cum inflatione ꝛ indigestione: ꝛ cum continuo appetitu vomendi sine effectu: ꝛ cum punctione sub diafragmate. Aliquādo stercus exiens cū clisteri vel alio mō ꝓiectum sup̱ aquā natat ibi sicut facit stercus bouīū ꝓpter ventositatē ibi admixtam. Ista dicit Gal. 2º. interioꝝ. caº. 4º. narrans ibi de seipso q̄liter ipse istum morbū patiebat̄. Si sit ex vermibus: tunc est dolor ex somno ex masticatione in ore ꝛ spuma. ꝛ videt̄ ꝙ q̄si acus sit in intestinis. Si sit tñ vrina tincta rōne doloris ꝛ sit ibi sitis ꝛ calor: tunc oportet inquirere de regimīe precedēti. ¶ Si fuerit multiplicatiuū flegmatis: ꝛ tunc enim cum grauitate intestinoꝝ argue de cā coniuncta: sed dolor attrahit ad se spiritꝰ: qꝛ omnis dolor acuit reuma. ꝛ dolor est acutissimus quo ad paroxismum ꝛ quo ad accidens. ꝛ ideo dicit Auic. fen q̄rta. p̄mi lib. ca. vltimo. ꝙ in colica accidens superat cām suā qꝛ dolores ꝓsternunt virtutes. tamē cā materialis cōiter est frigida: vt dicitur. q̄rta p̄mi libri. caº p̄º. in fine. ¶ Si sit colica ex ruptura: tunc precessit casus vel percussio vel saltatio vel consimile: vt patebit de causis hernie in 3º libº. qui erit cyrurgicus aliq̄liter. Sed qꝛ vt dicit Gal. 2º. īterioꝝ. ipse credebat dolorem colicum esse renalem ꝛ de lapide ibi existente: ideo multo magis contingit illud credere. ¶ Ponam ergo signa distinctiua inter dolorem renalem ꝛ colicū: quāuis prius aliqua dixerim. ¶ Differunt ergo quatuor modis. quātitate. loco. tempore ꝛ motu. Quantitate qꝛ dolor renū paruus est. colicus vero magnus: scꝫ maior alio. Loco differunt qꝛ dolor colicus incipit ab inferiori parte dextri lateris ꝛ extēditur ad superiorem sinistri lateris: ꝛ etiam magis ad inferiora ꝛ versus pectinem decliuior quasi subito descenderet ab vmbilico deorsum versus pectinem ꝛ peritoneon: sed renalis incipit a superioribus ꝛ descendit paulatim vsq̄ ad renes ꝛ est plus ad posteriora dorsi. Tēpore vero differunt qꝛ renalis dolor fit fortis in tēpore vacuitatis. ꝛ colicus: tūc alleuiat̄ ꝛ fit fortis cū sumit̄ aliquid. ꝛ colicus īcipit subito ꝛ in breui tempore. ꝛ lapidosus fit paulatine ꝛ est prius dolor in dorso ꝛ difficultas mingendi: ꝛ in vrina in p̄ncipio apparent quedam cōtenta filosa deinde harenosa. ꝛ vrina est tenuis lapide cōfirmato: ꝛ tunc excoriat loca per que transit. Motu vero differunt quia renalis figitur in vno loco: sed colicus mutatur de loco ad locū: ꝛ exitus ventositatis ꝛ fecis alleuiat colicum non renalem de quo sit curandum. per predicta patent signa iliace. Tamen vnum est ibi speciale: quia stercus euomitur ꝛ exit per os aliquando. Et si sit ex venenis: tunc est tremor cordis ꝛ aliquando sincopis ꝛ frigiditas extremitatum.

**Pronostica.** Pronosticatio ē ꝙ mortalia signa sunt in istis passionibꝰ vomitus stercoris fetidus. similiter spasmus ꝯtinuus ꝛ singultus. permixtio rationis. sudor cū frigiditate extremitatū. ¶ Itē vrina spissa ꝛ pauca. ¶ Item si vrina exeat cum distillatione morietur in die septima nisi soluatur per febrem superuenientem: vt dicitur sexta particula affo. ꝛ affori. 20. ¶ Item septima particula affo. affo. 10. In ileon vomitꝰ ꝛ singultus ꝛ spasmus ꝛ desipientia malum. ¶ Idē vult Auic. 3º. cañ. fen 16. tractatu 4º. caº de ileos. ¶ Item si appareat magna pustula super ventrem sicut faba: sequenti die morietur. ¶ Item colica mutatur in iliacam. ꝛ aliquando est causa idropisis. ꝛ aliquādo terminatur in paralesim. aliquando in arteticam. aliquando in epilepsiā vel maniam. ¶ Item omnimoda retentio fecis in colica est mortalis. ¶ Sed in ileon dicit Ga. septimo affo. nihil descendit. ꝛ hoc est proprium illi passioni: sꝫ vomitꝰ nō semper durat sꝫ superuenit cū aliquis ad mortem venit ¶ Contra dicit Galie. 6º. interiorum. In ileon exit egestio

⁊ 7°.capitulo de iliaca.dicit. Ileon futurum ab apostemate significat duricies fecum ⁊ velocitas in egestione. Dico ꝙ in iliaca facta a mala complexiōe sine materia nihil exit. ⁊ hoc est vtplurimum: quia plurimuz fit a mala complexione frigida. ¶ Et argumenta fiunt de iliaca materiali. Adhuc in iliaca si accidētia minorentur ⁊ medicina sumpta per os descendit per inferiora bonum signuz est. ¶ Iliaca item est passio vilissima: qr stercus per os emittitur: ⁊ facit de stomaco in ore cloacaz. ¶ Dubitatio alia est de dicto Galieni 2°. interioruz.capitulo q̄rto. vbi dicit. ꝙ materia tenuis minorem dolorem facit q̄z grossa. ⁊ tamen colerica facit dolorem acutiorem q̄z flegma vel melancolia. ⁊ ideo apostemata frigida sunt quasi sine dolore vt dicitur scđa particula affo.cōmento.33. Et omnia apostemata calida sunt cum dolore. ¶ Item quieta minorē dolorem facit q̄z mobilis ⁊ minus frigida q̄z magis frigida vel frigidissima. dicit Galie. scđo interioruz. vbi prius. ¶ Sed contra. mobilis minus manet in vno loco. ergo minus imprimit. ¶ Similiter frigidissima materia imprimit seu mortificat ⁊ stupefacit. ergo non facit dolorez. ¶ Solutio. dico ꝙ vnus dolor est maior alio dupliciter. vel intensiue vel extensiue. vnde materia tenuis dolorez intensiorem ⁊ acutiorez intensiue facit. sed grossa diuturniorem ⁊ maiorem extensiue: ⁊ diutius duratiuum ⁊ tardius resoluitur. ¶ Ad secundū dicitur ꝙ materia mobilis facit dolorem intensiorē ⁊ acutiorem: quia minus moratur: ideo citius terminatur ⁊ sedatur. Et dicitur ꝙ materia mobilis tantuz facit in pauco tempore quātum materia fixa ⁊ grossa in duplo tempore. ¶ Ad tertiuz dico ꝙ frigidissima materia que in corpore est non facit dolorez accipiendo frigidum absolute. sed frigidissima materia q̄ est in corpore facit dolorem: nec illa stupefacit. ⁊ sic loquitur ibi Galie. cum dicitur ibi ꝙ flegma vitreum est frigidum anteq̄z exeat corpus. ⁊ hoc est verū respectiue respectu aliorum humorum naturalium: sed non est flegma in corpore frigidū absolute: sed solū respectu alioꝝ humoꝝ.

## Cura.

Cura istarum passionum multa requirit. Primo oportet dolorē sedare. deinde causam morbi oportet auferre.

¶ Circa primum sciendum ꝙ dolorem sedantia sunt tria: vt dicebatur capitulo de cura doloris capitis. Primū est illud quod mutat complexionem que est causa doloris. Secundū est illud quod resoluit materiam doloris. Tertium est illud quod stupefacit. ¶ Primo ergo ponenda est cura doloris colici ex frigiditate: sed in p̄ncipio narcotica sunt vitanda: quia sensum destruunt: materiam frigidam plus ingrossant et ventositatem interius claudunt. ¶ Incipiendum ergo est ab euaporatiuis in causa frigida. ℞. florum camomille anisi maratri melliloti. ana. ℥. ij. decoquantur in aqua. ⁊ postea accipiatur linteamen triplicatum ⁊ submergatur in dicta aqua: ⁊ actu calidum superponatur vmbilico et pectini aut cum filtro blauo infuso sepe in aqua. ¶ Uel sic. ℞. milij lib. i. torrefiat super tegulam: ⁊ tunc ponatur in magno sacculo ⁊ ponatur sup locum doloris. vel de ciminio vel de auena torrefactis ⁊ ī sacculo positis fiat euaporatio. ¶ Uel sic. accipiatur cucurbita vetus in qua diu steterit oleuz ⁊ impleatur aqua decoctionis istaruz rerum. ℞. seminis basiliconis. ℥. ß. anisi maratri seminis lini aneti cimini ameos florum melliloti camomille. ana. ℥. ß. terantur aliquantulum in mortario: ⁊ postea decoquantur in aqua ⁊ ponantur omnia actu calida in dicta cucurbita: inuoluantur in pāno lineo: ⁊ ponatur super vmbilicum quousq̄z causa doloris fuerit resoluta. vel ista eadem ponantur in vesica enea. ⁊ eodez modo fiat. ¶ Sed si causa fuerit calida fiant talia euaporatiua. ℞. omnium sandalorum. ana. ℥. ß. rosaruz. ℥. ij. de his fiant sacculi. ⁊ ponantur in aqua calida. ⁊ deinde expressi ponantur super ventrez. ⁊ hoc fiat frequenter. ¶ Ad idē ℞. violarum. ℥. ij. ponantur in sacculo. ⁊ sacculus coquatur in aq̄ ⁊ expressus ponatur super locū doloris. ¶ Uel sic. ℞. rosarum florum violarum. ana. ℥. ij. coquantur in aqua: submergatur in aqua linteamen triplicatuz: ⁊ ponatur super locum doloris frequēter. ¶ Deinde si dolor nō cessauerit intret patiens frequenter balneum virtute forti existente sic. ℞. floruz camomille florum melliloti. an̄. ℥. ß. radic̄. buglose mercurialis. an̄. M. ij. senationis. M. ß. bulliant in aqua. ⁊ intret balneum frequenter si fuerit fortis. si fuerit debilis semel. Et fiat istud ī cā frida. ⁊ odoret aquam rosataz ⁊ caue ne cooperiantur super pectus ⁊ cor. vel fiat balneum de aquis termarū: que scz aque sint calide naturaliter que valent sūme colice frigide. ¶ Sz in causa calida fiat hoc balneum. ℞. rosarum violarū. an̄. libr. ß. malue. M. ij. omnia bulliant in aqua. ⁊ fiat balneum vsq̄z ad vmbilicum. ⁊ intret ipsuz bis vel ter si fortis fuerit. si debilis semel in die. ¶ Item balneum de aqua calida simplici in causa calida multum iuuat frequenter intrantē. ¶ Deinde si dolor adhuc sit intolerabilis ⁊ nō cessauerit fiat emplastruz in causa frigida. ℞. anisi maratri cimini. an̄. ℥. i. pulueriçentur. ⁊ accipiantur vitelli ouorum ⁊ liquefiant in sartagine ⁊ in moduz emplastri ponatur super foramen vmbilici: mirabiliter soluit dolorem. ¶ Ad idē. ℞. cimini libr. i. assetur sup tegulaz calidā. deinde pulueriçetur ⁊ incorporetur cuz melle liquefacto in catia ad modum emplastri. deinde ponatur super lanam succidam. deinde ponatur super locuz doloris. ¶ Ad idē ℞. olei aneti. lib. ß. calefiat in patella ⁊ submergatur lana succida in eo. ⁊ ponatur actualiter caliduz super locuz doloris. ¶ Sed in causa calida dolore non cessante. fiat tale emplastrum. ℞. foliorum malue quātum vis decoquātur in aqua ⁊ incorporentur cum butyro recenti sine sale. ¶ Uel sic. accipe. lib. i. olei violati calefiat in catia. ⁊ accipiatur cotum ⁊ submergatur in dicto oleo ⁊ calidum ponatur super ventrem. ¶ Uel sic. ℞. folio. marrubij albi. M. ij. vel nasturcium aquaticuz abluatur fortiter ⁊ decoquatur in sartagine cum oleo oliuaruz: ⁊ ponatur super locum doloris. mirabiliter enim dolorē remouet. ¶ Deinde si dolor ex toto non cessauerit vngatur venter cum huiusmodi oleis. ¶ In causa frigida. ℞. olei camomille aneti olei de lilio. ana. ℥. ij. misceantur in sartagine calefiant: ⁊ cum istis calidis totus venter vngatur. ¶ Item de vnguēto marciaton vel arogon potest fieri similiter vel cum oleis calidis: sicut oleuz nardinum muscellinum costinum laurinuz que sunt optima. ⁊ oleum de sinapi optimum est: scz illis qui sunt parati ad paralesim: qr iste morbus sic aliquādo terminatur. ¶ Sed in causa calida. ℞. oleum violarum oleum rosarum. ana. quart. i. olei camomilla. ℥. ij. misceantur omnia: ⁊ cuz istis actualiter calidis totus venter vngatur vel cum dialtea et oleo rosa. simul mixtis vel cum oleo de lino. ¶ Item localia non debent aliquādo omnia fieri: sed eligat medicus. ideo posui multa. Ideo tamen si morbus dat inducias oportet materiaz euacuare ⁊ residuum doloris mitigare cū istis iā dictis.

## Scđm principale

est scz causam morbi auferre. ¶ Circa qđ sciendu ꝙ colica īmaterialis curatur cū alteratiuis frigidis in causa calida. s. cū roſ. viol. florum nenufar. Et in causa frigida cuz floribus camomille melliloto bethonica ysopo ⁊ furfure sil' decoctis in aqua ⁊ nōdiu in loco remaneāt ⁊ ante ⁊ desiccent. ¶ Sz ꝯtra colicā māle sunt faciēda iij. p° oꝫ mā per clistere diminui. 2°. oꝫ cum digestiuis digeri. 3°

complete euacuari. ¶ Deinde cum localibus residuum consumi. 5° debet virtus cum electuarijs bonis confortari. 6° debet dieta ordinari. 7° debent emperica fieri.

¶ Circa primum sciendum q̄ sm variationem causaruz variatur cura sm q̄ dicit Haly 3ª particula tegni. cōmento. 137°. ¶ Si ergo sit de fecib⁹ induratis fiat clistere mollitiuū. ℞. malue mercurialis senationis buglos. ana. M. i. ficuum albarum pinguium. x. furfuris. lib. ß. olei violati anetini. ana. ℥. ß. cassiefistule munde. ℥. i. olea dicta inijciātur per clistere: ⁊ fiat bis in die si virtus sufficiat. ¶ Deinde fiat clistere acutum de eisdem cum. ʒ. ij. turbith in causa frigida: ⁊ cum oleo ruthaceo. Unde materia clisterioꝝ in proposito sunt rutha ciperus carui anisum origanū ysopus agnus castus camomilla anetum centaurea petros. oppoponacum bdellium storax liquida castoreum cuz sale ⁊ oleo vel cum oleo nardino vel de raffano. Si vis addere fenugrecum semen lini ficus siccas: sed bothomariem .i. ciclamē est mirabile valde. ⁊ pulpa colloquintide in clisteribus confert maxime in colica flegmatica et ventosa sm Mesue. ⁊ ben albuz est mirabile sm eundem. ⁊ castoreo inest proprietas mirabilis. ⁊ turbith etiam est forte.

¶ Sed in causa calida fiat tale clistere. ℞. folioruz malue herbe mercurialis ⁊ violarum florum violaruz. ana. ℥. i. olei violati. ℥. i. cassiefistule munde. ℥. i. ex his fiat decoctio vsq̧ ad lib. i. ⁊ tunc resoluatur cassiafistula ⁊ oleū violatuz ibi ⁊ per clistere inijciatur. Et si vis fortius operari adde. ʒ. ij. salis gēme vel reubarbari. Sed si virtus fuerit debilis non est faciendum clistere: sed suppositorium. et primo mollificatiuum sic in causa frigida. Accipiatur butyrum ⁊ liquefiat. ⁊ cū illo liquefacto misceantur. ʒ. ij. vel iij. de alumine cum pluma ⁊ agitentur ad moduz vnguēti: ⁊ fiat suppositorium. vel inunctio in ano profunde vel cum costa caulis: vel cum malua ibi inuoluta fiat suppositoriuz. ¶ Deinde fiat clistere de melle ⁊ sale. s. cum quar. i. mellis bulliti ponat̄ medius pugillus salis, deinde ponatur in aqua frigida: ⁊ cum infrigidatum fuerit formentur quasi candele. vel de felle taurino vel de oculo piscis saliti aut de stercore muris fiat suppositorium. ¶ Item de lardo infundito possunt fieri optima suppositoria. Et de pinguedine animaliuz: ⁊ de oleo potest fieri clistere lenitiuum ⁊ mollitiuum. ¶ Item volubilis minor est medicina optima in clisteri in causa calida cū decoctione florum boraginis ⁊ violarum ⁊ oleo amigdalarum dulciuz.

¶ Item de nitro. ℥. i. capiatur ⁊ oleum ⁊ aqua simul mixtū ⁊ de decoctione fiat clistere in vtraq̧ causa educit oēs feces induratas ⁊ viscosas. humores etiā spissos sm Alexandrum. Et potest addi succus blete ⁊ ierapigra si vis. Et in clisteri contra colicam frigidam ponatur anisum cīminum rutha nasturcium abrotanum centaurea absinthium camomilla: ⁊ similia.

¶ Secundam rem complent in causa frigida incisiua ⁊ diuisiua sic. ℞. radicum feniculi petrosilij brusci apij sparagi. ana. M. i. conquassentur ⁊ temperent̄ in aceto. ¶ Deinde. ℞. calamenti origani ruthe. an̄. ℥. ij. anisi maratri seminis ruthe baccarum lauri piperis longi. an̄. ℥. ij. mellis lib. i. abijciatur acetum: ⁊ tunc fiat sirupus libr. iij. vel. ij.

¶ Sed in causa calida digeratur materia cū endiuia scariola lactuca quattuor seminibus frigidis cum vino maloꝝ granatoꝝ ⁊ floribus borag. ⁊ vio. ⁊ ista optime valēt.

¶ Tertiam rem complent medicine euacuantes in causa frigida sic. ℞. floruм boraginis violarum vtriusq̧ sticados liquiri. munde vuarum passarum mundatarum polipodij. an̄. quar. ß. fiat decoctio. ⁊ in illa addatur vel resoluatur. ℥. ß. turbith. coletur ⁊ exhibeatur. vel detur. ʒ. i. agarici cuz. ʒ. ij. diaturbith vel pulueris albi facti de çuccaro ⁊ çinçib. ⁊ optime aufert dolorem flegmaticum. ⁊ hoc facit agar̄. per se. Uel purgetur cum benedicta vel cuz theodoricon empeiriscon acuitis cum aloe ⁊ mastice turbith ⁊ çinçib. Et si fuerit delicatus decoquatur gallus antiquus cum polipodio aniso turbith folliculis sene: et post detur brodium eius: sed in principio ponatur tanta aqua q̄ sufficiat toti decoctioni ⁊ decoquatur vsq̧ ad separationem ossium. Et in cibis istoruz ponatur çinçiber ⁊ turbith ⁊ in vino. Sed tamen in principio colice non dentur aliqua per os. nec fiat clistere cibo existēte in stomaco: sed fiat vomitus leuis. ⁊ clisteria non fiant continue sed per interualla. ⁊ caue narcotica in causa frigida inq̄tum potes. ¶ Sed in causa calida purgetur sic cum prunis ⁊ cassiaf. sana mūda: ⁊ tamarindis cuz modico diagredij ⁊ mastice. ¶ Uel fiat cum diaprunis ⁊ oxilaxatiuo trifera saracenica ⁊ reubarbaro catartico imperiali electuario de succo rosa. vel simplicibus vel acuitis cuz diagredio ⁊ mastice. ⁊ hoc cū vno vel pluribus. ¶ Sed hic notandum est illud: quod narrat Hal'. i 2° de ingenio sanitatis. ⁊ in megategni de tribus colicis. caplo 8° ⁊ 9°. quoruz primus erat quadragenarius cui nihil proficiebat fomentum nec calefactio nec cataplasma nec clistere: sed his appositis dolor augmētabatur. ⁊ cum clisteriçaretur cum pingualeon. i. cum oleo de rutha dolore augmentato peioratus est. Similiter clistere in quo castor miscetur apposito multo deterior factus est. Cūq̧ mel coctuz in quo miscetur piper biberet dolor augmentatus est ⁊ multo plus. Similiter succo fenugreci cum melle potui dato augmentatus est dolor ⁊ eger in vltimo peioratus est. ¶ Tunc Hal. in vltimo arbitratus est pungitiuos humores ⁊ acutos intrinsecus intestina lacerare. Dedit ergo ei cibum conuerti difficilem ⁊ candarusum. i. farruz vel frumentatum ⁊ ptisanam non colatā ⁊ panē grossuz cum furfure ⁊ dolor mitigatus est. ¶ Deinde purgauit illos humores cum ierapigra sua paulatiz. ⁊ sm vices ⁊ sic curatus est. ¶ Tamen dicit ibi Halie. q̄ materia in concauitate intestinoruм expellitur cum egestione. Sed si intra tunicas eoꝝ fuerit. habent eniz duas tunicas. tunc egestio ⁊ clistere quasi non alleuiant: sꝫ medicine fortiter trahentes ⁊ vnguenta exterius euaporatiua ⁊ fomentationes ⁊ balnea ⁊ similia que dicta sunt p̄us.

¶ Secundus vero eger qui colicam patiebatur qui accipiendo scamoneam aliqualiter laxatus est: ⁊ tunc balneū ingressus ptisanam ⁊ pisces accepit. In nocte vero omnia euomit: ⁊ secunda die iterū balneatus est. ius galline sumpsit ⁊ viscosum ius frumenti cum vino pontico coctum. In tertia die similiter: ⁊ tunc habuit acutam ⁊ pungitiuā egestionem maioris quantitatis q̄ cibus fuerat. In quarto die multo maiorē dolorem passus est in intestinis. vnde cum oleo de rutha clisteriçatus est ⁊ dolor augmentabatur multuz. ⁊ tamen habuit egestiones vt vix tāta materia posset contineri in intestinis: sed ab alijs venit partibus corporis. ⁊ hic Halie. perpendit scamoneam in intestinis nocuisse que prius ex colica defecta erant: ⁊ materiaz a toto corpore recipiebant. precepit ergo vt ista dimitteret. Dedit etiam ei ius frumenti viscosi cuz malis granatis: ⁊ tunc illa die nihil doloris sensit. In crastina die dedit ei sumach vt consolidaret intestina vlcerata ⁊ cursuz materie ab eis prohiberet. Similr̄ in cena tribuit: ⁊ tunc panem de simula grossa in vino pontico ⁊ veteri infusuz dedit ⁊ precepit vt de stipticis comederet: vt de coctanis piris granatis acetosis ⁊ pomis acetosis. In 4ª die tyriacam accepit ⁊ sanus factus est. ⁊ istud dedit ad extinguendū acumē scamonee penetrātis itestina. Sꝫ Ha. nō dedit ei tyriacā nec danda est h̄ nisi solone durante ꝑpter somnifera ⁊ diuretica in ea exn̄tia. Et forte semē apij cū opio

⁊ iusquiami ⁊ raffani in plus valerent. et ideo cauendum est multiplicare laxatiua: qꝛ frequēter subsequitur colica ⁊ ducit intestina ad malam consuetudinem. Tertius est qui in estate colicam passus est: ⁊ dedit ei Hal'. aquam frigidam ⁊ sanus factus. ⁊ hoc est in colica calida non materiali ⁊ praua: quia si fortia essent accidentia: aqua frigida noceret: nec maioraretur adhuc sufficienter nisi causa eēt in ieiuno intestino. Ista ponit Halie. ne oporteat medicuz solum contrariare significatiōes manifestas: vt paralesis ⁊ dissinteria: sed opꝫ cum ingenio ⁊ arbitrio perpendere. ⁊ ideo dicit Dam̄. ingeniuz nāle adiuuat artem.

¶ Quartam rem complent residuum materie consumentia. ⁊ hoc cum localibus que sunt euaporantia ⁊ fomentationes emplastra ⁊ vnctiones ⁊ ventose sine scarificatione cum igne super locum: ⁊ maxime in colica ventosa. ibi enim debent apponi carminantia ventositatem. ¶ Unde notanduz ꝙ primo debent leuia euaporatiua apponi. deinde facta purgatione fortia: quia vt dicit Hali. iz°. megategni. cap°. 5°. nimis calida materiam eliquant: ⁊ non cōsumunt: ⁊ tunc materiam humidam in ventositatem conuertunt. ⁊ ideo oportet materiam grossam cuz medicina non multum calida: vel cum tali in parua quātitate attenuare que habeat virtutem exiccatiuam ⁊ ventositatis extenuatiuā. Sed in his qui sunt fortes nihil confert eis. sicut abstinentia cibi ⁊ aque ⁊ potus longo spatio. ⁊ illi securius ⁊ melius sanantur. ¶ Deinde fiat balneuz de grimandria bethonica calamento origano maiorana ⁊ sulfure. ⁊ sedeat ibi vsqꝫ ad diafragma. ⁊ custodiatur cerebruz ⁊ cor cū odore aque rosacee cū irroratione sup cor. ⁊ epar custodiatur a caliditate istorum dissolutiuorum ne ei approximetur. Et in cā ca'a fomentetur cuz folys salicis vitis harūdinis papauere albo ordeo. Et in causa frigida cū ameos sticados melliloto aniso cimino rutha camomilla. Et sacelletur cum sale tosto vel cum sale ⁊ milio. Et in causa calida saccelletur cum ordeo fracto asso ⁊ cum furfure. Et non detur istis mentha: quia inflat.

¶ Quintam rem scilicet confortationem cuz electuarys complent diatriton pipereon diagalanga dianthos cum musco ⁊ pliris cum musco diambra diamargariton dianisum diacitoniten diaciminum roſ. nouella diarodon abbatis ⁊ diarodon iuly leticia Hal. ad confortationē virtutis: que parata est ex dolore sincopiçare. ⁊ regimen sincopis hic valet ⁊ dialignum aloes ⁊ diamacis. Sed diaciminum caueant: quia colicam facit. çinçiber conditum ⁊ çinçib. madrianum ⁊ muscatuz pinochadi fisticadi puluis albus anisum condituz omnia ista valent. Et diaturbith cōfortat ⁊ laxat stomacum. stomaticon confortatiuum: ⁊ gariofilatum diagea gariofilata fusti traçea: que fit de çinçibere cinamomo galanga gariofilis nuce muscata ⁊ çuccaro. ista eadem valent in debilitate stomaci intestinorum cordis capitis neruorum ⁊ iuncturarum.

¶ Sextam rem. s. dietam sic ordinamus. ꝙ ipsi accipiant cibum lubricatiuum ⁊ lenitiuum ⁊ confortatiuum ꝑpter vehementiam doloris ⁊ multitudinem euacuationis. Et cibaria cōfortatiua sunt vt medulla panis dissoluta in iure ⁊ vino ⁊ carnes hedorum ⁊ fasianorum ⁊ pullorum iuuenum. vel ista decoquantur cum petrosilio aut cum spinachys ⁊ bletis. Et post accipiant aquam carniuz. ⁊ tunc ius siue brodium fit laxatiuum sic. Accipe. ʒ. iy. de polipodio ⁊ decoquantur cum dictis herbis: aut cum dictis carnib⁹. ⁊ de illo iure sumatur subtile. ⁊ dicte carnes fortiter decoquantur. ¶ Uinum bibat aromaticuz ⁊ valde subtile ⁊ mediocriter mixtum in colica calida: sed in colica vētosa caue vinuz multe cōmixtionis. ¶ Uitet pisces ⁊ oīa legumina: vt sūt pise fabe ⁊ stiptica ⁊ pontica assata viscosa frixa ⁊ caseuz. ¶ De fructibus potest comedere pruna nigra damascena vuas hyemales ficus siccas non humidas: quia inflant. ¶ Hic tamen nota de allys illud quod narrat Hal'. iz°. de ingenio sanitatis. vbi dicit. ꝙ quidā rusticus frequenter patiebatur colicam. qui cuz preuidebat doloris aduentum festinanter modicum panis cum multis allys comedebat. ⁊ femore suo ⁊ ventre fortiter vincto exercitiuz per totam diem operabatur. ⁊ nihil bibebat. ⁊ vespere vinum puruz bibens per totam noctem dormiebat ⁊ mane consurgens nihil sentiebat. Et addit Halie. dico autem allium ceteris cibis magis dissolutiuum ventositatis esse ⁊ alterius maxime bonitatis: quia sitim non generat qđ est maximum adiutorium in hac passione ne potuz multiplicet: ⁊ maxime aque frigide: nec est ita de cepis. vnde allia sitim non faciunt ⁊ ventositatē dissoluunt. vocantur ergo tyriaca rusticorum: ⁊ ideo in regione frigida optima sunt. ⁊ hec sumpta moderate. ⁊ ne odor eorum percipiatur non comedantur post potū. ⁊ accipiatur post rutha ⁊ çedoaria que optima sunt ad deprimendum vaporem malum.

¶ Septimam rem scilicet emperica multa complent. primo illud de stercore lupi albo: quia ipsum cum vino bibitum aut suspensum ita vt tangat locum doloris confert a proprietate. ⁊ hoc est experimentum Hal'. in passionario. ⁊ stercus canis sola ossa comedentis est sine pari potatuz vel suppositum vel pulueriçatum: ⁊ cum çuccaro mixtuz. ¶ Item intestinū longum murene comestum curat perfecte. ¶ Sꝫ nō ꝙ si stercus lupi fuerit recens: nihil oportet addere: sed si antiquū fuerit: tunc cum oleo veteri opꝫ ꝙ dissoluatur. ¶ Item intestinum eiusdem desiccatū cō tritum ⁊ bibitū cuz vino ⁊ melle confert sine pari. ¶ Itē cornu cerui adustum vel cornu rotundum eius smaltum ⁊ potatum sedat statim dolorem. ¶ Item accipe corium bouis marini: ⁊ fac çonam ⁊ buccolaz eius fac de balena. ⁊ ligamina eius buccule fac de dēte balene si potest haberi. vel si nō de balena met. ⁊ cingatur patiens colicā. quādiu portauerit illaz çonam non appropinquabit ei colica. ⁊ est certum ⁊ a me approbatum in quodaz fratre cui cingulum tale feci: qui anteꝗ͞ꝫ habuerit continue vexabatur colica: ⁊ postea non. Et est illud animal marinum pilosuz ⁊ vocatur anglice çele. ¶ Item vmbilicus qui abscinditur a puero siccus portatus tollit omnem ventris dolorē. ¶ Item radix tormentille trita ⁊ bibita statim tollit dolorem ⁊ tortiones ventris. ¶ Item Halie. in dinamidys. dicit. ℞. baccarum lauri ruthe. ana. ʒ. y. cimini. partem. i. calefiat super ignem de fraxino ⁊ dolori supponatur: ventositatem optime dissoluit. ¶ Idez facit siler montanus ⁊ ciminum in vino cocta ⁊ emplastrata. ¶ Itez Isaac in dictis particularibus: gallus antiquus impleatur polipodio ⁊ carthamo ⁊ caulibus siluestribus: vel cum caulicu lo agresti coquantur vsqꝫ ad carnis resolutionē. ⁊ ista decoctio est vtilissima colicis. ¶ Item balneum in quo ponantur omnia stercora que possunt inueniri myre valet in ventoso dolore. ¶ Sed emplastruz de stercore muris hominis bouis columbe capre galline cum calce viua ⁊ oleo ⁊ assungia: emplastrum optimum est. ¶ Idem facit fimus qui inuenitur in stabulo iumentorum vbi mingitur torrefactus: ⁊ cum oleo emplastratus myre dolorem sedat. ¶ Item stercus columbe tritum: ⁊ cum vino coctum ⁊ emplastrum super omnia valet ad dolorem colicum. ¶ Idem facit stercus ouis cuz paritaria ⁊ stercus bouis cū cimino ⁊ rutha cū vino cocta. Dētur oua formicarū ad prādiū cū brodio galli antiqui: sicut dictū est preparati. est de meis experimētis: qꝛ cū illo medicamine solo longo vsu curaui timpaniticum: excepto ꝙ tūc appono

xitas vel raritas latitudo vel apertura: tunc fiat empl'm super pectinem cū mirtillis rosis sumach plantagine sandalis laudano ⁊ mucillagine psily. vel cuz oleo rosato cōficiatur. vel lac acetosum de quo butirum est abstractuz superponatᷣ. ¶ Et si cum isto tunc sit ardoꝛ vꝛine. ℞. psily. ʒ.i. coquatur in aqua: ⁊ colligatur mucillago ⁊ misceatᷣ cum oleo violato vel cum lacte mulieris puellam nutriētis. ⁊ in isto liquoꝛe cōposito misceatᷣ. ʒ.i. camphoꝛe. ⁊ per siringam inyciatur totū ⁊ ardoꝛem mitigabit. Et vtatur patiens diaboꝛaginato frigido in isto casu vel triasandalis camphoꝛatis. ¶ Modo videndū est de causa frigida facto clisteri ⁊ vomitu si opoꝛteat. tunc materia si sit: digeratur cum radice toꝛmentille ⁊ nasturcio aquatico ⁊ ysopo ⁊ cum radice ireos añ. partē vnā. filopendule artemisie. añ. M. s. sticados cimini. añ. ʒ.ij. anisi ameos. ana. ℥. s. nucleoꝛum cerasoꝛuz mily solis. añ. ℥. s. spice celtice. ʒ.ij. spice nardi. ʒ.i. liquirᷣ. quar. i. mellis: qđ sufficit. Deīde purgetur cum benedicta hermodactilis. qui de harena sanie ⁊ de omni humiditate coagulata vesicam mundificant: vt dicit Girardus 5º. viatici. Deinde post purgationē detᷣ musa enea que in omni difficultate mingendi valet. Deīde denᷣ. ʒ.ij. succi artemisie in potu: qꝛ doloꝛem vesice et stranguriam soluit: vel detur puluis in consimili dosi cuz aqua feniculi. ¶ Item filopendula trita ⁊ cuz vino albo subtili bullita ⁊ bibita colice remediatur. ¶ Itez toꝛmētilla cuz vino bibita toꝛmenta vrine distillantis curat sicut expertus sum nec est ei aliquid par. ¶ Item vinū decoctionis lily facit mingere statiz. similiter succus nasturcy aquatici vel lapaty acuti bibitus cum vino. ¶ Item pilusella ⁊ filopendula ⁊ pentafilon ad idem mirabiliter ⁊ cito operantur. ¶ Item decoctio sticados sicci optima est. vel succus millefoly cum aceto bibitus ⁊ statim minget. vel da rasuram lapidis gagatis. vel suffumigetur cuz eo. hoc est certum. ⁊ ego sum expertus. ¶ Item radix rafani bibita cum vino albo in quo admisceatᷣ puluis piloꝛum lepoꝛis detur ad potandum ⁊ statim minget. ¶ Itē due vel tres cantarides capitibus ⁊ alis remotis cum lacte capꝛino bibite stranguriaz soluunt: qꝛ illud lac est eaꝛum tyriaca. eodem modo de cicadis fiat. ¶ Item fiant illa que dicta sūt. c. de cura lapidis vesice que hic optima sunt vt patet. ¶ In causa frigida potent vinū odoꝛiferū. si sit paralesis vesice: ⁊ tunc fiat emplastrū super pectinē de laudano mastice olibano rutha menta absinthio calamento cinamomo nuce muscata. ⁊ est fere eadez cura sicut in diabetica. Vtatᷣ assis frixis. ⁊ in omni causa valent auellane: sed in causa frigida assentur nuclei ⁊ dentur. Et sirupus mirtinus cum mastice ⁊ nuce mus. valet in omni causa quādo guttata emissio vrine est nimis frequēs. Et ideo vt rarius veniat dentur stiptica: sed quādo guttatiz venit ⁊ raro: tunc valent diuretica ⁊ non stiptica: ⁊ hoc in suria. Sed in stranguria est aliter: quia stranguria est guttata vꝛinatio. ⁊ hec. s. dissuria raro eueniens: ita ꝙ nō vꝛinat patiens nisi raro ⁊ guttatim: ⁊ tunc valent diuretica. ¶ Sed quādo guttatiz venit ⁊ quasi cōtinue ⁊ frequenter: tunc denᷣ stiptica in causa calida: vt rose sumach mirtilli ⁊c̄. ¶ Sz in causa frigida denᷣ calida vt mastix thus cinamomū assuz stoꝛax calamita nux cypꝛessi myrra garᷣ. macis ren lepoꝛis assus vel exiccatus. ⁊ karabe mirabolani kebuli modicum tosti cuz alys valent optime. Et dentur stiptica aromatica cū calidis: ⁊ in causa frigida modicum cum frigidis. ⁊ ecōuerso est in causa calida. Et tyriaca diambꝛa diaolibanuz diacitoniten in causa frigida valent: sicut diadragantū frigidū ⁊ zuccarū rosa. in causa calida. Ista pono hic ꝑpter erroꝛez multoꝛum qui in omni strāguria dant diuretica: ⁊ hoc facit eos mingere frequētius: ⁊ ideo errāt illi in casu iam dicto. ¶ Sed in paralesi vesice valet dianthos cuz musco. pliris cū musco. ¶ Sz in dissuria ⁊ suria est spāle dare decoctionem celidonie ⁊ emplastrare celidoniaz ⁊ paritariaz ⁊ leuisticū ⁊ ipericon ⁊ folia nucis maioꝛis super pectinē ⁊ facere de eis balneū vsqꝫ ad vmbilicū: qꝛ qđlibet istoꝛum vꝛinā ꝓuocat per se potatuz vel emplastratuz. ¶ Sed in emplastro ponatᷣ cum istis furfur tritici. deinde intingatᷣ cuz oleo nardino ⁊ costino inferius. ⁊ vna gutta mittatᷣ intra virgam. ⁊ hoc facit balsamum per se intra iniectum si patiens sit diues. ¶ Item sal album dissoluatᷣ in aqua calida ⁊ totū inyciatur per anū cum clisteri. ⁊ hoc soluit ventrē ⁊ vꝛinaz ꝓuocat. ¶ Item in omni difficultate mingendi. ℞. paritarie ipericon saxifragie herbe milysolis berbene ireos pollipody. añ. M. i. anisi carui ameos. añ. ʒ.i. decoquantur in vino in causa frigida. in aqua oꝛdei in causa calida. ⁊ hoc melius est: qꝛ ꝓuocat ⁊ laxat. ¶ Item reubarbarū ⁊ spica nardi valent omni homini. sed agaricus in causa frigida laxat ⁊ ꝓuocat. nec est sibi par. certū est. omnia ista vltimo posita ego ipse expertus sum. ¶ Vlterius notāduz ꝙ perdices sunt bone in stranguria frequentis micture. sed nō in stranguria rare micture. sed ibi valent aues parue vt caudatremula. fasiani ⁊ galline oībus valēt. ¶ Et vinum aromaticū foꝛte in ꝑma valet. sed in scđa vinū album subtile. sed istam secundā non dixi in diffinitiōe superius: qꝛ illa nō est vera. alia est vera. Et ideo Girardus ⁊ Gualterius in pꝛacticis suis diminute dixerūt: qꝛ soluz de vera loquebanᷣ. de quo miroꝛ: qꝛ Auic. nō respexerūt vt videtur. ¶ Adhuc vnum medicamentuz dico ꝙ linire virgam cum cepis ⁊ allys ꝓuocat vꝛinam.

## Diabetica passio

est imoderatus fluxus vel exitus vꝛine per renes cum vehementia sitis. ⁊ vocaᷣ anglice candepise. ⁊ diciᷣ a diabetes qđ interpꝛetaᷣ dissoluens renes: qꝛ ex caloꝛe renuz vtplurimū venit. ⁊ sicut diaria ventris quo ad fluxū vrine hic sicut fluit ibi venter: sed quo ad sitim est simile canino appetitui. qꝛ sicut accipiᷣ ibi cibus imoderate ⁊ velociter expellitur per vomitū vt cōiter sicut canes faciūt. ita hic accipitur potus imoderate ⁊ velocissime expelliᷣ per vꝛinam ꝑpter foꝛtitudinem attractiue renū: quia trahit anteqꝫ digeraᷣ in stomaco ⁊ epate. ⁊ ideo cruda exit. Unde Egidius dicit in vrinis suis ꝙ vrina alba ⁊ subtilis diabetem signat quando imoderate exit plus qꝫ potatur vel fere tantū ꝙ coꝛpus ibi cōsumitur continue ⁊ humoꝛes coꝛpoꝛis eliquantur.

ab hepate.

## Cause.

Cuius causa ē caliditas ⁊ siccitas renū vtplurimuz. vnde virtus attractiua viget in eis pꝛeter naturā. ⁊ debilitaᷣ virtus eoꝝ cōtentiua ꝑpter poꝛoꝛum nimiam apertionē in ipsis renibus: ⁊ ideo exit cito. sicut enim potaᷣ ita mingitur. Prouenit etiā a frigiditate renum ⁊ totius coꝛpoꝛis: qꝛ frigidū paraliticans ⁊ moꝛtificans non permittit continere vꝛinaz: ⁊ sic coꝛrumpiᷣ contentiua. Attractiua tamē aliquādo coꝛrumpiᷣ a frigiditate nimia. ⁊ lꝫ causa sit frigida: est tamē aliqñ cum siti ꝑpter stomaci desiccationez ⁊ totius coꝛpoꝛis causatam ex fluxu vrine imoderato ⁊c̄.

## Signa.

Signa diabetice passiōis sūt manifesta quādo vrina mingitur in magna quātitate ⁊ frequenter. ¶ Sed quādo est a caliditate: tunc sentiᷣ caloꝛ in renibus doloꝛ ⁊ punctura ⁊ fantastica repletio: que fit a causa eleuante vapoꝛes ad os stomaci. ¶ Sed quando est a frigiditate: tunc sentiᷣ frigiditas in renibus ⁊ in extremitatibus. lediᷣ a frigidis: ⁊ iuuatur a calidis. ⁊ ibi est appetitus cibi ⁊ fames rōne frigiditatis: nisi ipsa sit moꝛtificās. ⁊ vtrobiqꝫ est coꝛpoꝛis extenuatio ⁊ est frequēter

i. si de Canthar vel de Cicadis fe.

cum febre. Urina ergo alba in colore vt aqua: tenuis in substãtia: multa in quãtitate cũ pinguedine residẽte vel supernatãte diabeticaz significat passionem.

**Pronostica.** Hec passio in senibus cuz febre est incurabilis. quia si diuturna fuerit in. xv. diebus vel tribus septimanis causat idropisim vt plurimũ. Et si fuerit ista passio cõtinuata ⁊ remediata nõ fuerit: corpus maceratur ⁊ crura debilitantur et ducit in perditionem. vnde in senibus quecũq̧ passiones cronice fuerint cum eis plurimũ moriuntur 2.° afo.

**Cura.** Cura istius passionis est. in causa calida: q2 frequentius aduenit. pmo clistere mollificatiuũ dare. Deinde pvocet̃ vomitus. Deĩde si particularia cõueniant fiat vna parua flebotomia. ⁊ purget̃ patiens cuz mãna ⁊ cass. ⁊ prunis ⁊ tamarindis. Deinde detur eis aq̃ frigida multa postea euomat eam. ❡ Deinde. ℞. ʒ. i. spodij succi liquir. ʒ. ß. lactuce. ʒ. i. portulace. ʒ. ij. rosarum coriãdri. añ. ʒ. iiij. gũmi arabici lentiginis exiccate balaust. boli armeni. añ. ʒ. i. camphore. ʒ. ß. fiant pillule parue cum aqua rosata vel cum succo granatorũ acetosoruz ⁊ detur vna in potu vel due cum aqua vel sirupo rosato vel mirtino vel cum aq̃ plantaginis. ❡ Uel sic. ℞. coriandri preparati cuz aceto spodij coralli albi karabe sanguinis dra. ⁊ sandali albi. añ. ʒ. ij. camphore. ʒ. ß. conficiant̃ cum mucillagine psilij sandalis aqua rosa. aceto ⁊ camphora. vel cassum barbassum mẽbranaz vlmi cum fabis fractis. in aqua pluuiali decoque quousq̧ fiat sicut gluten. deinde extende super pannuz ⁊ renibus impone. Uel accipiatur lamina plumbea subtiliter formata ad modum brachalis ⁊ sumat̃ in panno lineo. ⁊ post liniatur cum farina lentium vel cuppularuz glandiũ vel aqua ordei pistata cum aqua ros. ⁊ cum albumine ouorũ ⁊ ponat̃ super renes. Et cum calefit amoueat̃ ⁊ predictis illiniat̃. vel intingat̃ in aceto vel succo plantaginis ⁊ supponat̃ frequẽter. vel de succo sanguinarie virge pastoris' reste bouis lẽtiginis aq̃ ⁊ panno lineo intincto fiat emplastꝝ vel fomentatio. ⁊ h̾ est optimũ. vngantur renes cum populeon. ❡ Utantur isti ordeato auenato amido piris citõijs portulacis cucurbitis vino grosso cum aqua multa. ❡ Uitent oĩa diuretica. caueat ab exercitio ⁊ vsu venereo ⁊ vnctuosis. Nõ iaceat super culcitrã de pluma nec super dorsum vel super latera vel parũ. ❡ Frigida ⁊ humida que nõ sunt diuretica cõpetunt eis vt viole ⁊ flores nenufaris. ⁊ berberi nõ sunt dimittendi. nec cibus debet esse multe grossitudinis sicut frumẽtũ rizi amigda. ⁊ similia. ❡ Si aũt causa fuerit frigida vel fuerit cum siti: tunc cura est difficilis. vtat̃ tunc cura ista. s. vino odorifero. fricent̃ extrema. ponãtur ventose super renes sine scarificatiõe. ⁊ si sit materia peccans purgetur cum hiera pigra ⁊ prouocet̃ vomitus cum raffano. vtatur sirupo mirtino ⁊ diaolibano et rosata nouella: quia ipsa sedat sitim: ⁊ cum hoc calefacit ⁊ est stiptica aliqualiter: ⁊ ideo optima est. Tamen bonũ esset amouere opium de recepta eius in isto casu. vel fiat emplastꝝ de myrra laudano mastice thure aniso asso ruta mentha. ❡ Et cibaria preparent̃ cum aqua extinctionis ferri. ⁊ in aquis termaꝝ potest balneari. ⁊ fricetur donec rubescat. ⁊ vtatur pasta regia que est medicina confecta ad modũ zinziberati. ⁊ est alba: quia fit de zuccaro ⁊ candio ⁊ gũmi arabico ⁊ draganto ⁊ amigd. ⁊ auellanis ſm aliq̃s. ❡ Sz si causa fuerit frigida sine siti fiat potio de castoreo myrra piretro cuppulis glandium ⁊ coquant̃ in sirupo mirtino ⁊ sumatur mane ⁊ sero. Et diacastoreum valet eis. Et vtantur vitellis ouorum in aqua fractoruz ⁊ gallina pingui. vtatur assis ⁊ frixis. Tamen quia sunt consumpti ⁊ quasi ethici vtantur electuario ad restaurandum ⁊ diacitoniten ⁊ pasta regia que valet omnibus ethicis ⁊ cõsumptis. ❡ Et super stomacũ istorum fiat emplastruz in causa calida de ros. menta absinthio. Et in causa frigida de mentha calamẽto galanga cimino zedoaria olibano: vel spongia infusa in decoctione predictarũ rerum stomaco superponatur. ⁊ hoc est leuius.

Semi[n]. lentis excorticat.

Deinde comfortantur renes sic ℞ cupul. glandium, psidiæ, balaustiæ, acatiæ, ros. boli arm. Hypoquist. ana ʒi ß ladani ʒij cum syrup. mirtino fl[at] Emplastrum.

lentium

**Diamnes.** Juxta istud cap. imediate precedẽs dicenduz est de diamne que est passio vesice in qua vrina egreditur inuolũtarie aut ignoranter sicut in somno. ⁊ dicit̃ diamnes quasi duoruz damnũ. s. renum ⁊ vesice quasi duplex dãnũ: q2 cõtentiua vesice deficit. ⁊ est passio in lacertis vesice: q2 ipsi sunt vtplm mollificati ⁊ nõ possunt cõtinere. aut q2 dormiẽdo imaginatur esse in cloaca vel in loco vbi cõsueuit mingere: ⁊ tunc pcipit virtus imaginatiua virtuti expulsiue: ⁊ ita mingit in lecto credens alibi esse. ⁊ cõtingit ex superfluo potu ⁊ tarda retentione vrinandi. Et sic p3 causa.

**Cura.** Cura in causa frigida est dare olibanũ. ⁊ in causa calida ossa mirabolanorũ assata. tñ in speciali fit. ℞. ossa mirabolanoꝝ assata. deinde assent̃ glandes ⁊ extinguant̃ in aqua ro. vel assetur nasturciũ ⁊ extinguatur in succo agreste: ⁊ tunc desiccet̃. ⁊ cũ fuerint desiccata puluerizent̃. deinde misceant̃ cum myrra storace calamita nuce musca. ⁊ nuce cypressi mastice thure. conficiãtur cum sirupo mirtino ⁊ dentur. vel cum laudano potest fieri emplastrum. vel vnguentuz cuz oleo masticino vel cũ zuccaro. ❡ In predictis speciebus põt fieri electuarium qđ valet in passionibus renum ⁊ vesice de causa frigida ⁊ corpore mundificato. ℞. glandis thuris myrre añ. coquãtur in vino vsq̧ ad tertiam partez ⁊ dent̃ in potu cũ sirupo mirtino. ❡ Itẽ puluis vesice caprine taurine vel porcine cum decoctione glandis in potu sumptus celeriter iuuat. ❡ Item vesicam piscis fluuialis luna crescente et decrescente transglutire liberat eos ſm Constantinum. ❡ In causa calida detur ordeatũ cum succo crassule maioris ⁊ portulace. ĩmo probibet gomorreaz ⁊ diamnez de causa calida. Et detur tyriaca in causa frigida. ⁊ rubea trociscata in causa calida. sed in etate lactanti minuat̃ cibus ⁊ potus ⁊ non pfundent̃ in somno. Uitent mollificantia neruos. ⁊ detur eis caro citonioruz ⁊ pira cocta. Ungant̃ renes ⁊ vesica cum oleo masticino ⁊ ros. vtantur saluia ⁊ betonica. ❡ Si fuerit ppter imaginatiuaz locus decoretur ita q͏ de die abhorreat ibi mingere. fiãt igitur ibi cruces in pariete: locus dealbetur ⁊ cõsimilia.

et

sem. ru[tæ]. labdani.

et

**Sanguis aliquãdo** mingit̃ cum vrina aliqñ ante vrinam aliquando post. venit enim aliquãdo de epate aliquãdo de renibus aliquãdo de vesica aliquãdo de venis medijs. aliquãdo est purus aliquãdo est ĩpurus: q2 est cum sanie vel aliquo tali. aliqñ est sicut lotura carnis. aliqñ puenit cretice aliquãdo vi sinthomatis. ⁊ isto modo loquor hic.

**Cause.** Cuius causa aliquãdo est exterior sicut pcussio. casus. coitus superfluus. exercitiũ nimiũ. ocium nimiuz post laborem. repletio nimia cibi ⁊ potus. dimissio fluxus soliti sicut sunt menstrua ⁊ emorroydes ⁊ membroruz mutillatio. ❡ Causa interior est ppter humorem nimiuz replentem aut ppter eius acuitatem: aut ppter ventositatez descendentem aut vlcus aut apã: aut ppter debilitatem renum ⁊ vesice: aut ppter vlcera: aut ppter latitudinem: aut ppter mẽbroꝝ raritatem.

**Signa.** Signa causaruz extrinsecaruz habentur per indicia patiẽtis. Si sit a causa interiori vt ab epate: tunc exit sine dolore. Si a renibus: tunc est cum dolore renum ⁊ sanguis est purus. Sed quãdo ab epate: tũc nõ omnino est purus nec oĩno turbidus. sed cum venit a

Diam valet lac vaccinum in quo ferrum sit sepe extinctum.

vesica hoc scitur per dolorem loci ꝛ per turbulentiam. et hoc est q̄d dicit Hyppo. 4ª particula affo. affo. 79. Si sanguinem mingunt ꝛ trumbos: circa vesicaȝ dolorem significant. ꝛ sanguis est sicut lotura carnis: ꝛ tunc prouenit ex debilitate epatis ꝛ renuȝ. Et sanguis quãto plus ꝓuenit a partibus remotis tanto plus est mixtus cum aquositate: quãto plus a ꝓpinquis tanto minus. Sanguis cum sanie sigñat vlcerationē ꝛ rupturaȝ epatis. Sed si sit odor grauis ꝛ squame: tunc sigñat vlcerationeȝ. vt innuit Hyppo. 4ª affo. affo. 80. Sed cum sanguis venit multus ꝛ subito sigñat rupturaȝ vene. Sed quãdo venit paulatim significat corrosionem aut desudationeȝ aut modicam apertionem. Cum venit ꝓpter multã repletionē discernit̄ ex habitudine. Si venerit cretice discernit̄ ex alleuiatiōe ꝛ ex morbis precedentibus ꝛ signis digestionis.

**Pronostica.** Pronosticatio est ꝙ omnis fluxus sanguinis rubei ꝛ mundi si sit multus est malus. Fluxus sanguinis de vesica tardius curat̄ q̄ȝ ab alijs partibus. Unde passiones vesice tardius curãtur ꝛ difficilius q̄ȝ in renibus ꝓpter aquositateȝ salsaȝ cõtinue ibi fluenteȝ ꝛ ꝓpter paucitateȝ sanguinis ꝛ carnis. In renibus non est aquositas ita acuta ꝓpter maiorē portionem sanguinis: ꝛ qr habent plus de carne vnde frigida vesica est sicca ꝛ sine sanguīe. vt dicitur 3ª particula affo. cōmento 6º. ℂ Item quicũq; sponte. i. subito ꝛ multuȝ sine causa exteriori manifesta vel subita sanguinē mingũt: his de renibus vene rupturaȝ significat. 4º affo. affo. 76. ℂ Item sanguis longo tēpore apparēs in vrina pessimus est: quia significat vlcerationem vesice.

**Cura.** Cura micture sanguinis est talis. p̄mo det̄ succus calendule distemperatus cuȝ vino ad pondus. ʒ. i. ꝛ statim cessabit fluxus. vel det̄ succus sanguinarie cū aqua rosa. ꝛ aqua plantaginis. vel det̄ decoctio prouēce cum lacte dulci vel cum aqua extinctionis ferri. Et si per ista nō curetur: tunc sic est operandũ. ℂ In p̄mis si causa sit recēs fiat flebotomia de epatica postea de saphena exteriori vel interiori. Si ab alijs membris: fiant ventose in posteriori parte ex vtraq; p̄te spine dorsi supra renes aliqualiter ꝛ super emũctoria. vel q̄d melius est inter spatulas. vel super epar. vel sub mãmillis virorũ. vel sub anchas ꝛ ilia ꝛ pectinē quãdo sanguis venit de vesica: qr in fluxu menstruoꝝ sub mãmillis mulieruȝ. ℂ Et est regula generalis: ꝙ si fluxus fuerit multus paulatim debet intercipi ꝛ non subito sicut omnis alius fluxus ne materia trahat̄ ad aliq̄d membrum ꝛ sit causa maioris sinthomatis. ℂ Item cuȝ frigidis constrictiuis admiscēda sunt aliqua aperitiua ne sanguis coaguletur ꝛ opilationes faciat in corpore. ꝛ ideo aq̄ frigida nō ē danda hic. ℂ Aliud est notandũ ꝙ stiptica nō debent poni quousq; vie vrinales sint mundate ꝛ sanguis coagulat⁹ fuerit expulsus. Decoquatur igitur radix ireos ꝛ apij ꝛ ysopus ꝛ liquir̄. in lacte ꝛ coletur et colatura sumatur aut solum lac aut decoctio capill̄. vene. in aqua cuȝ modico mellis ꝛ in colatura furfuris vel in aqua ordei vel in aqua ficuum. omnia ista mundificant vias vrinales ꝛ pectus. ℂ Uel vtat̄ isto medicamine. ℞. seminis cucurbite melonum citrulli. an̄. ℥. i. seminis apij. ℥. i. seminis portulace. ʒ. ij. rosarum. ʒ. iij. succorum plantaginis sanguinarie virge pastoris pimpinelle rubee. an̄. quar. i. vel de substantia herbarum. an̄. M. i. cū zuccaro fiat medicamen optimũ quo vtatur mane ꝛ sero. ℂ Et vtatur isto puluere. ℞. olibani. ʒ. ij. amidi. ʒ. iij. draganti boli armeni. ana. ʒ. iiij. sanguinis draconis. ʒ. iij. ros̄. rubearum. ℥. i. sumach. ʒ. ij. seminis portulace. ʒ. ij. foliorũ quercus succorum sanguinarie. ana. ℥. ß. solsequij. ʒ. vi. coriandri. ʒ. ij. fiat puluis quo vtatur in potagijs. Et fiat de isto electuarium. vel vtatur zuccaro ros̄. facto de conserua antiq̄ et diaconidion ꝛ diadraganto frigido vel de medicina predicta cuȝ sirupo mirtino forment̄ pillule troc̄. de quibus sumatur vnus in die cum sirupo de papauere vel sirupo ros̄. Et potest si vis addi opium ꝛ tunc est fortius. Uel fiat emplastrum super renes ꝛ pectinē de mastice thure ros̄. pulúerizatis ꝛ cum albumine oui cōmixtis. Et detur atanasia ꝛ rubea trociscata vel requies. Sed tyriaca non detur nisi semel: vel sit iuuenis in tempore frigido aliter non. vel detur patienti ter in septimana ꝛ mane ʒ. ij. de nucleata distēperata cum succo plantaginis. ꝛ alijs diebus detur patienti succus plantaginis ad bibendũ in quo emathites sepe fricetur ad cotē ꝛ sepe submergatur in dicto succo. Et detur frequenter zuccarum violatuȝ cũ triasandalis in mane. Et flebotometur de saluatella dextre manus. Et si venter sit constipatus: tunc de violis floribus boraginis nenufare carnibus prunoruȝ tamarindorum cassiafistu. fiat decoctio ꝛ detur mane. ꝛ post det̄ diadragantum frigidum cum spodio ꝛ corallis: quia est optimum. ℂ Uel fiat emplastruȝ super epar ꝛ renes ꝛ pectinem. ℞. sandalorum rub. karabe boli armeni emathites sanguinis drac. draganti gũmi arabici seminis portulace seminis plantaginis farine fabarum ordei an̄. quantum vis. de omnibus vel de quibusdam istorũ fiat emplastrũ actualiter frigidum cum succo plantaginis ꝛ aqua ros̄. ꝛ succo sanguinis dracōis lanceolate ꝛ sanguinarie. ꝛ ponatur super epar ꝛ partes vicinas. vel super renes ꝛ pectinē h̄ stringit. Uel fiat emplastrum Gal̄. de pilis leporis albumine oui olibano aloe q̄d posui sup̄ius cap̄lo de fluxu sanguinis narium in p̄mo libro. ℂ Deinde consolidatiua dētur. ℞. plantaginis corrigiole virge pastoris cōsolide maioris ꝛ miōris ꝛ medie gariofilate ꝛ piloselle lactee nigre ꝛ albe: lanceole pentafilone. an̄. M. ß. seminis caulis seminis canabis. an̄. ʒ. i. draganti gũmi arabici amidi. ana. ʒ. ß. omnia ista coquantur in aqua pluuiali. et addatur zuccarum. ꝛ fiat sirupus consolidatiuus ad vlcera interiora et exteriora ꝛ curat fistulam: non tamen ante mundificationem vlceris q̄d scitur per claritatem vrine. ℂ Sed si sanguis fluat a vesica: tunc est trumbosus ꝛ statim precedit vrinaȝ. Et si veniat a locis remotis a vijs vrine vrina precedit sanguinē. ℂ Sed quãdo a lumbis: tunc est sanguis fortiter cōmixtus cuȝ vrina. ℞. ergo aluminis de pluma balaustiarum sanguinis draco. an̄. ʒ. i. draganti. ʒ. ij. gũmi arabici. ʒ. ß. detur in potu cum vino pontico dulci ꝛ succo portulace. ℂ Ulterius notandũ ꝙ vrina inopos vel kianos in colore. spissa in substantia. ꝛ cum ipsa sit sang. ꝛ cuȝ pauco liuore superius rupturam chilis vene sigñat. ℂ Et notandum ꝙ hypostasis talis si vehementer fuerit commixta cum vrina rupturam chilis sigñat. Si vero fuerit separata ꝛ residens rupturam vene in renibus significat. Si vero fuerit plurimum separata ꝛ apparet sicut gutta sanguinis in infima regione corrosionem vene in vesica significat. Et de hoc sunt hi versus.

Nuncia fit pura vene chilis ex crepatura.
Et dolet a fine grauiter pars septima spine.
Fundit trumbosum vesica grauem maculosum.
Si fluit a lumbis: purus manet ꝛ sine trumbis.
Renum testatur id punctio que comitatur.
Et ibi vide de ista materia ꝛ cura sicut dictum est.

ℂ Dieta in omnibus istis debet esse: quia opȝ vt patiens se custodiat ab omnibus causis mouentibus sanguinem vt sũt allia porri mel cepe piper ꝛ similia. saltus ꝛ clamor rixa coitus anhelitus altus locutio plurima ꝛ intueri res rubeas. potus vini plurimi multitudo balnei. vitet etiaȝ aperitiua ex medicinis sicut est apium petrosilium rutha

caseus antiquus: quia est nociuus ei. tamē caseus recēs ⁊
nouus confert illi. ¶ Cibi conuenientes sunt glutinatiui
opilatiui consolidatiui infrigidatiui ꝓhibentes a sangui-
ne feruorez eius. ¶ Cōglutinatiui sunt lac decoctū capri-
num cum tribus lapidibus fluuialibus candētib⁹ ⁊ extin
ctis in dicto lacte ꝓpter illud qđ in ipso est de cōglutina-
tione. ⁊ lac vaccinuz de quo butirum est extractuz ꝓpter
illud qđ in ipso est de stiptico. ¶ Cibi opilatiui ⁊ cōsolida
tiui sunt amidū coctum ⁊ infrigidatum auenatū ⁊ ordea-
tum lentes excorticate: qꝛ sanguinē ingrossant. portulaca
cum aceto albo limphato. ¶ Item ligenť extremitates
fortiter: vt coxe ⁊ brachia. ⁊ caueant sibi ab ira ⁊ sollicitu
dine ⁊ ab imoderato gaudio ⁊ a nimio frigore et a nimio
calore ⁊ ab imoderato exercitio. ⁊ sit maxime in quiete.
¶ Sed quādo venit de vesica: tunc deť panis triticeus
cum lacte a quo butirum est extractū. ⁊ deť eis cibus con
ditus cū succo granati. Et si fuerit debilis confortet̄ cum
iure perdicū masculorū ⁊ cuz turbit conditis cū aceto et
succo agreste. Et si oporteat dare vinū deť vinū grossum
⁊ magnū. tn̄ postq̄ cōualuerit bibat vinū cum aqua. ⁊ ab-
stergat ⁊ ꝓuocat ⁊ nō retineať vrina oino. ¶ Et de leui-
bus que in ista passione magis iuuant est emplm̄ cū spon-
gia infusa in succo plantaginis ⁊ succo sanguinarie ⁊ aceto
albo cōmixtis que ponanť in oib⁹ laterib⁹ dorsi ⁊ in duo-
bus emūctorys: qꝛ ista passio est periculosa: ideo plura po
sui vtilius ⁊ melius ipsis scholaribus cōplacendo.

## Vlceratio renum

⁊ vesice derelinquunť ali-
quādo a labore. aliquādo
a percussiōe vel casu: sicut mictio sanguinis: ⁊ ab acumine
medicaminis ⁊ diureticis: sicut a cantaridib⁹ datis in ma
gna quātitate que vlcerant vesicaz ⁊ similia. venit igitur
magis ab itus. ¶ Aliquādo sicut ab apostemate male cu
rato ⁊ male mundificato. aut ꝓpter hūores ibi peccātes
rōne quātitatis vel qualitatis aut viscositatis ⁊ adheren-
tie cum separeť sanies veniens de pulmone ⁊ epate cor-
rodens. ⁊ qꝛ sanguis extra locum suum cōuertiť in saniez
vt diciť 7ª particula affo. ¶ Item post mictū sanguinis
venit mictura saniei que facit vlcerationem.

## Signa.

Signa vlcerationis renum sunt dolor ibi-
dem ⁊ in coxis existens et sanies commixta
cum vrina. ⁊ cōtenta in vrina sunt ru. ⁊ vrina exit cū diffi-
cultate. ⁊ si sit vlceratio in vesica: tūc est dolor in pectine
⁊ sanies facit residentiā ⁊ est quasi separata ab vrina. ⁊ cō
tenta sunt alba. ⁊ vrina exit cuz difficultate. ⁊ est ibi odor
grauis ⁊ squame. maxime si sit in vesica scabies: sicut dici
tur in versibus Egidy in vrinis suis versus finem quarte
particule affo. cōmēto. 8. vbi dicit ꝙ fetor est ꝓprius mor
bus vesice ⁊ magis squame. Hoc dolor ⁊ partis actio le-
sa docet. s. vbi sit causa morbi.

## Pronostica.

Pronosticatio est ꝙ in senibus vl-
cera in renibus ⁊ vesica vel in vys
vrinalibus tarde ⁊ laboriose vel nunq̄ sananť sicut dicit
Hyppo. ⁊ Gal. 6ª particula affo. cōmento 6°. vbi dicit Gal.
ꝙ per h̄ transit humoꝝ acuitas vel superfluitas qui cum
per aliquē locum transeūt vulnera ibi renouanť ⁊ magni
ficant. ¶ Et alia causa est: qꝛ his mēbris patiētib⁹ quies
est necessaria vt sanenť ⁊ actio eorū nunq̄ quiescit. ⁊ ideo
nunq̄ vel dure sanantur ⁊ maxime in senibus: quia etas
declinat. ¶ Item vlcera renum citius curantur q̄ vesice
vel viarum mediarum: qꝛ magis carnosi sunt. ⁊ alia sunt
neruosa ⁊ pāniculosa ⁊ frigida ⁊ carētia sanguine. ¶ Itez
vlcera renum ⁊ vesice diuturna nunq̄ curantur: quia fi-
stulata sunt. ¶ Item ille cuius vesica rumpitur moritur
ꝭm plurimū. que si scindatur nō incarnatur: nisi sit scissu-
ra in parte carnosa ꝭm Auicen.

## Cura.

Cura est vt in primis clisterizeť cum lenitiuis
si venter fuerit constipatus. Deinde fiat vomi
tus ante cibuz vel post. ⁊ maxime post. qꝛ hoc est optimū
in passionibus renum ⁊ vesice. Et si particularia cōueniāt
fiat flebotomia de basilica ⁊ de saphenis. vel purgeť ma-
teria peccans ꝭm exigentiā humorū suauiter ne materia
trabatur nimis deorsum. deinde mundificeť sine mordi-
catione vt cum zuccaro ptisana succo fenugreci cum mel
le decocto cum adianthos ⁊ capill'. vene. ⁊ melliloto. Et
lac quottidie qualitercūq̄ sumptū ⁊ p̄cipue caprinū ⁊ asi
ninum est optimū. ⁊ sugatur ab vbere si fieri possit. ⁊ post
non sumat aliquid donec lac exiuit stomacuz ⁊ epar si sit
possibile. i. quousq̄ fuerit digestū. ⁊ ne corrumpatur in sto
macho admisceatur sal ⁊ ysopus ⁊ menta ⁊ calamentum.
sit igitur cibus ⁊ medicina. ¶ Itez decoctio liquir. desic-
cat mortificat ⁊ maturat ⁊ cōglutinat vt dicit Aui. ¶ Itē
mel aquaticum cum decoctione ysopi capill'. vene. prassy
ireos optime mundificat. ⁊ sirupus dictus. ca. precedenti
bene mundificat. vel accipiatur furfur triticeū coquatur
in oleo nucis ⁊ saccelletur. optime valent in sanie ⁊ humo
re coagulato in vesica. ¶ Et si aliquid in vys vrine impe
diat inyciatur oleum muscellinuz vel nardinū per sirin-
gam in ipsam virgaz. ⁊ de illis inungatur peritoneon ⁊ in
pectine. vel clisterizenť cum benedicta hermodactil'. Et
facta mundificatione dentur consolidatiua: sicut bolus
arme. sanguis draco. myrra rose spodiuz ⁊ similia. ¶ Ta
men ante ista dolor mitigetur cum narcoticis si oporteat
sicut cum iusquiamo papauere opio mandragora psilio
rof. carui camomilla ⁊c. ¶ Uel fiat medicamē optimū. *Trochisci Gordonij*
℞. iiy. seminū frigidorū mundatoruz seminis papaueris
albi seminis malue seminis bombacis se. portulace se. ci-
toniorum mirtillorū draganti gūmi arabici pinearū mū-
datarum fisticorum iuiubarū candy penidiarum liquir.
munde ordei mundi amigda. mundataruz mucillaginis
psily. añ. ℥. i. boli armeni sanguinis dra. spody rof. myrre
añ. ʒ iy. cōficianť cuz idromelle ⁊ fiāt pillule vel trocisci. ⁊
cū vti volueris distēpereť vn⁹ cū lacte ⁊ exhibeať. ¶ Et
si fuerit vlceratio in vesica distēpereť vn⁹ i lacte ⁊ ꝓycia
tur per siringā. si sanies eēt nimis grossa: addať in p̄dictis
trociscis ysopus spica nardi radix lily ⁊ apy: ⁊ tūc est mun *abstersiuum*
dificatiuū ⁊ doloris sedatiuū: q̄ oia hic sunt nec̄ia. ¶ Uel *consolidatiuum.*
pn̄t mundificatiua poni per se ⁊ cōsolidatiua per se ⁊ erit
opatio leuior. vel facta mūdificatiōe denť carnis regene-
ratiua sicut spāliter succus est barbe hircie succus gnqui-
neruie succus agreste cauda egna coralli bolus armenus:
cū quib⁹ pp eoꝝ asperitatē ⁊ acumen supadmiscēda sunt
aliq̄ cōglutinatiua cuiusmodi sunt amigdale dragantum
semē altee q̄tuor semina frigida. Et vt facile ⁊ sine lesiōe
penetrent ad locū: admiscēdū est aliqđ diureticū vt apiū
daucus petrof. ysop⁹ ireos prassiū vel capil. ve. aristo. ro.
que cū hoc est cōsolidatiua. ¶ Deinde si oporteat fiāt ta-
les trocisci. ℞. iiy. seminū frigidoꝝ mun. ʒ. iy. seminis por
tulace se. iusquiami albi se. malue semi. papaueris albi se.
lactuce amigda. dulciū mundataꝝ draganti amidi succi
liquir. boli armeni seminis apy croci. añ. ʒ. y. thuris sāgui-
nis dra. añ. ʒ. ß. sumach. ʒ. i. ß. puluerizenť subtilissime cum
sirupo rof. ⁊ fiant troc. ad pōdus. ʒ. iy. vel. y. ⁊ deť vnus in
potu cū sirupo vio. vel cū ouo sorbili vel cū lacte caprino
vel vaccino mane ⁊ sero. ¶ Ad vlcera renū ⁊ vesice ⁊ ad
eoꝝ apostema. ℞. iiy. seminū frigidoꝝ mūdatoꝝ seminis
portulace dragāti amigđ. dulciū se. papaueris albi se. mal
uarū se. rute agrestl. vel loco illius se. nasturcy hortulani
vel aquatici zuccari. añ. ʒ. y. amidi. ʒ. ß. cū succo plātaginis
fiāt. ⁊ da cū sirupo vio. ¶ Dieta sit ꝙ vetet oia salsa ⁊ oia
acuta ⁊ omnia acetosa ⁊ oia que sunt vehemētis dulcedi-

nis sicut ficus: qꝛ in se habent quoddā lacticiniū respectu cuius vlcerant. ⁊ oīa nimis diuretica ⁊ cōuertibilia in coleram faciliter. vitet motū fortem lꝫ exercitium bene valeat eis. vtatur ordeato ⁊ aqua ordei ⁊ gallinis ⁊ perdicibus ⁊ auiculis paruis ⁊ ouis sorbilibꝰ. qꝛ oua quasi cruda tepida sumpta dolorez mitigant. Utaꝛ etiā piscibꝰ squamosis de aquis mundis. vtatur pineis ⁊ pinocbada ⁊ fisticada ⁊ candello de amigdalis.

**Cura ardoris** vrine. Qꝛ vlcera vesice sequitur ardor vrine ex acuitate saniei: iō circa ardorē vrine sciēdū ꝙ pultes de farina siliginis efficiatur patienti ieiuno stomaco. vel fiat cataplasma super virgā de eadē. sed precedēte inunctione cū vnguento populeon. ¶ Sed si sit ardor magnus fiat hoc apozima vel decoctio. ℞. liquiꝛ. ℥. ij. seminis cucurbite citrulli. ana. ℥. i. draganti gūmi arabici. aā. ℥. ß. fiat decoctio ⁊ cuꝫ zuccaro dulcoreꝛ ⁊ detur mane. ¶ Uel. ℞. iiij. seminū frigidoruꝫ mūdatoꝝ draganti succi liquiꝛ. seminis papaueris albi seminis portulace amig. dulciū. aā. ℥. i. seminis malue seminis citonioꝝ seminis apij. aā. ℥. i. cōfice cū sirupo ro. ⁊ valet ꝯ dolorē renū ⁊ vesice ⁊ ad mictū cum ardore. ¶ Uel sic. ℞. dragāti gūmi arabici. aā. ℥. iiij. quatuor seminū frigidoꝝ mūdatoꝝ anisi seminis papaueris albi semis portulace. aā. ℥. ij. boli armeni croci roꝛ. violarū succi liquiꝛ. spodij. aā. ℥. ij. cū sirupo vio. vel cum succo plātaginis. fac troc. rotūdos. vel cū zuccaro electuariū. vel cum aqua ordei fac decoctionē ⁊ da. Sed trocisci debent dari cū sirupo violato vel cū ouo sorbili vel cū lacte caprino vel vaccino mane ⁊ sero. ¶ Qꝛ si ardor vrine fiat cū lapide: tunc fiat sirupus talis. ℞. iiij. seminū frigidoꝝ mūdatoꝝ succi liquiꝛ. seminis lactuce portulace papaueris albi. ana. ℥. ß. lingue ceruine politrici epatice. aā. ℥. i. nuclei cerasorū saxifragie granorū solis lingue auis seminis vrtice seminis citonioꝝ seminis feniculi. aā. ℥. ß. croci. ℥. i. ista cōcussa bulliāt in succo nasturcij aq̄tici coleꝛ ⁊ addito zuccaro fiat sirupus. Et in fine decoctionis adde penidioꝝ. ℥. i. dragan ti gūmi arabici. aā. ℥. ij. sumanꝛ cum aqua decoctiōis draganti ⁊ gūmi arabici quādo īstat ardor vrine. valet ardori ⁊ oībus calculosis inueteratis. Ex alia fiat electuariuꝫ valde vtile ex amido ⁊ gūmi arabico dragāto liquiꝛ. enula semine melonū citrulli cucurbitaꝝ cipo papauere psiliolicio spodio roꝛ bolo armeno semi. iusqami portulaca croco reubarbaro. Uel deꝛ diadragātū frigidū reubarbaratū cū triasandalis vel diapapauere cū zuccaro. violato vel mucillago psilij cū lacte asinino ⁊ modico camphore inyciaꝛ per siringam in caput virge ⁊ optime valet.

**Apostemata renum** ⁊ vesice causanꝛ ab inepta equitatiōe ⁊ a potibus turbidis ⁊ a repletione ciborum viscosoꝝ.

**Signa.** Signa āpatis renū: si sit calidum sunt febris fortis cū dolore pūgitiuo acuto: ⁊ vrina est tincta aliqualꝛ qn̄ āpa calidū est in renibꝰ. ⁊ est sitis ⁊ dolor capitis ⁊ grauitas infirmi renis. ¶ Sed signa āpatis frigidi sunt grauedo ⁊ pondus. vrina remissa. oīa remissiora vt febris ⁊ alia signa. A parte āpatis renū signa sunt. vrina nigra in colore. grossa in substātia. fetida ⁊ pauca cū sedimine sanioso. rupturaꝫ āpatis renū significat. Sed vrina inopos kianos. spissa in substātia. pauca in q̄ꝫtitate cuꝫ sedimine nigro fetida. āpa renuꝫ nō rupturam significat. ¶ Et si āpa sit in rene dextro: tūc ascendit dolor vsqꝫ ad epar. ¶ Et si est in rene sinistro: tūc descēdit vsqꝫ ad vesicam ⁊ est dormitatio pedis ex parte illa ex qua est āpa. Et si iacet in latere opposito sentit quasi pōdus suspensuꝫ in alio latere. Et si in vtroqꝫ rene sit āpa: tunc illo mō sentit qualitercūqꝫ iaceat. Et si āpa in vesica fuerit: tunc est dolor in pectine ⁊ peritoneon ⁊ ascendit vsqꝫ ad renes ⁊ mingiꝛ vrina cū difficultate. Et si dꝫ terminari per saniez: tūc febris fortificaꝛ ⁊ calor ⁊ pulsatio est in loco. qꝛ circa generationē saniei sunt febres ⁊ dolores ⁊c̄. Et si rumpaꝛ ē tremor ⁊ vrina apparet spissa sanguinolēta. ¶ Ulterius notandū ꝙ āpa in renibꝰ diuersificaꝛ a parte māe. qꝛ aliqn̄ est de sanguine subtili colerico. aliqn̄ de grosso sanguine. A parte loci silꝛ qꝛ aliqn̄ āpa est in corpore renis. aliqn̄ in latere cōcauitatis. aliqn̄ in pāniculo velante renes. aliqn̄ mā est declinās ad partes meatꝰ emūctorij. aliqn̄ ad ꝑtez dorsi. aliqn̄ ad partes meatus qui est ad supiora. ¶ Sed si vrina sit nigra in colore. grossa ⁊ pinguis in suba. fetida. pauca in q̄ꝫtitate valde cū sedimie sanioso. rupturā āpatis vesice signat. Et in āpate vesice aliqn̄ tumor ad tactū perceptibilis est ⁊ est maior sanies q̄ꝫ in āpate renū. ⁊ ē maior cōstipatio vētris ꝑꝑ cōpressionē vesice ad interiora.

**Pronostica.** Pronosticatio est ꝙ āpata renū velociora sunt ad hoc ꝙ in lapidē conuertanꝛ q̄ꝫ āpa vesice. ¶ Itez cū āpa est calidū in rene ⁊ cum febre ⁊ supuenit ꝑmixtio rōnis mortale est. ¶ Itez āpa renū qn̄qꝫ rumpiꝛ ad partē vesice ⁊ est meliꝰ oībus: ⁊ si rumpaꝛ versus epar ⁊ mittatur ad ītestina ⁊ stōm ipsa sanies: est malū. Et si remanet mā in renibꝰ: tūc extēdit se ad loca vacua vicina: vnde īdiget perforatiōe cū ferro calido ⁊ cū cauterio circa renes ⁊ hoc est malū. vel cuꝫ sagittella ⁊ vtrūqꝫ est periculosum. ¶ Itē signū eūonis est cū febris ⁊ accidētia mitiganꝛ ⁊ cū vrina est multa cū bona residētia ac sanie alba eq̄li sine fetore. ¶ Quādo aūt vrina est globosa aut cū sanie fetida. aut cū vrīa est alba ⁊ tenuis ⁊ febris nō alleuiaꝛ ⁊ accidentia nō mitiganꝛ tūc est signū mortis. ¶ Et qn̄ egritudo ꝓlongaꝛ ⁊ vrina est alba ⁊ tenuis ⁊ coxe maceranꝛ signū est īcurabilitatis. ¶ Itē āpata renū ⁊ vesice in corporibꝰ macilētis sunt valde periculosa: qꝛ deficit caliditas ⁊ hūiditas ad digerendū. silꝛ tales passiōes in renibꝰ dure sanāꝛ. 7ª particula affo. affo. 31. dicit Hypp. ꝙ quibuscūqꝫ nefreticis exn̄tibꝰ ipostasis pinguis ⁊ cōglobata vel simul subito apparent ⁊ ampulle nō appareāt in vrinis eoꝝ ⁊ dolores acuti sunt circa musculos spinales versus lūbos. si circa loca extrinseca fuerit āpa: futurū extrinsecū expectabis. si vero dolores circa interiora fuerint: futurū expectabis intus.

**Cura.** Cura huiusmodi āpatū est. si vēter sit ꝯstipatꝰ. ꝑmo cū clisteri mollificatiuo de violis maluis mercuriali aq̄ ordei oleo violato colatura furfuris ⁊ cassia. Et si hꝫ fluxuꝫ ventris fiat sirupus de rosis siccis mirtillis sumach ⁊ pane de zuccaro. Deīde si causa sit calida ⁊ particularia ꝯueniāt fiat flebotomia de basilica eiusdē lateris. ¶ Et si vlterius indigeas fiat de saphena eiusdeꝫ partis. Unde regula est ꝙ vētre cōstipato vel multū solubili ⁊ laxo nō dꝫ fieri flōmia. ¶ Itē plus iuuāt clisteria q̄ꝫ medicie laxatiue ꝑ os in istis morbis. ¶ Itē nulla fiat ꝓ fortis eūatio ⁊ laboriosa: sꝫ leuis ⁊ paulatina. vn̄ inter oīa ꝓualet aq̄ ordei cū cassia fistula taꝫ subtus clisterizata q̄ꝫ ꝑ os sumpta. ¶ Itē āpate maturato ⁊ corpore exn̄te plectorico nō denꝛ diuretica fortia nec mordicatiua. ¶ Itē nullo modo obmittatur aq̄ ordei ⁊ aq̄ zuccari vel iulep ⁊ aqua mellis: qꝛ in mūdificatiōe sunt optima. ¶ Deide in cā calida fiat talis sirupꝰ. ℞. portulace lactuce. ℥. i. ß. seminū fridoꝝ se. papaueris albi dragāti se. malue liquiꝛ. mūde vuaꝝ passaꝝ mundataꝝ se. endiuie se. scariole. aā. ℥. i. zuccari lib. ß. fiat sirupus quo vtaꝛ mane ⁊ sero. ¶ Deide purgeꝛ sic. ℞. floꝝ boragis floꝝ violaꝝ liquiꝛ. mūde mucillagis psilij ordei dragāti. aā. ℥. i. fiat decoctio in sero caprino ⁊ in decoctiōe resoluaꝛ cassie mūde ⁊ tamarindoꝝ aā. ℥. i. ⁊ deꝛ in aurora. ⁊ pruna possūt poni in decoctiōe si

voluerit medicus. ℭ Deinde fiat emplastruz. ℞. malue
bismalue mucillaginis psily coriandri recentis vel ꝑpa/
rati cum aceto mucillaginis se. citonioꝝ ordei mũdi fari/
ne tritici olei de lino medulle vituli vel cruris bouis fiat
emplastruz. Si dolor est vehemens addaꝰ se. papaueris
albi ꝛ foliorũ iusquiami ꝛ locꝰ vngaꝰ cũ oleo ro. ℭ Uel
sic. ℞. vini albi lib. i. ꝛ farine fenugreci lib. ʒ. assungie anse
ris. ℥. i. olei violati. ℥. ʒ. bulliant vinum ꝛ adeps anseris: et
oleum violatũ admisceaꝰ. vltimo addatur dicta farina: ꝛ
est optimũ emplastrũ ad maturandũ aꝑa renũ ꝛ vesice ꝛ
matricis. ℭ Itẽ a ꝑncipio aꝑatis vaporeꝰ locus cũ aqua
infusa in aqua decoctionis florũ camomille florũ melli/
loti seminis lini ꝛ oleo roꝭ. ana. ℥. i. ꝛ hoc fiat vsqꝫ ad dies
quatuor ꝛ postea fiat dictũ emplastrũ. Et tunc vnganꝰ re
nes cũ auẽleon alꝰ auetileon ꝛ camomeleon ꝛ oleo de lilio
calefactis aliqualiter. dialtea optime maturat. ꝛ fiãt ista
in augmento. Et cũ venerit ad statuz fiat emplastrum de
caricis. i. de ficubus siccis ꝛ maloch ꝛ aqua mellita. Uel
fiat emplastruz de radice lily semine fenugreci ꝛ semine
lini oleo de lino ꝛ camomilla vel de lilio vel de aneto. ꝛ ℏ
si dolor sit ibi magnus: qꝛ omnia ista sunt anodina. i. miti/
gatiua doloris. ꝛ in declinatione addatur anisum et spica
nardi. Et detur ad sorbenduz succus feniculi cum lacte.
quoniã abstergit ꝛ mundificat. Idez facit serũ caprinuz.
ℭ Si igiꝰ maturatuz fuerit cuz rumpi tardauerit fiat ta
le emplastrũ de gallis balaustꝉ. stafisagria cortice pineaꝝ
añ. misceanꝰ. ℭ Item stercus caninũ est in omnibꝰ opti/
mum in cataplasmatibꝰ: qꝛ flegmatica apostemata ꝛ me/
lancolica siue interius siue exteriꝰ sint eliquat. ꝙ si de la/
cte caprino bibaꝰ omnes putredines vlcerum in vulneri
bus mundat. ista ponit Cõstantinus 7º. practice sue. ca. de
apostemate renum. ℭ Rupto apostemate. ℞. casei vete
ris lib. i. decoquatur in aqua ꝛ in illa resoluaꝰ mellis. ℥. i. ꝛ
fiat clistere mundificatiuũ ꝛ abstersiuũ. ℭ Si vero apo/
stema collectionẽ nõ fecerit. i. nõ fecerit caput ad rumpẽ/
dum per saniem: flebotomeꝰ patiens de saphena exterio
ri sub cauilla pedis. ꝛ 3ª die post fiat ventosatio cũ scarifi
catione. s. inter dorsum ꝛ renẽ. vel euaporetur latus cum
lana ĩfusa in istis oleis. ℞. olei de camomilla olei de lilio
anetino añ. quar. i. misceanꝰ cuz decoctione radicũ altee
radicuz lily ꝛ radicũ ireos. ꝛ dicta lana infundaꝰ vel spõ/
gia aliq̃. ꝛ calida ꝛ cõpressa ponatur super renes. ℭ Dieta
quo ad cibũ sit sicut ordeatum ꝛ auenatũ amiduz spina/
chia attriplic̃ lac amigdalarum brodium parue pulle. In
casu suo non detur aqua nec vinũ in apostematibꝰ renuz
ꝛ vesice. aqua. s. frigida nullo modo nec in declinatiõe cõ
petit. carnes etiaz nocent nec in colaticys ꝛ diuretica. Cõ
petit ergo aqua ordei ꝛ serum caprinũ. ꝛ aquã mellis po/
tet tamen minus ꝙꝫ poterit. Balneũ non competit nisi in
declinatione vbi dolor sit intolerabilis: tunc eñi oportet
ꝑmo ire ad accidens: scilꝫ in decoctione malue bismalue
cortice papaueris. Et locus tunc emplastreꝰ cum farina
ordei ꝛ papaueris roꝭ ꝛ modico opy. ℭ Si autez aposte/
ma esset frigidũ de materia melãcolica qꝺ scitur: qꝛ ꝓlon
gatur egritudo ꝛ vrina est alba ꝛ tenuis ꝛ sentit magnam
grauedinem ꝛ pondus sine magno dolore ꝛ sentit quẽdã
stuporem ꝛ dormitationẽ ꝛ maturatur: tunc virtute forti
existente postꝙꝫ cruditas aliquo modo fuerit digesta: põt
fieri modica flebotomia sub cauilla exteriori pedis sini/
stri. Et locus debet inungi cũ oleo nardino costino camo
mellino. ꝛ emplastreꝰ cum caricis ꝛ radice lily ꝛ fenugre
co ꝛ semine lini. ꝛ emplastreꝰ cuz armoniaco bdelio sera/
pino. ℭ Et fiat sirupus de menta absinthio radice lily ra
fani camedreos scolopendrie melonibus liquiꝰ. munda.
vuis passis enucleatis zuccaro et melle et sero caprino et
alys que digerunt melancoliã. Purgetur cum polipodio
aniso sene epithimo sero caprino. Fiant clisteria cuz adi/
pibus. Uitetur omne qꝺ est fortis virtutis ꝛ omnis res la
boriosa ꝛ angustiosa: ꝛ iniungatur ociũ ꝛ quies. ℭ Sed si
materia sit flegmatica qꝺ scitur per vrine grossitudinez ꝛ
multitudinez maxime postꝙꝫ digeritur: tũc possunt addi
alia diuretica: sed in parua quãtitate. ꝛ purgetur cum tur
bith ꝛ polipodio ꝛ agarico ꝛ cum clisteri in quo ponaꝰ be
nedicta. ꝛ fomenteꝰ cum melliloto camomilla anthos et
floribus vtriusqꝫ sticados. ℭ Sed apostema vesice cura
tur cũ flebotomia basilice sinistre in ꝑncipio. ꝛ si transeat
apostema ad septimanaz: tunc flebotometur de saphena
exteriori sinistri pedis. nec est ibi febris semper in aposte
mate renũ: quia non põt fieri ita libere euaporatio ad cor
nisi ratiõe sensibilitatis doloris. ℭ Et si dolor fuerit for/
tis fiat euaporatio dicta superius de camomilla mellilo/
to semine lini fenugreco ꝛ maturatiua ꝛ alia omnia sicut
in apostemate renum. ℭ Tamen apostemate rupto. ℞.
lib. i. furfuris ꝛ decoquatur in aceto ꝛ ponatur super locũ
apostematis. tamen a ꝑncipio vsqꝫ ad tres dies liniaꝰ cũ
oleo cõmuni: deinde cum oleo de camomilla: ꝛ non ponã
tur frigida neqꝫ stiptica: imo cum semine lini lacte dulci
ꝛ pane de simula frumenti emplastretur. Et post cũ istud
cum leuibus resoluetur fiat emplastrum: sicut cuz camo/
milla semine lini farina fabaruz cum rob. i. vino decocto
vel cum succo vue mature per se inspissato. ℭ Tamẽ ru/
pto apostemate de oleo violato ꝛ lacte ꝛ roꝭ et camomil/
la cum aceto bullitis ꝛ farina frumenti fiat emplastrum
optimũ supra locuz apostematis. deinde fiat mũdificatio
sicut dictũ est in cura apostematis renum.

**Dolor renum** causatur ex humoribus calidis:
ꝛ tunc est cuz punctura ꝛ siti. Et
si sit ab humoribus frigidis: tunc est ponderositas et fri/
giditas nocens. ꝛ tempus anni ꝛ complexio dicta prece/
dens arguunt hoc.

**Cura.** Et si sit a lapide ꝛ ab equitatione caueant et a
caseo ꝛ a cibo viscoso sicut ab anguillis. ꝛ a ven
tosis sicut a pisis ꝛ allys. ꝛ equitatiõe post prandiũ super
equo troctante. ꝛ a coitu super cibum. ꝛ a saltu ꝛ eleuatio/
ne onerum ꝛ a tensione balestraruz ꝛ a percussione ꝛ simi
libus. ℭ Cura in omni causa calida est centauream bibe/
re cum aqua frigida. ℭ Itez trifera saracenica quottidie
mane ꝛ sero exhibita salubris est cura. Deinde inungãtur
renes cum oleo violato ꝛ butiro: ꝛ post emplastrenꝰ cum
semine lini ꝛ fenugreci decoctis in aqua ter vel q̃ter. hoc
facto liberatur eger. ℭ Itez si causa sit reumatica caue a
sirupo acetoso ꝛ huiusmodi aperitiuis. Deinde renibus
fiat superficialis scarificatio. ꝛ tunc renibus inunctis cuz
albumine oui sinapizentur cum puluere sandalorum la/
ctuce portulace roꝭ. serico crudo minutim inciso semine
apy semine feniculi ꝛ parum picis nigre. ꝛ stuppas cana/
binas minutim incisas superpone. ꝛ non cadant donec ca
dat egritudo. ℭ In causa vero frigida renum fiat inun/
ctio de camomeleon ꝛ oleo anetino vel vnguento de suc/
co cepe pipere ꝛ veteri succo vel de pinguedine antiqua.
ℭ Et emplastrum oxicroceum iuuat vbiqꝫ. Aut. ℞. suc/
ci betonice vini añ. ouum plenum mellis coclear vnũ pi/
peris. gra. xi. contere simul ꝛ da bibere per tres dies: con/
festim enim sanat. sed mel prius sit dispumatum. vel re/
nibus scarificatis ꝛ prius inungantur de melle despuma/
to. ꝛ locus sinapizetur cuz puluere feniculi petrosily apy
carui dauci zinziberis spice nardi thuris masticis ꝛ absin
thy. ꝛ prius stuppas superpone ꝛ non cadant donec cadit
egritudo. ℭ De nefresi ꝛ dolore renum dixi prius: ꝛ ideo
recurre illuc ꝛc.

¶ De spasmo. Capl'm. XXII.

Spasmus est cõtractio neruoꝝ versus suam originem sm Gal'. 6° affo. cõmento. 39. i. versus cerebrũ. ⁊ vocatur grãsus. Et dicit spasmꝰ quasi musculus passus. Cõponit enĩ musculus vt dicit 2ª particula tegni de carne simplici pura ⁊ villis nerueis qui inuoluuntur. ¶ Cuius spasmi diffinitio est vna sm Gal'. 5ª particula affo. cõmẽto. 40. Spasmus est inuolũtariꝰ motus voluntaria obtinẽs loca. Auic. ponit 3° cañ. fen. 3. eius diffinitionẽ. Spasmus est egritudo neruosa qua mouent lacerti ad sua pncipia. ⁊ inobediẽtes sunt in dilatatiõe sic est in extensiõe sz locũ. Sz dic Auer. 3° colliget. Spasmꝰ est ꝯctio nerui in se ⁊ decurtatio sue lõgitudinis pp qd ꝯ͂bit ⁊ colligit. Aliq dicũt ꝙ spasmus est egritudo neruialis ꝯ͂hens neruũ ad suã originẽ cũ ablatõe motꝰ. ¶ Nota ꝙ Auer. 3° colliget. arguit ꝯ͂ medicos de ista cõtractiõe neruorum sm suã longitudinẽ. quia dicit ꝙ materia diffusa in neruis facit extensionẽ sm omnes dimẽsiones exquo per totũ vadit. ideo extendunt nerui sm longũ. igitur nõ contrahunt sm longũ. ¶ Item sciendũ ꝙ extensio est in spasmo materiali sm oẽs diametros. tamẽ quia conuertitur in ventũ vel aeritatez que difficile cõprehendunt in neruo. ⁊ que mouet vt plus a latere. ⁊ sm locuz vincit extensionem sm longũ. ⁊ h vocatur attractio vel cõtractio: quia ꝓpter dolorez non põt fieri extensio quãta solebat: lz in se membrũ sit extensuz. tunc ratione doloris patiens non audet illud manifestare. Uel dico ꝙ ibi est cõtractio sicut patet sensibiliter. ideo nõ extenditur sm longũ: quia materia est in poris transuersalibus neruoꝝ ⁊ non in longitudinalibus. ⁊ ideo est extensio sm latũ ⁊ non sm lõgũ. econtra est in paralesi. ⁊ ideo ibi membrũ elõgat. ¶ Ulterius notandũ ꝙ spasmus generaliter est triplex. vt dicitur 4° affo. cõmento. 56. ibi. A spasmo ⁊ tetano habito febris superueniens soluit egritudinẽ. Uel enim est ante et vocatur empitostonus. Uel est retro ⁊ vocatur epitostonus ab epi qd est supra: q2 ibi patiẽs cogitur respicere sursuz. Uel est vtrũq3. s. ante ⁊ retro ⁊ vocatur tetanus quasi totum tenens. Unde versus.

Tetanus omne tenet: em curuat: epiq3 supinat.

Quem tetanũ diffinit Gal'. 5ª particula affo. in cõmẽto illius. Quicũq3 a tetano apprehendunt in quatuor diebus pereunt. sic. Tetanus est peracutus morbꝰ ab vtrisq3 spasmi motibus cõtrarijs cõpositus. Et ꝙ spasmus sit morbꝰ acutus ponit Gal'. pma particula affo. cõmẽto. 10. ⁊ 5ª particula cõmento. 72. ⁊ cõmento. 31. ¶ Et si arguit. omnis morbus frigidus dure digerit cõmento. 33°. 7ª particula affo. ⁊ Auic. ca. de emigranea. sed spasmus est de materia frigida sm Gal'. 6ª particula affo. cõmento. 56. igitur dure digeritur. igit est cronicus. ¶ Itez spasmus de inanitiõe etiã esset acutus. cõsequens falsum: q2 paulatine venit et paulatine discedit sicut ipsa inanitio sm Auicẽ. vbi ponit differentiã inter spasmũ de inanitiõe ⁊ repletiõe. quia secundus subito venit: pmus paulatine: sed morbus acutꝰ est cuius motus est velox ⁊ fortis sm Gal'. acutoruz morborum 2° affo. ¶ Dico ꝙ morbꝰ acutus multipliciter accipitur. absolute ⁊ cum determinatiõe: sicut dicit 3° ꝓno. cõmento. 9. Absolute est ille qui terminat in quatuor diebus vel circa: cum determinatiõe: vel ante vel post. Ante est peracutus: ⁊ tunc in. 7. vel. 9. terminat. vel peracutus tunc in 4°. vel in 5°. vel in 3°. Si a parte post vel est acutus tropicus vel cõuersiuus. Acutus tropicus est ille qui transit. 20. dies. Sed conuersiuus est ille qui conuertitur ad cronicum. ⁊ est ille qui durat vsq3 ad. 40ᵐ diez. quia ille dies est terminus cronicorũ primus ⁊ vltimus acutoruz sm denominationẽ. vt dicit 3°. affo. cõmento. 29. Similiter acutuz accipitur vno modo sm ꝙ est velocis motus. Alio modo pro toto tẽpore motus. pmo modo spasmꝰ est de repletione ⁊ est acutus: q2 velocis terminatiõis motꝰ cum fiat subito. 2° modo spasmus est de inanitione: ⁊ est acutus: q2 ⁊ si fiat paulatine tñ terminꝰ est velox. s. mors. ⁊ hoc est qd dicit 6ª particula affo. in cõmẽto illius. A q̃rtanis habito ⁊c. ¶ Ad pmũ dicit ꝙ morbus frigidus dure digerit rõne materie frigide. sed tamẽ q2 spasmus est ꝓpter ventositatez replentẽ neruũ sicut vult Auer. in 3°. colliget non cito dissoluit. Uel dico ꝙ natura nititur cito expellere materiam illam: ideo breuis est ⁊ acutus. tamẽ ratione materie est cronicus. Uel dico ꝙ spasmus materialiter est longus: sed paroxismaliter est breuis sicut dictum fuit prius de epilepsia. q2 spasmus est epilepsia mẽbri: sicut epilepsia est spasmus corporis sm Auicen. in 3°. ¶ Ad scdm patet per dicta.

## Cause.

Cura veneni ē duplex. ſ. p̄ſeruatia ꝛ curatiua vel eradicatiua. p̄ª dꝫ fieri dūmō hō ſit ſan⁹ ꝛ timet ſibi de intoxicatiōe. Fiat igitur tūc ſic. Accipiat̄ radix mille folly ꝛ bene conterat̄ ꝛ remolliatur in lacte vel in vino. vel modicū decoquatur. in craſtino ieiuno ſtōaco ꝛ meridie potet de eo timēs ſibi de veneno. ꝛ per totū anū n̄ timebit. Et ſm̄ aliquos qui ſemel biberit de eo: per totuꝫ anū non timebit de veneno. tn̄ melius eſt accipere multotiens. vel de herba tota cū radice deſiccata fiat puluis quo vtat̄ in vino vel lacte: ꝛ optime preſeruat. ¶ Itē radix gentiane in dolio vini potata preſeruat bibentes eaꝫ a veneno ꝛ ipſa gentiana frequenter comeſta. ¶ Item radix afodiloꝝ omne venenum ſtatim excludit. ꝛ mane ſumpta a malo cibo ꝛ veneno p̄ſeruat. ꝛ qui comedit eaꝫ de mane letam diem ducit. diaſcorides. ¶ Iteꝫ ſanguis capre ad ignē calefactus ꝛ ſūptus valet ꝯtra omnes venenoſas potationes. ¶ Item grana iuniperi ſumpta ſūt medicina contra venena cui non eſt par. ꝛ morſus ſerpētis curāt. ¶ Item ſuccus vel herba vel radix tormētille potatus ſtatim facit venenū exire q̄ꝫtūcū q̄ꝫ intātuꝫ ꝙ datur canibus ꝛ curat morſus animaliū venenoſorum. Idem facit pimpinella que hꝫ florem rubeū ꝛ creſcit inter blada. ¶ Itē pimpinella cum vino bibita ꝛ cum puluere gentiane: ꝛ olei ciamomi cētauree ab omni veneno coꝛ hominis defendit. vnde nullus valꝫ iſtaꝫ medicinā appreciare ſi menſe ſeptēbris conficiatur: qꝛ non ſolum venenū extinguit. ſed ab homine etiam demonē expellit: vt dicit Cōſtantinus 4.º practice ſue in fine. ¶ Item teſta oui plena de ſucco agrimonie data potui ſtatim expellit omne venenū per os potiſſime. ꝛ cum mira facilitate morſus ſerpentū ꝛ alioꝛum animalium venenoſoꝝ ſanat. ¶ Iteꝫ caro famule ſilueſtris ſalita eſt de fortib⁹ medicinis contra venenū ſm̄ Auic. ¶ Itē de auricalco fiat ciphus. ſi ei venenū appropinquauerit vel in menſa appoſitū fuerit: ſtatim cupa incipiet mutari in diuerſos colores per lineas multas. ꝛ ſic deprehendet̄ venenū ſꝫ Iſidorum ꝛ albertū. ¶ Idem fit de electro naturali: qꝛ in aſpectu ꝛ tactu veneni ſtridet ꝛ in varios colores colorem naturalē ſtatim mutat. Modus meus eſt dare talē puluereꝫ ad p̄ſeruandū ſicut frequēter dedi. ℞. pipinelle radicū tormentille ciamomi an̄. ʒ. 5. ligni aloes macis an̄. ʒ. i. granoꝛū iuniperi. ʒ. ij. fiat puluis. ꝛ ſi nō ſit multuꝫ delicatus ponat̄ gētiane. ʒ. i. ꝛ tunc valꝫ ꝯtra omne venenū p̄ſeruādo ꝛ curando. ꝛ hoc in p̄n.º ꝛ det̄ cum vino decoctionis boraginis. ꝛ voco eum puluerē iunipinum. ꝛ poſt detur dyamargariton vel leticia gal̄i. ꝛ ſic p̄ſeruat̄ optiē. Tamen qꝛ nulla peioꝛ peſtis ad nocenduꝫ q̄ꝫ familiaris inimicus: iō iter famulos ſuſpectos non comedat aliqd ſubito: ſed diu in oꝛe tenendo. qm̄ venenū eſt tante horribilitatis ꝙ non poterit eſſe quin cognoſcat ꝛ percipiat per guſtum ꝛ per odoꝛatum. ideo caueant omnia vehementer dulcia ꝛ acuta ꝛ acetoſa ꝛ ſalſa. Non ergo ſic famelicus vel auidus ſumat cibuꝫ ſuū. Sed anteq̄ꝫ comedat in menſa ſuſpecta ſumat nucē aut auelanā aut ficus aut rutam aut metridatum aut tiriacā. qm̄ tiriaca ſumpta an̄ medicinaꝫ p̄ſeruat. ꝛ ſumpta poſt attrahit ad ſe ꝛ expellit ꝯfortando coꝛ. ¶ Pro iſto ſciendū ꝙ oēs medicine: quarū ꝓprietas eſt vt conſeruent ſanitatē ꝛ virtutem in ſpū: vel mediantibus eis expellat̄ nocumentū venenoſum vocatur tiriaca bezar ſm̄ Auic. can̄. 2.º ꝛ cap.º 4.º verſus finē. Sed tn̄ vt dicit: tiriaca magis ꝯuenit artificialibus ꝛ bezar medicinis ſimplicibus que valent contra venenū: vt dicit Gal̄. 5.º de ſimplici medicina. diſtinctione 4ª. cap. 5º. ꝙ medicine liberantes a veneno ſunt medie inter corpus nr̄m ꝛ venenū. ꝙ ſi dentur corpori ſano nocent. ſi toxicato ꝛ egro liberāt: ꝛ ideo medie ſunt. cōtra dictum Auer. 5º. coll̄ꝫ. cap.º de cōpoſitione medicinarum cōtra venenū. vbi dicit ꝙ mediū ꝛ extrema ſunt vni⁹ generis. ꝛ que ſunt vnius generis ſunt ſilia. ꝛ ſic nō eſt in bezarys cū veneno: qꝛ mediū eſt ratione ꝯrietatis. ergo cū bezar liberet a veneno: igit̄ cōtrariat̄ ei. ergo nō ſunt ſimilia. ergo nō eſt medicina illo mō quo dixit Gal̄. Et Auer. rn̄det ad argumētū Gal̄. ꝙ iſte medicie faciūt iſtas duas operatiōes reſpectu diuerſitatis diſpoſitionū in corpoꝛibus diuerſis. qꝛ ſi ſit ibi diſpoſitio venenoſa in corpoꝛe iuuāt. ſi nō: non. Et per iſtū modū loquēdi dicit Gal. verſus finem 7ª ꝑticula affo. ꝙ cibus eſt v̄tus ſanis ꝛ moꝛſus infirmis: ꝛ attractiua in mēbꝛo attrabit cibū in tempoꝛe ſanitatis. ꝛ in tpe egritudinis attrabit medicinam ſm̄ Haly 2ª ꝑticula tegni. ꝯmento. ii8º ibi. Ex egritudinibus tn̄ in ventre. ꝛ ſerap. in 3ª ꝑticula. cap.º 5.º idem ponit reſpectu diuerſarum diſpōnū. Medicina igit̄ tiriacalis vna cum adiutoꝛio nature ꝛ regimine pōt cōtraria facere. vnde ſiue attrahat venenū ad ſe: ſiue expellat: dūmodo h̄ fiat rōne eiuſdeꝫ finis. ſ. rōne ſalutis ꝛ euaſiōis: eadeꝫ quaſi opatio eſt: qꝛ a fine nūq̄ꝫ dꝫ denominari. Et Haly 3ª ꝑticula tegni. cōmento. i95. ibi. Alterat̄ igit̄ aut digeſtiua. dicit ꝙ de ꝓprietate medicinarum que faciūt euadere ē vt ꝯfortēt mēbꝛa p̄ncipalia īterioꝛa: ſicut ꝯfortāt ea medicine aromatice ſtiptice. Si igit̄ illa medicina faciat euadere ex venenis optima eſt. Et de illis q̄ faciunt euadere ex venenis habentiū venena que nō cognoſcunt̄ niſi per expimentū eſt tiriaca que ꝯponit̄ ex carne tiri que eſt venenoſa. tn̄ venenū ſuum eſt humiditas expulſa per verberationē eius. vnde verſus.

Allia nux ruta pura rafanus ꝛ tiriaca:
Hec ſunt antidota contra moꝛtale venenum.

## Curatio a veneno.

Poſtq̄ꝫ aliquis ſumpſit venenū: ꝛ foꝛte ſūpſerit illud per caſuꝫ aranee vel alicui⁹ talis in vaſe cibi pot⁹. vel in paſta panis vel in farina vel in aliquo alio liquoꝛe vel in cibo. vel ſi aliqs a ꝓpoſito illud dedit ꝙ ſentit moꝛdicationē vel inflationem vel arſurā vel ſcothomiam. vel eſt ſōniculoſus. ſtatim ſurgat. ꝛ ſi ſit in ꝑādio omni verecūdia poſtpoſita: euomat q̄ꝫtum poterit cum oleo cōi antiquo. vel cum oleo de nucibus qđ ſpāle eſt: ſicut ꝛ nuces ſunt. ꝛ accipiat butirū ꝛ lac ꝛ oleū multuꝫ ſi vult leuiter vomere. ꝛ euomat cū pēna ꝛ digitis poſitis in gutture. vel cum ſucco ēt mediani coꝛticis ſambuci ꝛ cum ſucco rafani. Uel ſic. ℞. baccas lauri ireos terrā ſigillatā ſi īueniat̄. an̄. vel cuꝫ duobus p̄cedentib⁹. ꝛ ꝯfice cum oleo ꝛ da in potu. ꝛ facit exire venenū cū ip̄etu. ꝛ dato ꝙ nō vomeret: adhuc ille motus laboꝛioſus traheret venenuꝫ de coꝛde. Et ſi venenū nō aſcēdat: qđ ſcit̄: qꝛ nō

eructuat nec abominaṫ:sed deſcēdit:qd̓ ſcitur per tortio
nes ⁊ pūcturas ⁊ pōdus in fūdo ſtōaci ⁊ in inteſtinis:fiāt
tunc cliſteria fortia attrahētia deorſuꝫ.⁊ ponanṫ ibi iera
logodiō ⁊ iera rufini ⁊ ruta ⁊ oleū laurinū calēdula agri-
monia : diptamus ſerpiliū cētaurea:qꝛ iſta ſeorſum ⁊ cō
iunctim valēt ꝯtra venenū.vel ſumat patiēs bolū arme
num cum vino.⁊ fricet̄ totū corpus.⁊ caueat ſibi a ſōno
oībus modis vt poterit.Et ſi cōſideret ꝙ venenū ſit fri-
giduꝫ ſumat allia:qꝛ ſunt tiriaca ruſticoꝝ ſm̄ Gal.12°.de
igenio ſanitatis.⁊ ſumat vinū odoriferū vinoſum ⁊ claꝝ
ſiue lucidū ſubtile aliqualiter declinans ad citrinitateꝫ
vel rubedinem mediocriter ſeu aliquo modo antiquū.
non tn̄ nimis vetꝰ:qꝛ tale vinū eſt fortis calefactionis.
cū tali tn̄ vino dicit Gal.3°.de ſimplici medicina.diſtōne
4ª.cap°.2°.ꝙ ipſe liberauit vnū qui fuit īfrigidatus q̄ſi
ad mortē cum opio.ꝓpria tn̄ tiriaca opij eſt crocus ⁊ ca
ſtoreū.⁊ illud vinum dꝫ eſſe antiquū:qꝛ tale eſt purius
⁊ facit vigilare ſicut dicit Gal.2° īterioꝝ in fine de ſeruo
notarij qui ꝑꝑ potuꝫ vini antiqui īcurrebat vigilias ꝑpe
tuas.¶ Et ſi venenū calidū ſumat coriādrū ⁊ cāphorā.
Et ſi fuerit de illis q interficiūt a tota ſpē ſumat tiriacā.
¶ Itē agar̄.ſemē vrtice pulpa coloquītide ſerapinū ca
ſtoreū optima ſunt contra venenū:qꝛ faciunt euomere ⁊
ducūt per ſeceſſum:⁊ valēt a tota ſpē.Ut igiṫ homo poſ
ſit iudicare ſapores venenorū lauet os cuꝫ aqua frigida
frequenter.⁊ de oībꝰ venenis ⁊ rebus malis maſticet in
ore.vt ꝑ ſapores ea cognoſcat.Et hoc d̓beret medicꝰ ma
xime facere.deinde expellanṫ ⁊ nō tanſglutianṫ.¶ No
tandum ēt ꝙ tiriaca andromaci non valet tꝑatis corpo
ribus nec lapſis oībus:ſed lapſis magno lapſu mālī.ſ.ꝓ
ueniente ex flegmate ⁊ melancolia.In ſanguineo lapſu
⁊ in colerico lapſu non valꝫ niſi vehemēter exirēt termi
nuꝫ nālē.Et in tꝑe frigido ⁊ in etate frigida:nec etiaꝫ in
febre valet.¶ Iſta ponit Auerro.li.de tiriaca.⁊ Dama.
2ª particula affo.ſuoꝝ.cōmento.xi.ꝙ in nullis defectis
eſt danda tiriaca ſicut pueris ⁊ ſenibus ⁊ adoleſcentibꝰ
debilibus:qꝛ non pn̄t tiriacā retinere nec regulare.⁊ ibi
vide de etatibus tiriace.Et idē ponit Aui.5°.can̄.cap°.de
tiriaca.⁊ poſt.10.ānos plus valꝫ cōtra venenū.ſꝫ ante va
let plus ī fluxu vētris ⁊ poſt purgationē māe ad reſidui
ꝯſūptionē ⁊ fortitudinē cordis.Oībꝰ igr̄ ꝑt dari:ſꝫ iuue-
nibꝰ ī maiori q̄ꝫtitate ī caſu dcō.ſꝫ alijs ī minori q̄ꝫtitate:
vt dicit Iſido.in ꝯmēto.Adhuc notandū ꝙ nō oīa cal̓a ī
4°gradu ſunt venenū:ſicut alliū piꝑ cepe ⁊ ſil̓ia.nec oīa
frida in 4°.vt lactuca ſm̄ aliquos ⁊ iuſquiamꝰ:qꝛ iſta va
lent in lapſibꝰ multis.⁊ multos debiles ꝯfortant iſta ca-
lida:ſicut ⁊ illa frigida multos calefactos iuuant in ꝑua
q̄ꝫtitate.vn̄ frigidū non ponit pedē in opere nāe ſicut ca
lidū.tn̄ in oī gradu in quo nocet frigidū nocet cal̓ꝫ.ſ.ipſi
tꝑato:lꝫ cal̓m ſit amicū nāe.tn̄ in 4° gradu.ſ.in vltima
manſione eius calidū eſt venenū:⁊ in doſi debita datuꝫ
īterficit.ſꝫ in manſione illius gradus ṗma frigidū īterfi-
cit ſi deṫ in illa in magna q̄ꝫtitate ſicut calidū:vel ſenſibi
liter ledit pluſq̄ꝫ calidū.vn̄ in oī etate valꝫ cal̓m:qꝛ vita
ſtat per cal̓ꝫ.ſꝫ nō in oī valꝫ frigidū niſi in iuuētute ſolū.
⁊ in tꝑe cal̓o niſi ſolū per accn̄s.Tn̄ venena a q̄litate nō
īterficiūt niſi denṫ ī magna q̄ꝫtitate.¶ Itē venena cal̓a
īterficiūt citiꝰ q̄ꝫ frigida:qꝛ penetrāt ad cor citiꝰ.ſꝫ poſtq̄ꝫ
deueniunt ad cor frigida citiꝰ īterficiunt ꝑꝑ maiorē ꝯrie
tatem īter illa ⁊ cor.de iſtis dixi alibi.

**Cura** veneni generalis ē:vt dcm̄ eſt cū videris muta
tionē coloris in aliū colorē:vel caliditatē in fri
giditatē:vl̓ ecōuerſo.vel eſtuationē huius:dare ad potā
dū aquā tepidam vel oleū vſq̄ꝫ ad repl̓onē.vel aquā de-
coctionis aneti cū melle nitro vel ſale.vel decoctionem
butiri cū ſale vel ſemē paſtinace ⁊ hꝫ.Et vice pꝰ vicē vo-
mere ⁊ ventrem cū cliſteri ſoluere.⁊ cū medicīa.¶ Iteꝫ
ſtercꝰ galli cū velocitate ꝓuocat vomitū:deṫ ergo cum
vrina homis reſeruata per aliquos dies ⁊ ē certiſſimuꝫ.
Et q mane de tiriaca ⁊ de terra ſigillata.i.bolū ſꝫ Girar-
dum ſumpſerit vōere non ceſſabit donec totū venenuꝫ
euomet.cuius cōfectio eſt hec.℞.terre ſigillate baccaꝝ
lauri.an̄.ʒ.i.teranṫ ⁊ cū butiro vaccino iungantur ⁊ cuꝫ
melle cōficianṫ.de quo an̄ cibū vel poſt cibū:ī quo ſit ſu-
ſpectio cum decoctiōe mente aliquid ſumaṫ.vel ſi aliqd̓
malū accidens ſuperuenerit poſt cibū.naꝫ vtēs eo ſi ve-
nenū ſumpſerit:ilico eū vomere faciet.⁊ ſi venenū non
acceperit vomitū non ꝓuocabit.Mūdificato igitur ſto-
maco ſtatim per tres dies detur tiriaca maior cuꝫ deco-
ctione rute caſtor̄.ſaluie ad pondus.ʒ.ij.bis vel ter ī die.
⁊ recipiat patiens poſt primā exhibitionē:in lecto bn̄ co-
opertus iaceat ⁊ ſudet ⁊ vtatur ſorbili dieta ⁊ teneaṫ faci
lis ad cōſūptionē veneni.¶ Et h̓ eſt regula ꝙ pᵃ die ve-
neni ſōnus ē ꝓhibendus:qꝛ ī ſōno plus peneraret.4ª aūt
die ꝑticularibꝰ ꝯueniētibꝰ extrahatur paꝝ de ſanguine
cū apoforeſi.⁊ alia die fiat balneū ad exteriora.vn̄ ſi pa-
tiens iaceat īuolutus in corio thaurino recenti calido op
time attrahit venenū ad exteriora.⁊ iſta eſt q̄ſi cura ge-
neralis:tn̄ ſpecialior q̄ꝫ prima.

**Preſeruatio** a venenis.Ut igitur ab ītoxica-
tione aliqs preſerueṫ ieiuno ſtōa
co quolꝫ die ſemē feniculi comedat ⁊ nutriatur cum fi-
cubus ſiccis nucibus ⁊ auellanis fiſticis vuis paſſis ſiſa-
mo iuribus galline ⁊ agni annualis edipiſcibus groſſis
⁊ rebus calidis vnctuoſis:⁊ celidoniam ſecum habeat:⁊
aliquando de ipſa comedat:⁊ ſuccum hauriat.tunc eniꝫ
citius venenū de manu caderet q̄ꝫ de ipſo accipere poſ-
ſet:⁊ aſſidue nuces ⁊ due ficꝰ ⁊ fol̓.ij.rute ꝯteranṫ ⁊ ī ma
ne recipianṫ:⁊ in illa die nō ītoxicabiṫ.¶ Itē ſuccus cē-
tauree potatꝰ oīa mala eijcit a corpore.¶ Quicūq̄ꝫ igiṫ
de veneno ꝑimere timet:de h̓ medicamine ad q̄ꝫtitateꝫ
nucis an̄ cibū ſumat.℞.nucū a duobꝰ corticibꝰ excorti-
cataꝝ ꝑtē.i.ſalis grādinoſi folioꝝ rute.an̄.ʒ.i.partes.ij.
ficuū albaꝝ q̄ꝫtū ad ṗdictoꝝ mixtionē ſufficit.hec nāq̄ꝫ
medicīa ē q̄ venena remouet ⁊ oēs aīaliū venenoſorum
morſus nocere ꝓhibet.¶ Itē hꝫ meᵃ eſt optima ꝯ vene
nuꝫ futuꝝ:⁊ iam acceptū.℞.calamēti auellanaꝝ nucis
cōis rute Ariſto.baccaꝝ lauri mēte gētiane granoꝝ iuni
peri boli terre ſigillate.an̄.ꝯfice cū prunis ⁊ da.¶ Itē vt
venenū ſibi nō noceat ſuccū feniculi aut rafani:aut rute
aut abſinthij ieiuno ſtō bibat. Sil̓r bibita pīpinella ab
oībus venenis cor hoīs optime defendit.Sil̓r facit tor-
mentilla.ſ.radix eiꝰ comeſta aut puluerizata bibita:⁊ ac
cipiaṫ q̄ꝫtū vis de ea.curat eniꝫ oēs morſus ⁊ pūcturas
īdifferenter accidentes oībus hominibꝰ ⁊ quadrupedi-
bus.⁊ cōfert venenis ſumptis per os.⁊ eam dant venato
res canibus ſuis qn̄ punguntur a ſerpentibꝰ ⁊ ſtatim cu-
rantur.¶ Notādū ꝙ ſi poſt vomitū ⁊ ventris ſol̓onē ⁊
ex oībꝰ que ſumpſerit patiens non ꝗeuerit:cōſideranda
ſunt accn̄tia q̄ ipſum comitantur vt ſic ꝑ ꝯriū ſemꝑ fiat
cura.¶ Notandū ꝙ quedā reſiſtūt venenis ſtōacum ⁊
mēbra ṗncipalia ꝯfortādo vt mēta muſcus ⁊ huiuſmodi
Quedā veneni acumē actiuū frāgēdo ⁊ ipm̄ igroſſando:
vt lac oleū amigdalaꝝ ⁊ butirū.⁊ hec ꝓprie corroſionē
eiꝰ repm̄ūt.Et q̄dā ex ꝓprietate actionē veneni frāgūt
⁊ extiguūt ⁊ ꝓhibēt ipꝫ ſubmergi in ꝓfundū corpis ſm̄
Serapionē.Et vinū antiquū forte puꝝ dulce:potus la-
ctis cōeſtio cepe ⁊ porroꝝ ⁊ maxime allioꝝ.⁊ h̓ facit vi-
nū confortādo cor:quo cōfortato lōgiꝰ ꝓijcitur. Quedā
ꝟtute ꝯpl̓onali:vt gētiana Ariſto.lōga ⁊ ro.ruta ſaluia

castoreũ diptam⁹ ⁊ silia. Quedã a tota spẽ vt tiriaca dia
tesaron cuius recepta ẽ. ℞. mirrhe baccaꝝ lauri excorti/
cataꝝ gẽtiane romane ana. longe. añ. cõficianť cum tri/
plo sui de melle dispumato. valet eniƺ hominib⁹ toxica/
tis a. ʒ. i. vsq; ad. ʒ. ij. ⁊ canis rabidi morsib⁹ ⁊ alijs veneno
sis aialibus datũ cũ succo mente ⁊ apata venenosa sanat
cum decoctione gẽtiane. ¶ Adhuc notãdũ. q̧ iste. 7. her
be dicunť valere tm̃. s. herba pforata q̃ vocať herba sci
Joãnis vel ipericon vel herba sanguinaria vicetoxicuƺ
enula rasan⁹ diptam⁹ cornu cerui. ꝯbustũ. Aꝝ. lõga ⁊ ro.
¶ Jtẽ notãdũ. ꝭm Rabi amoiseƺ li°. suo de venenis. ⁊ ꝭƺ
Auer. li°. de tiriaca. datur de ea põdus a. ʒ. s. vsq; ad. ʒ. i. s.
tñ ꝭm Rasim datur cũ vino lipbato. ¶ Jtẽ sanguis ana
tis bibitus sanat ab oĩ veneno si dať cum vino. ¶ Jtem
lapis smaragdin⁹ inuentus in capite buffonis viridis. s.
⁊ splẽdidus sicut dicit Auẽ. trit⁹ dat⁹ cũ aqua vel cuƺ vi/
no ad põdus granoꝝ. 9. educit venenũ cũ võitu. ¶ Jteƺ
ciminũ puluerizatũ ad põd⁹. ʒ. iij. cũ aq̃ vel vino ⁊ anisuƺ
silr. ⁊ cimini triti. ʒ. i. s. ⁊ spicenardi cũ vino. ʒ. i. ⁊ allia ex/
corticata a. ʒ. i. s. vsq; ad. ʒ. iij. in oĩbus venenis fridis va/
lẽt. ⁊ radix a. ʒ. ij. vsq; ad. ℥. i. mel ro. mẽta ⁊ coagulũ lepo
ris a. ʒ. s. vsq; ad. ʒ. i. s. cũ modico aceti. ⁊ gra. citri ⁊ citrã/
guli a. ʒ. i. s. vsq; ad. ʒ. ij. vel. iij. cũ aq̃ calˀa vel vino. ¶ Jtẽ
mel crudum cum oleo ro. ⁊ decoctio cãcroꝝ fluuialium
⁊ semẽ rute vtriusq; cũ vino. Jsta sunt simplicia optima
⁊ expertissima: de quibus eligat medic⁹. ¶ Jtẽ succ⁹ bu
glose clarificat⁹ pellit omne venenuƺ a corde. ⁊ vtantur
diacameron ⁊ similibus.

**Cura** in morsu. Gnãlis cura in morsu ⁊ pũctura aia/
liũ venenosoꝝ ⁊ reptiliũ taliũ ẽ strigere qđ est
supra morsum vel pũcturã. vel cum ventosis ipm locuƺ
statim suggere. vel cũ aliq̃ vili persona attrahere. ⁊ loca
propiqua scarificare. ⁊ emplˀa calˀa venenũ fortiter attra
hentia supponere. ⁊ ea que venena destruũt per os sume
re. Breuiter ergo detur tiriaca. vel sic. ℞. rute sicce pt. ij.
medulle nucũ tãtũdem salis pt. ij. ficuũ siccaꝝ pt. i. icor/
poreť fricando cũ manibus. qui eniƺ ista tiriaca vtitur
frequenter non aget venenũ in eo per tp̃s magnũ. ¶ Jn
morsu igitur serpentis succũ alliorum da bibere abun/
dãter ⁊ exibit virus per vulnus. aut alia in prunis deco
cta da abũdanter comedere. ¶ Jtẽ ad oẽƺ morsum pul
uerẽ radicũ tormẽtille cũ vino da bibere ⁊ sanabitur. ⁊
post tassum barbassum in aqua coctũ sup morsum pone
⁊ extrahit oẽ venenuƺ. Et emplˀƺ de allijs ficubus sale ⁊
nucib⁹ ẽ salubre. ¶ Ad morsum apis vel vespe pone su/
per locũ ferꝝ frigiduƺ. ⁊ folia malue ⁊ ruta puluerizata
sup locũ ẽ optima. ⁊ ponať mẽbrũ in aqua calida. ¶ Ad
morsum scorpionis de quo loquitur Gal. 6°. iterioꝝ. cap°.
4°. Scorpio coctus in oleo positus curat. ⁊ cuƺ oleo isto
vngať locus. ⁊ dentur allia cũ vino vel cũ decoctiõe ani/
si. ⁊ terbentina inuncta optima est. ¶ Jteƺ olibanũ opti
muƺ est. aut repleat se ficubus nucib⁹ ⁊ ruta ⁊ iebrieť bo
no vino. ¶ Jtẽ assafetida cũ vino optima est. Et deť ista
tiriaca. ℞. ari. ro. ʒ. iiij. pipis. ʒ. ij. seis apij. ʒ. i. s. piretri. ʒ.
iiij. ⁊ fiant pillule cum melle ad q̃ttitatem fabe vel lupi/
ni. ⁊ dentur. ʒ. ij. cũ. ℥. i. vini fortis. ¶ Sƺ morsus a cane
rabido ẽ piculosus. cui⁹ signa sunt. frustũ panis itinge in
sãguie q exit ex morsu: ⁊ cani alteri da quẽ si cõederit: ca
nem pculdubio non esse rabidũ scias. Si aũt non come
dat canis pculdubio fuit rabiosus ꝭm Cõstã. ⁊ canis va/
dit iordinate: ⁊ caudaƺ portat inter tibias: ⁊ facit alia si/
milia. ¶ Ad curã: rutã sal mẽtam ⁊ alliuƺ misce ⁊ desup
pone per. 5. dies. ¶ Jtẽ betonicam cõtusam suppone ⁊ li
berat. ¶ Sed morsus canis non rabidi ⁊ hominis ⁊ lu/
pi ⁊ cuiuscũq; alterius talis aialis curat certa cocta cum

sepo pice ⁊ galbano. Et ꝯfert ẽt in vulnerib⁹ qbus acci/
dit cõtusio ⁊ icisio. ⁊ vnguentũ nigrũ positum in. cap°. de
cura idropisis. ¶ Jtem muscas cum fermẽto suppone
hic ⁊ in morsu aranee ⁊ cerebrum galli ẽt. ¶ Jtẽ alliuƺ ⁊
sanguis galli calˀs cum vino bibitus p̃seruat ab oĩ repti/
li. ¶ Jtẽ sup locũ morsum caudam galline deplumatã
appone ⁊ teneať ibi. ⁊ si ipsa moriať apponať alia. ¶ Jtẽ
agrimonia potata cũ vino mire valƺ ꝯ antraceƺ: morsus
serpentis ⁊ canis rabidi ⁊ eris. ¶ Jtẽ cõestio cepaꝝ cru/
daꝝ eijcit foras venena. ꝭƺ Sera. ¶ Jtẽ ꝯ morsus vene/
nosos sputũ vel saliua hoĩs ieiuni suppositũ optĩe valƺ
Et cũ sagitta itĩcta ĩ saliua tali fit toxiccatio. ¶ Jtẽ ster/
cus capre cũ melle distẽperatũ ⁊ superpositũ sanat oẽm
venẽosaƺ pũcturã. ¶ Sƺ si sanguis sit coagulat⁹ vel cõ/
gelatus iterius detur coagulum leporis ⁊ vinum calˀm ⁊
acetũ acutũ lac ficus ⁊ aq̃ cineris lignoꝝ ficus aut sisele
os aut carpobalsamũ aut agaŕ. ⁊ caueat a salsis. ⁊ detur
ciminum ⁊ cãdij. ¶ Sed ꝯ coagulationẽ lactis deť ace/
tum solum aut mixtũ cũ aq̃. Et detur in potu calamenti
sicci ad põdus. ʒ. v. qm̃ est mirabile resoluens ipm stati.
Et aqua cineris ligni ficus valƺ in oĩ coagulatiõe sangui/
nis ⁊ lactis. Et oƺ aliqñ cinerẽ illuƺ dare ĩ ea. ¶ Et ĩ coa/
gulatiõe sãguĩs in vesica dentur diuretica ⁊ clisteria de
eis. ⁊ aqua cineris vitis optima est. Nisi. n. ista curent oƺ
talem sanguinem ex vesica ex̃here cuƺ incisione sic̃ lapis
ex̃hitur. Et in oĩbus istis spõgia ĩfusa in aceto decoctõis
calamenti ligni aloes peonie blãce bizantie ⁊ supposita
loco dissoluit sanguinẽ ⁊ lac. Uñ comedẽtes lac debent
illud accipere cũ melle vel sale vel menta nisi stõacus sit
colericus valde. vel in lacte extinguanť lapides fluuia/
les vel ferꝝ candẽs. vel in ipso ponatur zuccaꝝ albuƺ. ⁊
sic tollitur malitia ipsius lactis. Et in hoc sit terminata
materia de venenis: ⁊ per cõsequẽs liber secũdus p̃ntis
operis duce christo. Amen.

¶ Liber tertius Rose medicine continẽs tractat⁹ q̃nq;
vtilissimus ⁊ maxime cirurgicis.



**Uia principale** vel vlˀe dicit duplex. vlˀ vlˀe
vlˀitate dñij. vel vlˀitate officij. p̃mo mõ ẽ
cor vlˀe vel principale p̃ncipalitate dñij.
Sed dñiuƺ est duplex. vlˀe ⁊ particulare.
vlˀitate dñij vlˀis ẽ cor p̃ncipale vel vlˀe: qr
omnibus influit ⁊ a nullo recipit virtutẽ
aliq; ꝭm Auic. c. de mẽbris. Sed vlˀitate vel p̃ncipalita/
te dñij pticularis sicut epar cerebrum testiculi sunt p̃nci
palia vel vlˀia: qr respectu pticulariũ opationũ dñantur
que opatiões sunt vniuersales respectu aliaꝝ opationũ
in corpe: sic̃ cerebrũ respectu v̓tutis aĩalis dñať. ⁊ epar
respectu virtutis nãlis. ⁊ testiculi respectu v̓tutis gñatio/
nis: que ẽ vlˀis respectu spẽi. ⁊ de omnibus istis dictũ est.
¶ Sƺ adhuc restat dĩe de vlˀi vlˀitate officij. ⁊ sic stõac⁹
⁊ epar sũt vlˀia ⁊ pulmo. qr stõac⁹ seruit epati. epar cordi
⁊ toti corpi. ⁊ pulmo cordi. vñ Aui. c. de mẽbris. quedam
seruiũt v̓tute p̃patoria vt pulmo cordi p̃pando aerẽ con
uenietẽ. q̃dã officio vel seruitio delatorio: sic̃ vene epati.
artarie cordi ⁊ nerui cerebro deferẽdo calorẽ ⁊ spũƺ mẽ
bris diuersis: sic̃ nerui spũƺ aialẽ ad faciẽdũ sẽsũ ⁊ motũ.
Uñ nerui non sunt ꝯcaui ꝯcauitate notabili: sed occulta
Uene deferunt sanguinem ⁊ calorem nãlem ⁊ spũm: vt
mẽbra nutriantur. Artarie deferunt calorem ⁊ spũm vi/
talem portãdo vitam singulis membris a corde. in cui⁹
v̓tute omnia opantur sicut dicit Auer. in cãticis. q̧ si ca/
merarius habeat dominiũ respectu sibi seruientiũ: h̃ hƺ
a rege. ita mẽbra que sunt q̃si camerarij respectu cordis
vt dicit. ⁊ isto seruitio p̃paratorio ⁊ dñio officij ⁊ seruitio

declaratorio ⁊ preparatorio seruiũt oculi aures ⁊ nares ⁊ os ipsi cerebro ⁊ cordi ⁊ stõaco ⁊ epati. Et morbi in istis dñr vl̃es vl̃itate dñij. officiales officio. s. ꝑpatorio vel delatorio. ⁊ ista tangẽtur in isto 3°. li°. Et sũt alij vl̃es ⁊ cões morbi ꝓut morbus distinguitur ꝯtra cõsimilẽ ⁊ officialem. ⁊ sic solo cõtinuitatis ⁊ vulnera ⁊ vlcera ⁊ fistule ⁊ cãcri vlcerati ⁊ illa q̃ indigẽt aptura cũ ferro sunt morbi vl̃es. ⁊ de istis ẽ hernia: qꝛ est ibi ruptura siphac.

**Primus** igitur tractat⁹ tertij li. erit de oculis vbi ꝑmo tangam de aꝑatib⁹ oculoruz vel de obtalmia ⁊ dolore eorum.

2°. De rubore oculorum.
3° De macula ⁊ pãno ⁊ tela vel ꝑla oculoꝝ.
4° De lachrymis ⁊ lippitudine.
5° De cataractis.
6° De debilitate visus ⁊ noctilupa. ⁊ de his q̃ vident de longe ⁊ non de prope.
7° De passionibus palpebraꝝ. De verucis ⁊ aꝑatib⁹ duris i eis: ⁊ ita de ordeolo ⁊ nodo ⁊ lupia ⁊ petrificatione. Et de prurițu oculoꝝ ⁊ palpebraꝝ. De carnositate in palpebris vel in cõiũctiua oculi. De pediculis in eis. De tumore eoꝝ. De pilis inuersatis vel cadentibus. De difficultate claudendi ⁊ aperiendi. De vlcere ⁊ sanie ⁊ fistula in eis ⁊ in oculis.

**Secundus** tractat⁹ tertij libri erit de auribus.
ꝑ°. De surditate auriũ ⁊ õbi^te audit⁹.
2° De tinitu aurium.
3° De dolore aurium.
4° De vermibus in aure intra.
5° De aꝑatibus in aure intra siue in radice extra.
6° De vulneribus ⁊ sanie aurium.
7° De sanguine exeunte ab auribus.

**Tertius** tractat⁹ tertij li. erit de passiõib⁹ nasi ⁊ nariũ. Et primo de fetore narium ⁊ ex consequenti de fetore oris.
2° De defectu odorat⁹ ⁊ de oppilatiõe nariũ.
3° De fluxu sanguinis narium.
4° De sternutatione.
5° De coriza ⁊ reumate.
6° De polipo ⁊ aꝑatibus narium.
7° De vlceribus ⁊ vulneribus nasi ⁊ narium.

**Quartus** tractacus tertij libri erit de passionib⁹ oris lingue ⁊ labiorum.
ꝑ°. De fissura labioꝝ ⁊ excoriatiõe oris ⁊ vlceratione gingiuarum ⁊ lingue.
2°. De dolore dentium.
3°. De cõmotione dentium.
4°. De corruptione colorum.
5° De corrosiõe ⁊ ꝑforatõe ⁊ vermib⁹ eoꝝ.
6°. De stupore ⁊ congellatione eorum.
7°. De eradicatione dentium cum ferro ⁊ sine ferro ⁊ de eorum regeneratione.
8°. De grauedine ⁊ paralesi lingue.
9°. De spasmo.
10°. De saliua nimia: ⁊ nimia humiditate lingue ⁊ de impedimento loquendi.
11°. De cãcro in ore ⁊ in gĩgiuis ⁊ labijs ⁊ facie. ⁊ ita ꝑ ꝯñs de noli me tãgere q̃ se tenet in facie.
12° De mollificatione ⁊ tumore gingiuarum ⁊ caruz sanguinositate ⁊ similibus.

**Quintus** tractatus tertij libri erit de ꝯpl̃onibus distinguẽdo cõe ꝯ ꝯsimile ⁊ officiale.
ꝑ°. De vulneribus recentibus.
2°. De fractura ossium.
3° De vulneribus ⁊ vlceribus antiquis.
4° De cancro.
5° De fistula.
6°. De antrace.
7° De ranula in vulnere.
8° De malo mortuo.
9° De dislocatione.
10°. De cõtusione neruoꝝ ⁊ alioꝝ mẽbroꝝ.
11°. De hernia.
12°. De opere cum ferro in oculis ⁊ lapide ⁊ idropisi ⁊ apostematibus.
13°. De decoratione ⁊ tinea de fauo ⁊ combustiõe.

¶ De obtalmia ⁊ de dolore oculoꝝ.

PRimo dicenduz est de obtalmia ⁊ dolore oculoꝝ. Est igit̃ obtalmia aꝑa cal̃m in cõiunctiua oculi ẜm Sera. i practica sua. li° 2°. ca° de obtalmia. ꝙ obtalmia ẽ aꝑa cal̃z qd̃ fit ĩ pãniculo q̃ noĩatur ꝯiunctiua. ⁊ est cõiunctiua tũica extrinseca in oculo. ¶ Pro quo sciendũ ꝙ ad ꝯpõnẽ oculi cõcurrunt septẽ tunice ⁊ tres hũores. Tunica interior versus cerebrũ vocat̃ scliros. i. dura vel durities: qꝛ fit a dura mr̃e. ⁊ alia cornea a ꝑte añriori exteri⁹. tunica cornea in q̃ est trãslucentia sicut in cornu lucido trãsluceñti vel trãsparenti. 2ª tunica a parte ĩteriori ẽ secundina que oritur a pia matre que ẽ pellicula imediate adherens cerebro. ⁊ sibi corrñdet a parte anteriori vuea tunica que hꝫ foramẽ ad modũ vue: de q̃ extrahitur cauda vel radix cũ qua pẽdet. Est enim rotũda: sꝫ hꝫ foramẽ in vna extremitate: ⁊ illud vocat̃ pupilla. vñ Haly 2°. tegni. c. de signis oculoꝝ. cõmen. 64. pupilla ẽ foramẽ qd̃ videt̃ in oculo. ⁊ est foramẽ tunice vuee. Tunica 3°. a parte interiori vocat̃ retina: qꝛ est ad modũ rete. ⁊ oritur de rete mirabili ipsius cerebri: que est pellicula intercepta ĩter partes cerebri distiguẽs eius cellulas. ⁊ ꝯponitur de venis subtilibus ⁊ artarijs ĩtricatis adinuicem portantibus calorem ⁊ spiritũ ⁊ sanguinẽ a corde ⁊ epate ad ipsum cerebrũ: ⁊ sibi corrñdet a parte anteriori ipsius oculi tunica aranea: que est sicut tela aranee. ⁊ iste tunice semicirculares ꝯiungunt̃ ⁊ faciunt oculum: ⁊ ĩcludũt in se tres hũores vel tres humiditates. humorẽ christallinũ vel glandineũ. cuius nutrimentum est hũor vitreus a parte interiore assil̃atus vitro liquefacto. ⁊ a parte anteriori est hũor albugineus positus in foramine vuee que est sup̃fluitas nutrimẽti hu. albuginei ⁊ assil̃atur albumini oui. Et ista hũiditas grãdinea est qua fit visus ⁊ in ea formant̃ imagines coloris eoruz q̃ vident̃. Et oĩa que sunt in oculo ⁊ ex tunicis ⁊ hũorib⁹ aut sunt iuuãtia in ea aut ei seruiẽtia. ⁊ qñ ipsa indurant̃ faciũt oculũ sicciorẽ. ⁊ qñ mollificant̃ faciũt oculũ molliorẽ ⁊ hũidiorem. ⁊ hũiditas albuginea de foris rorat christallinã. Cũ igitur sup̃fluit grãdinea sic ꝙ sup̃ eaz non rorat sup̃fluitas albuginea: tunc illa fit durior ex eo ꝙ nõ rorat albuginea: ⁊ tũc oculus fit sicciór. ⁊ si minuit̃ grãdinea ab ea alterat eã albuginea q̃re facit eam molliorez q̃propter fit oculus humidior. H ponit. Haly. 2ª parti ª tegni de signis oculoꝝ cõmento vltimo. Hẽm⁹ tres tunicas a ꝑte interiori oculi ⁊ tres a ꝑte exteriori ⁊ est vna alia totum oculũ cooꝑiens ⁊ oĩa ista ꝯiũgens. ⁊ vocat̃ cõiunctiua q̃ vocat̃ albũ oculi. vt dicit Gal. ꝑ ꝑno. ꝯmen. 13° ibi. (Etenĩz si lumẽ effugerint ⁊c̃.) ⁊ orit̃ a pellicula posita sup̃ craneũ intra craneuz ⁊ carnẽ capitis: ⁊ palpebre sunt de suba cutis exterioris capitis. Et sunt v̾sus de H.

Est intus sclirosis oculorum tunica prima.
Estq̃ȝ secũdina post hanc atq̃ȝ inde retina.
Tũc hũor est vitreus: post christallinũ venit albũ.

Anterius tunica ponitur aranea:post hanc
Est vuea:sed post appet cornea pellis.
Septima tūc sequit̄ q̄ cōiunctiua vocat̄.
Et sic appet anotomia oculi. ¶ Dr̄ ergo obtalmia q̄si op
tans medelam ꝑꝑ nocumentū suuz:q2 oculus est facilis
lesionis ⁊ maxie sensibilitatis. vt dicit Serap. vbi prius.

**Cause.** Cā eius est multiplex sicut dixi supius. in 2°
de alys apatibus. fit. n. de oibꝰ hu. tn̄ vtplimū
de sanguine ⁊ colera. de hu. fridis nō nisi putrefiant vel
nimis calefiāt:alr̄. n. nō penetrāt in pelliculis oculoꝝ sic̄
inuit̄ in 6ª parti ª affo. in cōmento illius. Acide eructua/
tiones nō valde pleuretice sunt. ¶ Fit igr̄ a cā exteriori
vt a calitate nimia vel friditate ⁊ a balneo nimis calido
aut a puluere aut a vento turbine ⁊ fumo grosso. vel ab
aspectu oculoꝝ ifirmoꝝ ꝯsili morbo:q2 est morbus ꝯta/
giosus maxime qn̄ emittit lippā. Et fit a cā interiori sic̄ a
sanguine ⁊ colā vtplurimū. vel a flāte ⁊ mlīa:⁊ h̄ rarius.
vel a vētositate ꝑꝑ vapores ascēdētes ad oclos a stōaco
vel descendentes a capite ꝑ venas exteriores in fronte
⁊ tꝑibꝰ. vel ꝑ venas itrinsecas. ⁊ h̄ est peius.

**Signa.** Si fuerit ex sanguine tūc ē ibi dolor tumor
⁊ pulsaꝰ ⁊ lippa claudens oculos ⁊ palpebras
in sōno ⁊ reliqua signa sanguinis. Et si ex colā adest do/
lor veniens pūgitiuus ⁊ citrinitas ⁊ paucitas lippe ⁊ alia
signa cole. ¶ Et si fuerit ex flāte tūc tumor adest ⁊ lippa
multa ⁊ albedo vincit ruborē cū grauitate ⁊ dolore re/
misso:⁊ ita de alys. Si igitur fuerit de melīa tunc adest
paucitas doloris ⁊ colorationis ⁊ lippe ⁊ silīa. Et si fuerit
de ventositate tūc est cū extēsione ⁊ modica grauitate.
Et si est a stōaco est cū nausea. Et si est a capite a ꝑte exte
riori est cū grauitate ꝑtis exterioris. Et si ē ab intꝰ est cū
sternutatione ⁊ cū pōderositate interiori.

**Pronostica** obtalmia in hyeme ⁊ cū ꝑticulari
bus cōcurrētibꝰ in fridtate tardiꝰ
venit ⁊ tardiꝰ recedit. ⁊ est magis ꝑiculosa ꝑꝑ clausionē
poroꝝ. Illa aūt que est in estate ⁊ in regione meridiona
li citius venit ⁊ citius recedit. vn̄ Hippo. 3ª ꝑtiª affo. affo.
12°. dicit ꝙ qn̄ hyems austrina est ⁊ pluuiosa ⁊ ver siccuz
⁊ boreale:tūc obtalmie fiūt sicce:q2 nihil exit ab oculis ⁊
hoc i colericꝭ fit. Silr̄ qn̄ estas ē borealis ⁊ hyems aquo
sa ⁊ silr̄ autūnꝰ:tunc calīs ⁊ siccis nā fiunt obtalmie ⁊ fe.
acute ⁊c̄. Itē q̄zdiu lippa est aquosa subtilis egritudo est
in ꝑn°:⁊ cū icipit igrossari ⁊ dealbari tūc est in augmēto:
⁊ cū lippa est multa claudēs palpebras tūc est starꝰ. ⁊ cū
icipit minui tūc ē decliatio. ¶ Itē lippa q̄ hz frusta ꝑua
est mala ꝯm Auic. ¶ Itez obtalmia male curata malas
religas dimittit sic̄ est macula pānus tela ⁊ ita de alys.
¶ Itē obtalmia antiqua i q̄ nō ꝑficiūt meⁿª est pessima
inter oēs:q2 significat̄ hūor corporeus iuiscatꝰ corrūpēs
nutrimentū. aut ꝙ vene capitis intrinsece administrant
māz. ¶ Itē dolor acutꝰ ē timēdus i obtalmia q2 frequē/
ter iducit rupturā cornee aut corrosiones. ⁊ iō obtalmia
nō est negligēda:q2 iducit cecitatem.

**Cura.** Cura obtalmie est ꝯm duas itentiōes. vlēm ⁊
ꝑticularē. Cura ꝯz ꝑmā itentionē sunt sex res.
ꝑª est cōmēsuratio regimis. 2ª ē subtractio māe suꝑan/
tis vel exuberantis. 3ª est ꝓhibitio catarri ⁊ descensus
eius ad oculū. 4ª est declinatio eius ⁊ diuersio ad aliā
ꝑtem. 5ª est alteratio ⁊ digō eius qd̄ transmissuz ē. 6ª
est correctio accidentiū. ¶ Particularis itētio diuidit̄ i
curatione vel eūatione ⁊ sedatione accn̄tiū. vel ꝑticula/
ris itentio ē sedare dolorē ⁊ pūcturā ⁊ mitigare accn̄tia.
¶ Primā rē ꝯplent mēsurationes sex reꝝ nō nālīū. ⁊ pro
prie diminutio cibi ⁊ potus. ⁊ vitatio vaporosoꝝ. ⁊ cōe/
stio ciboꝝ pauci nutrimēti sz laudabilis. ⁊ alleuatio ꝑrā/
dy. ⁊ dimissio vel diminuꝰ cene. ¶ Et si mā est calā sint
cibi fridi actualr̄ ⁊ potētialr̄. ⁊ ꝯdiant̄ cū succo granatoꝝ
vel cū agresta remisse acetositatis. ⁊ da eis tunc lac fcm̄
d̄ amigd̄. ⁊ cucurb. ⁊ melōibꝰ ⁊ citrullis ⁊ se. papa. al. ⁊ da
post cibum coriandrū vl' ꝯditū cū eo. ⁊ ante cibū da bro/
diū in quo coquit̄ coriandrū vel psiliū. ⁊ dimittat pati/
ens vinū ⁊ carnes in ꝑn°. Et si cā est frigida sint cibi vitel
li ouoꝝ ⁊ mica panis de brodecta aqua pisoꝝ vel cicerū
⁊ ordeatū. cū amigd̄. vel auenatū cū eis. ⁊ gruellū fcm̄ cū
lacte amigd̄. qd̄ lac exhat̄ cū ceruisia. ⁊ sumat in matuti/
nis mel cū aq̄ calā vel idromel. ⁊ supra cibū sumat aliqd
ex piris aut citonys assatis ad impediendū ascēsum fu/
moꝝ ⁊ vapoꝝ ad caput. ⁊ vt venter teneatur laxus cum
facilitate. vnde Gal. 6ª partiª affo. affo. 17°. In oculis pati
entem a diaria capi bonū. ⁊ in cōmento ibidē. In oclōꝝ
doloribus clisteri vel farmacia medicādum. vt videbit̄.
Et sit domꝰ i qua hitat tēperati aeris ⁊ tenebrosa. ¶ Sō
nus aūt est ei medicamē bonū sed vitent superreplōnē.
⁊ vitetur fatigatio oculoꝝ vidēdo lr̄as minutas ⁊ scribē
do. ⁊ vitetur ira:sollicitudo:tristicia ⁊ motꝰ imoderatus
supra repletionē vel cibum.
¶ 2am rē ꝯplēt flōmia ⁊ eūo cū medicis solutiuis. flōmia
aūt ex cefalica cōueniens est oibus spēbus eius ⁊ ꝓprie
sanguinee ex latere opposito prius. deide ex latere eodē
si flōmatiōis iteratio necessaria fuerit. ⁊ interduz nō suf/
ficit h̄ flōmia:⁊ ꝓprie qn̄ mā fluit ad oculos aut per arta
rias extrinsecas temporales ⁊ auriculares aut per venas
frōtales: tūc. n. necessaria ē flōmia artarie tꝑalis: vt ab/
scindat̄ cursus eius per ipsam. Et modus icidēdi hꝰ arta
riam est si sit magna:qd̄ scit̄ q2 est plenior ⁊ calior alys ⁊
maioris pulsationis. Scindit̄ igit̄ tūc ꝯz lōgū:⁊ tūc cau/
terizantia iponātur. si sit artaria ꝑua icide eā ꝯm totuz:⁊
tūc cū calce nō lota ⁊ arsenico ⁊ sale armoniaco cauteri/
zetur. vel si nō cōferat fiat cauteriū sub cōmissura capitꝭ
añriori. ¶ Deinde si mā ē colerica purgetur nō expectā
do digōnē. ⁊ hoc si dolor sit vehemēs cū aqua fructuū ⁊
oxilaxatiuo ⁊ elīo d̄ suc. ro. aut cū mirabo. citri. ⁊ cassiafi.
¶ Si ergo nō est tātus dolor digeratur mā cū sirº ro. ⁊
violato ⁊ nenufar̄. oxizacara tn̄ nō detur nec diuretica:⁊
maxie si cā sit reumatica. deinde purgetur cū diaprunis
⁊ reubar°. ⁊ trifera saracenica reubarbarata ⁊ cū çuc. vio/
lato ⁊ tamaridis ⁊ ꝯsilibꝰ. Uel detur decoctio capill' ve.
posita in antido°. Mes̄. ⁊ sirꝰ de fumo terre. ¶ Si autez
fuerit mā flātica digeratur cū idromelle vbi bulliat iso/
pus. ⁊ pꝰ purget̄ cū ierapigra vel cū decoctiōe polipody ⁊
turbit vel cū pillīs cochys. Sz si fuerit mā mlīca ꝑdicte
digōni addat̄ sirꝰ de borraginibꝰ. ⁊ purgetur cū diasene
⁊ diaborraginato ⁊ cū modico ierarufini vel cū decoctōe
mirabol'. idoꝝ ⁊ epithimi. ¶ Si aūt fuerit ꝯstipatꝰ fiāt
suppositoria ⁊ clisteria ⁊ fricatiōes extremitatū. ⁊ nō sit
medicꝰ ꝯtētꝰ vna eūatiōe vel duabꝰ. sz fiat frequēs itera
tio cū facilitate q̄liscūq3 fuerit mā.
¶ 3am rē ꝯplent cauteria q̄ dixi ⁊ ēplatiōes sup frontē iter
duo supcilia. ⁊ maxie qn̄ mā venit per vias extrinsecas
sicut de aloe ⁊ antera ⁊ ros̄. fa. orobi balaustia ⁊ succo so
latri. vel fiat strictoriū sicut dictū fuit supra de albumie
oui olibano psidys bolo ros̄ plātagis ⁊ silibꝰ. ¶ Et si fri
da māz ingrossauerint fiāt euaporatoria de aq̄ mellilotí
⁊ camomille. et fiāt alia q̄ dicta fuerūt. c. d̄ reumate ⁊ co/
riza in 2°. libro cōtra descēsum reumatis.
¶ 4am rē ꝯplēt. s. diuersiōes māe ⁊ aliā ꝑtē. s. gargarisma
ta caputpurgia cū facilitate diminuēdi de mā ⁊ fricatio
nes extremtatū ⁊ cōpressiōes ⁊ ligature dolorose in ex
tremitatibꝰ. ⁊ clisteria et vētosatiōes in nuca et inter spa
tulas. et ꝓuocatio emoroidaꝝ ⁊ fluxus eaꝝ. et scarifica/

tio facta in cartilaginibus auriū ē optima:qꝛ oēs fluxus
humoꝝ ꝑ oculos stringit:vt videbit̄ inferius.
¶ 5am rē.s.digōnē ꝛ alteratiōnē ei⁹ qđ trāsmissum est ad
locū ꝯplēt admistratiões medicinaꝝ ₰m itentiones di-
uersas.s.cum localib⁹. In ꝑn°.n.in mā cal'a denī repcussi
ua acuitatē ꝛ iflāmationē san. ꝛ col'e reprimentia:qualia
sunt portulaca trita ꝛ supposita ꝛ ēdiuia ꝛ solatrū ꝛ aqua
ro.plantago ꝛ vio a ꝛ mucilago psilij facta ī aqua ro.h oia
singl'r vel cōiunctim cū oleo ro.ꝯquassata ꝛ oculis iposi
ta sedāt dolorē ꝛ digerunt mām cal'am. Sil'r distillet̄ in
oculis lac mulieris puellā nutriētis.lac asine ꝛ albumē
oui distillatū.qꝛ hoc est medicamē spāle ꝛ expertū in oī
ardore ꝛ rubore oculorum. ꝛ aqua ro. ꝛ mucilago psilij.
¶ Hic tn̄ sciendū ꝙ nullū actu frigidū ponat̄ in oculo
nisi dolor necessitaret:qꝛ mām ingrossaret nimis. ꝛ ideo
non lauent̄ oculi cū aq̄ frida in isto casu:qꝛ poros clau-
dit.ſ; potētial'r frida tepefacta ponit̄ h. sil'r narcotica nō
apponant̄ nisi in dolore vehementi de col'a acuta subti-
li. ¶ Deinde in tpe augmēti cū digō icipit apparere: qđ
scitur per diminutionē lachrymaꝝ ꝛ igrossationē eaꝝ ꝛ
per lippā aliqualē.tūc.n.ponant̄ medicine aliqd matu-
rationis ꝛ resol'onis hn̄tes simul cū istis ꝑcedentibus:
sicē mucilago.se.citonioꝝ decoctio meliloti ꝛ decoctio
fenugreci. ¶ Et si vis sōnū ꝑuocare fiāt mucilagines ð
istis oīb⁹ in aq̄ decoctiōis papaueris. ¶ Si aūt matura
tio ꝯpleat̄:qđ scitur per carētiā lachymaꝝ acutaꝝ subti
liū:ꝛ per effusionē lipitudinis:tūc balneatio optima est.
subtiliat.n. ꝛ resoluit māz. ꝛ h corpe mundificato:ꝛ fiat
frequēter. ¶ Si aūt mā fuerit frida ꝛ fl'atica tūc fiat re
percussio cū spica nardi mixta cū succo mente ꝛ rof.vel
cuz succo virge pastor̄. ꝛ spica vel cū succo rafani ꝛ spica:
vel rose decoquant̄ in sacculo cū spica vel cū meliloto ꝛ
camomilla. ꝛ tūc saculo expresso ponat̄ frequēter super
oculos:ꝛ nō iaceat diu:nec aliqđ empl'z sup ocl'os. ¶ De
ide i ꝑcessu cū mā appet aliq̄l'r digā fiat empl'z de ane-
to ꝛ folijs malue coctis in vino stiptico.deinde mucila-
go fenugreci facta in aq̄ mellilotí inyciat̄ in ocl'is.ē eniz
ista mucilago experta a me frequēter in rubore oculoꝝ
mā existēte digesta vel ꝯglobata in loco.deinde fiat bal
neum. ꝛ post potet̄ vinū puꝝ ꝛ albū ꝛ aliqd de tali vino
in oculis inyciat̄.ē.n.optimū ad dissoluēdū māz grossaz
in oculo.vn̄ Hip.6a ꝑticula affo.affo.31°.Dolores oculoꝝ
meri potatio aut lauacꝝ aut piria aut calefactio aut eua
poratoriū qđ idē est vel balneū siccū aut flōmia aut far-
macia soluit. Sz meri potatio fiat qn̄ mā est grossa ꝯglo
bata vel corpe nō exn̄te plectorico. ¶ Pro itellectu isti
us auctoritatis Hip.dic̄ Mesue.c.de cura obtalmie.ꝙ
posteriores itellexerūt ꝙ vini potatio ꝯfert fl'icis dolori-
bus.sed balneatio ꝯfert col'icis dolorib⁹ ꝛ m'l'icis.flōmia
sanguineis.vel si hūores eq̄l'r cū sanguie crescāt eūatio
per ventrē fl'aticis col'icis ꝛ m'l'icis. Sz Mesue dicit ꝙ
vini potatio ꝯfert fl'icis:dum tn̄ maturatio ꝛ eūatio ꝑces
serint:ꝛ frequēter iterata fuerit. ꝛ balneatio oīb⁹ dolori-
bus oculoꝝ ꝯfert post debitas eūatiōes:qꝛ resoluit ꝛ ha-
bilitat residuū materiei adherentis. ¶ Si aūt a vetosi-
tate fuerit fiant embrocationes ꝛ balnea euaporantia ꝛ
empl'a. Accipiat̄ ergo feniculus ꝛ ex eo ꝛ vitello oui fiat
empl'z.ē optimū. Et feniculus in mā ventosa ₰m oēs mo
duz admistrationis valz.in alijs casibus non:nisi raro.
ꝛ iō multi sunt decepti in vsu eius.
¶ 6am rem.s.mitigare accn̄tia ꝯplent medicie dolorē se-
dātes ꝛ puncturā reprimentes:sicut albumē oui ꝯquas-
satū cū aq̄ papaueris vel lactuce vel solatri aut mucila-
go psilij cū aq̄ papaueris ꝛ mucilago se.citonioꝝ ꝛ fenu-
greci ꝛ se.lini cū aliquo ꝑdictoꝝ. ꝛ aliqn̄ oz addere aliqd
de opio:ſ; cū cautela. Et si ꝯtigat nocumētū a narcotico:
tūc postea fiāt embrocatōes cū melliloto ꝛ camomilla ꝛ
fenugreco.q̄re ista remouēt malitiā narcotici. ¶ Mō ō
dicā curā ꝑticularē cōiter vsitatā. Si sit apa in oculo de
col'a vel de sanguine tūc fiat vētosatio in occipitio.dein̄
rof.in aq̄ bullitas exp̄ssas super oculos pone.vel in eis
liquorē inyce.aut sandalos cū rof. ꝛ aq̄ ro.vel albumīe
oui.ē.n.efficax valde.vel albumē oui cuz aq̄ ro.fortiter
agita ꝛ stuppis ad moduz oblate itinctis vna post aliā ne
calefiat ocl'us sepe ipone.vel vitellū oui cū croco ꝛ oleo
ro.suppōe in dolore vehemēti. ¶ Et si sit ibi tumor tūc
stuppas intinctas in decoctōe ro. ꝛ ꝑitarie superpone:qꝛ
tumorē ꝛ dolorē remouēt. ¶ Et in vtraqꝫ cā vsus noctē
dz fieri strictoriū ad intercipiēdū fluxū hūoꝝ.deinde fi-
at colliriū optimū in vtraqꝫ cā ꝯtra arsuras ꝛ pūcturas ꝛ
ruborē ꝛ iuersiones palpebraꝝ. ℞.thur̄.masticl.dragāti
al.gūmi arabici tutie lote ꝛ exticte nouies amidi rof.an̄.
puluerizent̄ subtilissime ꝛ distēpent̄ in aq̄ rof.cū lacte
mulieris ꝛ succo lactuce vel portul'. ꝛ cū iuerit dormituz
inyciat̄ vna gutta cū pluma galline in singl'is angl'is ocu
lorū. ¶ Sz si dolor ocl'oꝝ fiat ꝑꝑ emigraneā:farinaz or.
bn̄ cribratā. ꝛ tātūdē thuris bn̄ triti misce cū albumine
oui ꝛ fiat empl'z ꝛ pone sup coriū vel pergamenuz in tpe
ex illa ꝑte in qua patit̄.ē.n.exptū. ¶ In cā vo frida stup
paz itinctā in decoctione melliloti ꝛ fenugreci ocl'is ap-
pone.mitigat.n.dolorē mire. Sil'r vitella ouoꝝ coctorū
cū cimio bn̄ turbata ꝛ cū vino albo distēpata oculis sup-
ponāt̄.vl' spōgia itīcta i decoctiōe vbene melliloti curat
i cā frida:ꝛ i cal'a i declinatiōe frequēter supposita.

## ¶ De rubore oculorum.

Rubor oculoꝝ sequit̄ aliqn̄ apa calidū in
oculis. ꝛ aliqn̄ est ex ꝑcussione vel
vēto vel fletu vel puluere vel fumo.vel ex de-
fectu flōmie vel ex inspectione l'rarum minu-
tarum assidua ꝛ similibus.

**Cura.** Cuius cura variat̄ in ꝑncipio ī medio ꝛ in fine.
In ꝑn°.n.ꝯpetit flōmia de mediana.deinde si
oporteat de cefalica.deinde fiāt vētosationes cū scarifi-
catione in collo ꝛ iter spatulas.deinde fiat flōmia de ve
na cefalica inter pollicē ꝛ idicē ex ꝑte exteriori manus:
q̄ ē exꝑta a me in rubore oculi. Deinde fiāt clisteria ꝛ fri
cationes extremitatū. Deinde ponant̄ repcussiua in ocu
lis de bolo ar° cū albumie oui.deide cū lacte mulieris a
māmilla distillato. Deinde distilletur in oculo sanguis
pulli colūbini vel turturis stati cū decollat̄ de ala fracta
vel pēna extracta.vel sanguis ꝑdicis:qꝛ curat. ¶ Dein̄
si vis accipiat̄ arsenicū citrinū sublimatū ꝛ bene lauet̄ ꝛ
fricet̄ cū aq̄ coriādri ꝛ isufflet̄.sed piculuz est nisi in ru-
bore antiquato ꝛ in hyeme ꝛ in sene. Et adhuc est picu-
luz.vel armoniacū dissoluat̄ in aq̄ coriādri vel vbene ꝛ
inyciat̄ colatura.tn̄ securi⁹ ē i ꝑn° facere empl'z de rof. ꝛ
fenugreco coctis in aq̄ ro.dein̄ coctis in vino ꝛ ꝑprie in
augmēto.deide euaporet̄ cū decoctione camomille aut
melliloti aut decoctione folioꝝ cauliū. ꝛ tūc emplastret̄
cū folijs caulis coctis ꝛ ꝯtritis cū vino forti ātiquo. Sz
ad oēs oculoꝝ ruborē puluis aloe cū vino albo ē exꝑtuz.
aut pul'.sarcocolle distēpa cū succo feniculi cola ꝛ ipone.
certissimū est.sed non fiat in ꝑn° ſ; post digōnē mãe. ꝛ h
colliriū ē ꝑbatissimū. ℞.calamie exticte ꝛ lote aloe an̄.
vinū albū ꝛ lac m'l'ieris bullire fac paꝝ ꝛ tūc despumet̄.
nihil ē efficaci⁹. ¶ Itē aq̄ filagis q̄ vocat̄ ianuēsis aufert
ocl'oꝝ ruborē. Deide fiat vētosa de cubito vtroqꝫ si vis.
¶ Itē tutia exticta cū axūgia caponis vel gallie ꝯfecta
sanat rubores ꝛ lachrymas ocl'oꝝ. ¶ Itē lap.sanguina-
rius vel ematites fricet̄ cū cote ī vino albo donec vinū

rubeat.ꝛ baccas lauri frica eodē mō in eodē vino ꝛ thus.
ꝛ tūc paꝝ ꝑmitte tpari.oī die duas gutas vel tres in an⸗
gulis ocl'oꝝ ipone ꝛ curabiť in breui.℄ Jtē fit de tutia ī
aq̄ ro.ꝛ aceto extīcta ꝛ ꝺ aloe succotrio ꝯfecto cū axūgia
gallinacea lota de gbꝰ fiat vnguētū ꝛ ī anglis ocl'oꝝ paꝝ
ponať.valꝫ.n.ꝯtra obtalmiā rubores ocl'oꝝ lachrymas
ꝛ lippitudines.℄ Empl'ꝫ cōe.accipe cerā vgineā ꝛ pulue
rem cimni ꝯmisce ꝛ fac q̄dā lata rotūda ad modū obla⸗
te vel floreni magni:ꝛ cal'uꝫ ocl'is idē frequēter appone.
ꝛ fiāt talia multa ꝛ frequēter apponanť ꝛ frequēter amo
ueanť.ꝛ valēt ꝯtra liuorē sub ocl'is sicut appet frequēter
in oculis mulieꝝ ex percussione vel mēstruoꝝ retētiōe.
Uel accipe stuppā ꝛ ītingať in succo verbene ꝛ absinthy
ꝛ oleo ro.ꝛ oculis supponať.℄ Jtē ruta pulueriȝata bñ
cū puluere cimini misce cū vitello oui ꝛ fac empl'ꝫ:qꝛ mi
rabil'r abstergit oculuꝫ a sanguine coagulato.℄ Jtē mo
dus meꝰ ē decoquere carnes bouinas in aq̄.in nouitate
carnes recētes.sꝫ in antiq̄ carnes salitas.ꝛ tūc accipe stu
phaꝫ per oculos ita ꝙ fumꝰ illaꝝ olla discoopta ascēdat
ad oculos.ꝛ h̄ ieiuno stōaco.ꝛ teneanť nares ꝛ os ne fu⸗
mus ītret.deinde empl'm de cimino ꝛ cera supponať.h̄
eniꝫ curat certissime corpe mūdificato sicut expertꝰ suꝫ.
℄ Jtē si oporteat accipe thuř ꝑtē.i.ꝛ tere vltima ꝯtritio
ne ꝛ fūde sup ipꝫ ex aq̄ pluuiali in q̄ sit dissolutū sal gros
suꝫ vel sal armoniacū vel salgēma ad pōdus tertie ꝑtis
thuř.diu ꝯteranť ꝛ distillētur in ocl'o mane ꝛ sero fcā co
latura ꝑ mediū pāni linei.ē.n.optimū coliriū ī cā antiq̄⸗
ta ꝛ in hyeme.℄ Jtē vinū decoctionis rute vsq3 ad 3$^{am}$
ꝑtē oculis inyciať.ocl'os ab oī sorditie ꝛ sanguine mūdi⸗
ficat ꝛ clarificat:certū ē.℄ Jtē absinthiū recēs cū albu⸗
mine oui bene agitato oculoꝝ sanguinē ꝛ rubore3 tollit.
℄ Jtē succus apy cū albumīe oui īmittať ꝛ sanguinē ꝛ
rubōrē tollit ℄ Jtem pulmo mōtonis vel ouis cal'us su
perpositꝰ oculis oculoꝝ ruborem ꝛ sanguine3 dissoluit.
Jdē facit decoctio fenugreci ibidē iniecta.℄ Jtē grana
gallitrici vel cētrūgalli ponātur in oculis ꝛ non sentien⸗
tur ꝛ educūt sorditiē oculi cū eis ꝛ pūctū sanguinis dis⸗
soluūt.℄ Jtē masticeť a medico vel aliquo hñte os re⸗
dolēs ꝛ nō fetēs ciminū:ꝛ tūc īsufflet ī oculis rubōrē pa
tientibus.ꝛ h̄ dissoluit sanguinē ibi coagulatū.ꝛ fiat fre⸗
quēter:ꝛ istud faciūt laici ꝛ bñ.sꝫ dꝫ fieri pꝰ digōnē māe
ꝛ nō in ꝑn°:ꝛ iō aliqñ laici ibi errāt.℄ Jtē ciminuꝫ torre⸗
factū nō ꝯbustū tritū cū albumine oui ꝛ mica panis mix
tuꝫ sup oculos sanguinolētes positū sanat eos.℄ Ulte⸗
riꝰ notādū ꝙ illi qui ponūt aquā rosatā cōtinue in ocl'is
rubeis nocet eis multū qꝛ sanguinē ingrossat.Sꝫ in ꝑn°
valet sil'r lac mulieris facta digōne.Et in augmēto non
valꝫ nisi aq̄ feniculi vl' eufrasie vel rute vel celidonie ei
misceatur:ꝛ tūc īfūdatur tm̄ in aq̄ feniculi vel rute vel
eufrasie ꝛ tūc tepefiat.qꝛ tepida ocul' sanis nocēt ꝑ iteriꝰ
sꝫ nō ocl'is īfirmis de mā g̊ssa.vñ oculi nō īfridanť nisi
qñ accidit eis mors ꝫꝫ Hal.ꝑ ꝑno.cōmen.iꝫ°:ꝛ iō ꝓseruā⸗
tur cū fridis ꝛ nō leduntť nisi excedāt frigida.

℄ De tela ꝛ pāno oculorum.


Ela ꝛ pānꝰ ꝛ ꝑla ꝛ macula diffundūtur ī
oculis ꝫꝫ magl ꝛ minꝰ.qꝛ ex reūa⸗
te frequēter fit obtalmia.ꝛ ex obtalmia male
curata surgit albugo.ꝛ est illa macula.deiñ te
la.ꝛ ex tela īspissata ꝛ indurata fit pānus.ꝛ ex
pāno ꝯdensato fit vnguis qñ extendit se cornea ad ꝯiū⸗
ctiuā.vñ tela ꝛ macula sunt passiones cornee directe añ
pupillā vel ꝫm totū vel ꝫm partē.Que cornea hꝫ q̄tuor
cortices:intra quas mā īuiscatur frequēter.ꝛ aliqñ ē ibi
cicatrix vulneris:ꝛ tūc appet macula vl' albugo:ꝛ hōies
laborāt ad sanandū:ꝛ in vanū laborāt.Sꝫ ꝑla ē directe
corā pupilla in centro.ꝛ aliqd de pupilla ī circuitu rema
net illiꝰ īfectionis nō infectū:ꝛ vocať keuilla ī oculo:an⸗
glice piri:gallice espingle.vnde in istis nigrū oculi deal⸗
batur albedine obscura ꝑpter coopertura m pupille ꝫm
totum vel ꝫm partem.

**Cause.** Causa istoꝝ morboꝝ ē iā dcā.reuma.obtal⸗
mia.variola in oculis.sanguis ibi diu retētꝰ.
ꝑcussio oculi vel vlceratio.ꝛ aliqñ aspectus eris cādētis:
sicut si peluis cādēs nimis iux̄ ocl'os tenereť ꝛ fil'ia:ꝛ de
istis fit vngula.Uñ vngula est cū aliqd sil'e pāniculo ex
palpebra q̄ ē ex ꝑte naris oriri dř ꝛ albū ocl'i coopiť ꝛ ꝑue
nit vsq3 ad nigredinē oculi.ꝛ est sil'e cū scebel.Est aūt sce
bel cū sup albedinē ocl'oꝝ ꝛ sup nigredinē videť silitu⸗
do pāni ꝯtexti ex venis rubeis ꝛ grossis.ꝛ causať ex san⸗
guine ꝛ ꝯcursu eiꝰ ad oculū sicut vngula ex mā g̊ssa fl'ica
descendēte ad nares:ꝛ per ꝯñs ad oculū.ꝛ ex mā dilatā⸗
te se vsq3 ad oculū ꝑꝑ eiꝰ abūdantiā ꝛ malitiam.

**Signa.** Signa aūt sunt māifesta intuēti.ꝛ iā vsitato
ī cura ocl'oꝝ ꝛ exꝑto:qꝛ al'r possꝫ credi macu
lam vel telam esse cataractam vel ecōuerso.

**Pronostica.** Inter istas passiones scebel ē mor
bus hereditarius propter sangui⸗
nem vapores emittentē per poros venaꝝ ocl'oꝝ.sed alia
iaꝫ dicta sunt duriora nec fumū emittūt.℄ Jtē macula
vel tela vniꝰ āni nō curať.illa q̄ est medietatis āni vix.
sꝫ cū ē mēsis vel q̄rta anni satis curať leuiter.

**Cura.** Cura haꝝ egritudinū est q̄si cōsil'is.nam q̄ est
subtilis ex istis ꝛ nō multi tꝑis idiget ꝑ̊ corꝑis
mūdificatiōe cū flōmia ꝛ ventris sol'one ꝛ ventosatione
in occipitio ꝛ nuca. 2°:idiget regimine oculi sbaꝫ tenerā
faciente sicest balneatio ꝑꝑe ꝛ fomētatiōes ꝛ stuph̄.ocu
lorum cū hūid.s.cū folys maluaꝝ ꝛ violaꝝ ꝛ ꝯsil'ibꝰ.Et
aliud est regimē hūectatiuū acq̄situm ex aere ꝛ quiete ꝛ
ex his que cōeduntť ꝛ bibuntur. 3°:idiget medicinis qua
ruꝫ ꝑprietas est curare scabiem oculoꝝ ꝛ maculā ꝛ telaꝫ
aranealē ꝛ alias īfectiones.Jn antiq̄ ꝛ grossa oꝫ aliud fa
cere vt videbitur.℄ Circa nouā īfectionē sciēdū ꝙ fcā
euōne ꝛ diuersione digerať mā ꝑ fumū decoctionis fenu
greci camomille mellilotí ligř.ꝛ farina ordei faciēdo stu
phaꝫ ꝑticularē oculi ꝛ suffumigationē.deinde lac ml'eris
recētis ml'geať in ocl'o frequēter.deiñ puluis ossis sipie
insuffleť frequēter.ꝛ fiat meª mea cōis.frequēter inycia
tur in ocl'is sic maculatis puluis cādi.ē.n.meª secura q̄ in
ꝑn°:curat telā ꝛ maculam.ꝛ in ꝓcessu ꝛ antiq̄tate matu⸗
rat ꝛ lenit sine mordicatiōe sic iā exꝑtus sum.imo vt cōi
ter curat.nec ē aliqꝺ aliud necessarium nisi raro.Et fiat
istud qꝺ dixi in 2°:li.de cura variolaꝝ.de gūmi arabico
īfuso in aq̄ ro.imisso in ocl'is:qꝛ optimū ē.℄ Jtē puluis
albꝰ cōis vocatꝰ gall'.blauich pōdere optime valꝫ in ma
cula ꝛ tela corꝑe mūdificato.vl'.℞.succi papaueř ru.suc
ci cētauree mioris añ.misceantur cū melle ꝛ modicū di⸗
spumetur ꝛ in oculis inyciatur:qꝛ albugines ꝛ maculas
nouas curat in pueris ꝛ mulieribꝰ.℄ Si aūt fuerit iue⸗
terate iste infectiones in oculis ꝛ grosse:tūc pꝰ farmaciā
ꝛ flōmiā ꝯpetētes fricetur macula vel tela.vel īfectiōes
iste fricentur cū folys ꝑitarie vel fici aut cū radice ligř.
℄ Deinde lauetur oculus cū aq̄ ro.vel cū vino albo for
ti bono.Deinde fiat empl'ꝫ sup oculū in tꝑe cal'o cū oleo
ro.ꝛ viol'.ꝛ vitellis ouoꝝ.ꝛ in tꝑe frigido cū amigꝺ.ama
ris cimio mica panis īfusa in vino stiptico ꝛ croco pauco.
Deiñ ordineť tenuis dieta ꝛ purgeť cap.cū ierapig.vl' cū
iera ꝯstātini.ꝛ vtāť puluere gualtery cū agař.Deiñ mol
lificetur macula cū aqua decoctiōis malue bismalue pa⸗
lee or.ꝛ auene ꝛ viol'.ꝛ ro.ꝛ nenuphare ꝛ camomilla.De⸗
inde iste puluis ponatur in oculis frequenter mane.℞.

**Cura.** Cura cancri vlcerati est triplex. preseruatiua curatiua palliatia. Preseruatiua dꝫ esse in cācro non vlcerato ne vlceretur: ⁊ in vlceribus ne in cancrum conuertantur. qđ fit cum purgatione vniuersali ⁊ particulari ꝓut exigit humor peccans. vt dicit Auic. in 4ª fen. 4. c. de cura cancri nō vlcerati. Uel purgatio vniuersalis est duplex. euacuans ⁊ diuertens. Euacuans magis fit cum flobothomia aut farmacia. ad propositū magis fit cum flobothomia. Diuertens magis fit cum vomitu si cancer sit sub vmbilico. si sit super vmbilicum tūc cū clisteri ⁊ ventris laxitate ⁊ flobothomia de saphenis cum ligatiōe ⁊ fricatione tibiaꝝ. Farmacia igitur in cura cācri dꝫ esse de fumoterre scabiosa floribus borraginis thimo epithimo sene agarico polipodio cum aniso cameđ. ⁊ lapacio acuto. ⁊ cum diaborraginato ⁊ diasene acuitis cum lapide lazuli. ⁊ cum ieralogodion ⁊ cum iera rufini ⁊ similibus purgantibus melancoliam. et ista omnia valent in cura eradicatiua ⁊ palliatiua. ¶ Particularis euacuatio solius membri patientis vt capi-

tis si cācer fit in facie: ⁊ aliquādo post eūationes ⁊ diuersiones fit cum scarificatione ⁊ fricationibꝰ ⁊ sanguisugis ⁊ vētose ꝑpe locū patientem ad consumendū residuū materie ꝯiūcte. Preseruatio ergo fit recte mundificādo vlcera ⁊ maturando apata nihil omittendo de contingētibus. qꝛ negligētia vel ignorantia de vlcere simplici facit ꝯpositum ⁊ sordidum. deinde cācrosum de apate male curato silr̄ vt dictum est. ¶ Cura curatiua vel eradicatiua ⁊ vera fit cum purgationibus ⁊ dieta ⁊ manuali opatione. de purgationibus dictū est. Jam videndū est de dieta ꝺm Ga. 9° megategni. qꝛ debet eē frigida ⁊ hūida. Debet ergo vti patiens pane tritici bene fermētato. bonis carnibus vt agnoꝝ capreoloꝝ vituloꝝ caponum gallinaꝝ pulloꝝ perdicum fasianoꝝ auium ꝑuarum cāpestrium cum rostro subtili. Potagio vtatur de borragine buglosa spinachijs viol̄ lactucis ⁊ similibus. ⁊ aquis ⁊ brodijs carnium ꝑdictarū cū q̄bus pōt icorporare oua aut cōedere oua sorbilia. Potet aquā ordei aut viᵐ antiquū al. aut subrubeū clarum lifatum ⁊ non aliuz potuz. Uitet carnes melancolicas vt capre hirci cerui leporis bouis auium magnaꝝ aquaticaꝝ ⁊ oīa acrumina ⁊ legumina omnia salsa ⁊ acuta assata ⁊ frixa ⁊ caules. ¶ Modo de opere manuali videñ. qꝺ ꝯsistit in duobus modis operandi. s. artificiali ⁊ emperico. Artificialis est duplex cū medicinis ⁊ cū ferro vel igne. Cū medicinis ꝺm Aui. in 4° sic operandū est. accipiatur pānus lineus ⁊ īfundatur in aqua solatri vel plantagīs. ⁊ assiduetur suꝑ cācruz vlceratū. ⁊ q̄cito desiccabitur in eodez succo iterato humectet̄. nec ꝑmittat̄ desiccari vel calefieri. ¶ Et si dicatur ꝺm Hip. 5ᵃ. affo. frigidū vlceribus mordax. ēt hoc dicit Aui. ꝑmo li. fen 4ᵃ. c. zo. Dico ꝙ ipsi intelligunt ꝙ frigidum est vlceribꝰ mordax aut contrariū q̄ꝫtum ad eoꝝ curationem. non tamē q̄ꝫtum ad sedationez doloris maximi: qꝛ vt sic ꝯpetit. silr̄ frigidū actual̄r est vlceribꝰ mordax: potential̄r non. ⁊ ideo debet succus talis tepefieri ⁊ a ꝓprietate valꝫ rōne stipticitatis. Deide detur de epithimo cum aqua casei aut cuz sirupo acetoso. deinde ponatur vnguentum defensiuum in circuitu. deinde accipiatur lapis molaris ⁊ lapis cotis fricentur adinuicem. ⁊ illud qꝺ cadit colligatur ⁊ misceatur cū oleo ro. vel cuz aqua coriandri ⁊ fiat linimentū super cācrū. ⁊ hoc ꝓhibet additionez eius. Jtē inter tabulā ⁊ laminā de plūbo fiat fricatio ⁊ cum illo illiniatur locus vlceratus. vel pistellum de plūbo ⁊ tabula pūblea fricent̄ sil̄ qꝺ idem ē.

¶ Jtem bolus armenicus cum aq̄ semperuiue optimū est. ¶ Jtē cerusa lota cum aq̄ lactuce aut mucilagine psilij est optīa ⁊ empl̄atio cū cācris fluuialibꝰ optima est. similiter cinis cācri cū oleo ro. valꝫ cācro vlcerato simil̄r tutia abluta cū aq̄ portulace aut mucilaginis psilij. Deinde ad curādū. ℞. medulle tritici olibani ceruse plūbi. añ ʒ. i. boliarmeni aloes abluti. añ. ʒ. ij. terātur ⁊ administrētur suꝑ cācrum hūiduz ⁊ supponat̄ empl̄m factum cum oleo ro. ⁊ cera alba. Deinde ad ꝯsumendum māam cācri fiat emplastrū de arnoglosa pane furfuris caulis quia virus resoluit a ꝓprietate ⁊ rōne partis subtilis in eis. Dimittant̄ ī cura cācri fortes medicīe qꝛ addūt ī cācꝝ: ⁊ medicīe ēt mordicatiue. ¶ Sunt g̊ q̄tuor faciēda in cācro. destruere cācrū penitꝰ: ⁊ hoc est difficile ⁊ forte. post cū incisione ⁊ ferro radicitus euellendo ipsum ꝺm totū ita ꝙ nihil eius remaneat. qꝛ si sic redibit. ⁊ ꝓhibere additionem eius. ⁊ ꝓhibere vlceratiōnē. ⁊ h̄ est de cura cācri non vlcerati ne fiat vlceratus. ⁊ si vlceret̄ tunc cōplere.

¶ Quare aūt vocatur cācer iste morbꝰ: est qꝛ hꝫ figuraz rotundam ad modum cācri. 2° qꝛ vbicūqꝫ fit firmiter adheret sicut cācer marinus. 3° qꝛ hꝫ venas circūdantes multas longas tortuosas sicut sunt tibie cancri marini. 4° qꝛ corrodit vndiqꝫ ⁊ corrodēdo perābulat sicut ⁊ facit iste piscis ante ⁊ retro ⁊ ambulat īdifferēter. Modus operādi cuz ferro est in cancro paruo: qꝛ in ꝑncipio incipit sicut parua faba ro. cuz duritie cum colore fusco in quo est caliditas quedā. ⁊ dꝫ totū mēbruz incidi ⁊ oēs vene ībibentes māam: ita ꝙ nihil remaneat. ⁊ currat sanguis plurimus. ⁊ precedat purgatio corporis cum flobotomia ⁊ farmacia cōueniēti: ⁊ dentur cibi frigidi ⁊ humidi in debita quātitate: vt est aqua ordei ⁊ pisces parui. et aliq̄n vaccinuz lac recenter mulctuz. ⁊ tunc ponatur defensiuū in circuitu. ⁊ deinde ponant̄ stringentia sanguinem de plantagine portulaca aloe ⁊ albumine oui. ⁊ deinde frigida dolorē mitigātia sicut pānus infusus in succo semperuiue vel in aqua ro. deinde escara cū pinguedinibus putrefiat. deinde locꝰ mūdificet̄ cū coto ⁊ cū rasura pāni linei. deinde desiccetur. deinde regeneretur caro. ⁊ tunc consolidetur cum predictis in cap. de vulneribus ⁊ vlceribus. Si autez nō tolerat pa. incisionem fiat cauterium cum auro ignito nisi cancer fuerit ꝑpe principalia vel in eis: tunc enim est timorosum. Et si ista non tolerat tunc cum arsenico sublimato curetur. vel lauetur cuz vino vel aceto vrina vel lixiuio. deinde de alumine glaciali vel zuccarino fiat puluis ⁊ cū modico salis super locū ponatur. Uel fiat talis puluis. ℞. attramēti salis piperis viridis eris tartari. añ. fiat puluis ⁊ loco priꝰ loto in parua quātitate superponatur. ⁊ circa vulnus ponant̄ frigida. ⁊ fiant ista fortia post corporis mundificationez. Uel sic. ℞. salis gēme attramēti añ. ʒ. iij. calcis viue litargirij añ. ʒ. i. de oībus istis fiat puluis ⁊ cōficiatur cū succo anabule ⁊ celidonie ⁊ loco patienti superponatur facta ablutione predicta. Jtem semen lapatij rubei puluerizatum in veteri ⁊ antiquo cancro ⁊ in recenti valet: in tantū ꝙ cuz isto solo frequēter curaui cancrū recentē in virga virili. Jtem vitelluz cum tantū de sale cancrū antiquū curat. Et si medicine corrosiue dolorez faciant emplastrū mitigatiuū superponat̄ de pane tritici cocto in aq̄ ⁊ cuz oleo ro. ⁊ vitellis ouoꝝ ꝯfecto. Et post corrosiua regeneretur caro cum olibano ⁊ sepo arietino ⁊ cera alba. deinde ad regenerationez cutis ⁊ cicatrizandū ponat̄ puluis ros̄. vel rafani. Jdem facit mel ⁊ extremitates ꝑsicoruz arborum. ⁊ aliqui addunt alumen. ¶ Modo videamꝰ de empericis ⁊ de operantibus a ꝓprietate. ⁊ sunt q̄daz portata ⁊ quedaz cācro applicata. Portata sunt emperica pilosella minor collecta cum. iij. pater noster. herba sancti Joānis ⁊ agrimonia simul ambe aut vnica. ⁊ pro certo curat ⁊ preseruat. Jlla que applicata valent sunt puluis herbe roberti puluis foliorum mirtillorum ꝯsolida minor trita sola aut cum sepo castrati ⁊ scabiosa. eodem modo cinis aut flor̄. aneti trifolium tritum cū melle succus caprifolij tassi barbassi folia pētafilonis minoris. ¶ Jtem plantago lanceolata celidonia acus muscata ab̄f. caulis ru. pes colūbinus coniunctim vel diuisim curant cācrū. ¶ Jtem puluis fuliginis cācrum pro certo occidit ⁊ mortificat. s. eius corrosionē. Jdē facit solus pl̄uis affodiloꝝ. Jtē puluis stercoris hūani ꝯbusti curat oēm cācrū ⁊ fistulā. Jdē facit herba saude de q̄ tingunt̄ pāni blaui. Jtē sanamūda potata ⁊ ēplastrata sanat. sil̄r oēm putredinē curat. Jdē facit cortex allij ꝯbusti. Jdez fac̄ pl̄uis hermodactiloꝝ ⁊ psidiaꝝ cū succo agrimonie qꝛ curat cācrū ⁊ fistulā. ¶ Nō ꝙ cācer nō dr̄ inueteratꝰ nec ēt oppilatio splenis ⁊ epis nisi īfra. ij. ānos. Lupꝰ vō dr̄ īueteratꝰ in ꝑ̊ āno vel dimidio. Et q̄ valēt ꝯtra cācrū valent ꝯtra lupum. vnde pul̄. cuperose cōbuste. ʒ. i. cum ʒ. ij. boliarmeni vbiqꝫ in cancro valet. similiter puluis

plūbi vsti cuꝫ melle crudo super locum ad ignem inun
ctus optimū est. ¶ Iteꝫ puluis lane succide ɔbuste im
positus cancro curat. Unde cancer vetus curatur per ca
lida. recens per frigida ⁊ temperata sine mordicatione.
¶ Cura palliatiua est cum frigidis ꝓhibentibus eiꝰ ad
ditionem ⁊ cum talibus que vlcerationem consolidant
quo ad tp̄s ⁊ cum cōsumptione ꝑtis māe ⁊ cum eūatiōe
corporis ab hūoribus adustis. Laus deo.

¶ De fistula.

Fistula dicta est quia eius orificium est rotūdum ⁊ strictum ad moduꝫ
fistule vel cāne. ⁊ in ꝓfundo corrodit in latuꝫ
sicut inuitur 2º. ꝑno. ɔmēto 64º in cōmento
illius. Quibꝰ pipleumonia post aurem. Dein
de diffinitur sic. Fistula est vlcus ꝓfundū. aliqñ amplū.
aliqñ non hñs interius duritiem callosam in sui circuitu
sicut habet pēna auis aut arūdo. ⁊ in h differt ab vlcere
ꝓfundo cauernoso abscondito: quia latera interius sunt
mollia non callosa sicut in fistula.

**Cause.** Cāe fistule q̄dam sunt māles ⁊ quedā dispo
sitiue sicut dictum fuit prius de vlceribus. qꝛ
nulla est fistula quin prius fuerit vlcus. tñ causa cōis est
inducta ex cura vlcerum. ⁊ vlcus a quo extrahitur os ꝑ
violentiam añq̄ꝫ nā fuerit super ipsum opata sufficiēter
vtplurimum ꝑiet fistulam. simil'r vlcus postq̄ꝫ carne re
pletum est: si cito aperiat̄ ⁊ iteruꝫ cito claudatur: ⁊ est in
semita veniendi ad fistulā. Nec est verum qꝺ dicitur a
Cōstantino ⁊ ab antiquis cirurgicis ꝙ omne vlcus trāsi
ens. 40. dies est fistula. qꝛ opꝫ cuꝫ h ꝙ hēat callositateꝫ
in lateribus īterioribus ⁊ duritieꝫ. ⁊ ꝙ mā sit vtplurimū
frigida māliter lꝫ in ꝓcessu aliqñ corrodat. ¶ Diuisio fi
stulaꝝ est ꝙ quedam est recens ⁊ quedaꝫ antiqua ⁊ alia
mediocris. Similiter alia superficialis. alia ītercutanea.
alia ꝓfundata. Simil'r alia in membro nobili aut prope
aut longe ab eodē. Simil'r alia in mēbro sensibili valde.
alia in parum sensibili. alia in mediocriter. Simil'r alia
in iuncturis. alia in ossibus. alia in neruis. alia in carne.
Alia in patiēte forti ⁊ robusto. alia in debili delicato. alia
in corpore bene ɔditionato. alia non. alia emittit multū.
alia non. Similiter alia hꝫ vnum orificium. alia plura.
Et alia hꝫ vnam ɔcauitatē. alia plures. ⁊ de illis alia hꝫ
ɔcauitatē directam. alia tortuosam. alia vtrūq̄ꝫ

**Signa.** Signa an sit fistula pꝫ per p̄dicta in diffini
tione. Sed signū an sit in carne. ¶ Primuꝫ
est si sit recēs: signū est ꝙ est in carne. ¶ 2ᵐ ꝙ non mul
tum dolet. ¶ 3ᵐ putredo est multum viscosa grossa tur
bida cruda. ¶ 4ᵐ est si tentetur eius ꝓfunditas cuꝫ ali
quo mediocriter solido non ledimꝰ eum multū. ¶ Si
gna fistule neruose sunt quatuor. ¶ p̄ᵐ si sit ātiquata vt
dimidij āni ⁊ i loco paꝝ carnoso: p̄sumimus eā penetras
se vsq̄ꝫ ad neruos. ¶ 2ᵐ si multū dolet. ¶ 3ᵐ si putredo
est multuꝫ subtilis tenuis fetēs ⁊ ad nigredinem tēdēs.
¶ 4ᵐ si tentetur eius ꝓfūditas multū dolet. ¶ Signa
fistule ossuose sunt q̄tuor. ¶ p̄ᵐ si sit antiqua multum vt
vnius āni aut amplius. ⁊ si sit ꝓpe ossa ⁊ multum ꝓfun
data tunc presumimus ꝙ os sit fistulatum. ¶ 2ᵐ signū
est ꝙ non dolet ⁊ h in ꝓfundo. forte tñ in lateribꝰ dolet.
¶ 3ᵐ putredo est quasi subcitrina ⁊ subtilis ⁊ non mul
tum fetet. ¶ 4ᵐ est qñ tētat̄ cum tasta vel cū aliquo so
lido facil'r absq̄ꝫ dolore: tunc iuenit tāgēs ipm̄ asꝑuꝫ q̄si
corrosum ⁊ suꝑ ipsuꝫ adheret nec lubricare pōt ⁊ in sano
osse ē lubricitas nec adheret tasta suꝑ ipsum.

**Pronostica.** Fistula ꝓfundior ē difficilioris cu
re q̄ꝫ alia. ⁊ tortuosa q̄ꝫ recta. ⁊ anti
qua q̄ꝫ noua. ⁊ est antiqua vnius āni vel modicuꝫ citra.

¶ Item os fistulosuꝫ nō curat̄ quousq̄ꝫ totuꝫ auferat̄. ⁊ iō
6º. afo. quecūq̄ꝫ ānua vulnera fiunt: aut lōgius tempus
habēt os suppositum necesse est dimitti ⁊ cicatrices cō
cauas fieri. ¶ Item fistula q̄ est in mēbro nobili aut pro
pe aut īsensibili ⁊ in ꝓfūdo iūcturaꝝ ⁊ in ossibus ⁊ i ner
uis ⁊ in corꝑe male ɔpl'ionato: ⁊ que plus humiduꝫ emit
tit: ⁊ que duas aut plures cōcauitates hꝫ: ēt que hꝫ orifi
cium strictiꝰ ceteris paribus est difficilior ad curanduꝫ.
Item fistula que minus dolet: si tñ sit ꝓfundata sicut fi
stula ossiuꝫ ligamētoꝝ ⁊ aliquoꝝ mēbroꝝ insensibiliuꝫ
ceteris paribus est difficilior ad curādū. Iteꝫ fistule que
penetrant ad ꝓfundū auriuꝫ ⁊ ad concauitates pectoris
⁊ ventris ⁊ vias vrinales: sil'r fistule mādibulaꝝ non to
lerant corrosiua: ⁊ ideo sunt incurabiles: qꝛ nō curantur
sine corrosiuis vt cōiter. Similiter si sit in nobilibus et
sensibilibus ⁊ delicatis vt in neruosis non tolerant for
tia corrosiua.

**Cura.** Cura fistularum tria requirit. Primo purga
tionem vniuersalem ⁊ particularē. Secundo
dietaꝫ ⁊ regimen in sex rebus non nālibus. Tertio loca
lia remedia ⁊ modū applicādi. ⁊ est sicut in cancro cura
preseruatiua curatiua ⁊ palliatiua. ¶ Purgationes fiāt
mā digesta cū illis que hñt ꝓprietatē hic sicut est iste po
tus. ℞. agrimonie ceterach añ. M. i. succi briōie quar. 5.
gentiane. ℥. 5. cum vino ⁊ melle fiat decoctio ⁊ detur ma
ne quottidie. Et aliqui addunt scolopendriam ⁊ bene. et
aquam sambuci que optima est ad digerenduꝫ. ita est ra
dix ebuli ⁊ scabiosa. Euacuatio fiat cū carthamo ⁊ agar.
turbith zinzi. ⁊ similibus: qꝛ vt cōiter est morbꝰ: frigidus
⁊ ideo vocatur morbus sancti eligij: qꝛ patiēs ex itinere
ad locum illum calefit. ⁊ ita consumitur mā ⁊ curatur ⁊
hoc in nouitate. tamen aliquādo fit de sanguine. aliquā
do de mel'ia: sed vtplurimuꝫ de flegmate. Si ergo fit de
sanguine: qꝺ scitur: qꝛ hūiditas exit sanguinea: ⁊ qꝛ signa
sanguinis apparent extra in colore ⁊ ɔpl'one ⁊ habitudi
ne: tunc flōmia valet ⁊ vētosatio ⁊ scarificatio ⁊ similia.
Si colera tunc est adusta vel mixta cum alio humore ⁊
tunc valet agaricus cū reubarbaro. ¶ Et si mel'ia qꝺ sci
tur per loci liuiditatem ⁊ ponderositatem qꝛ in colerica
est citrinitas arsura ⁊ pūctura ⁊ leuitas: tunc. n. valet se
ne epitimum lapis lazuli lotus ⁊ cameꝺ. gentiana ⁊ ru
bea maior ¶ Dieta sit sicut est dictū in. c. de vlceribꝰ. ⁊
. c. de cancro. qꝛ melancolica ⁊ flegmatica debent vitari
nisi colera esset in causa. ¶ Modo videamus de locali
bus remedijs post purgatiōes ɔuenientes. ℞. ergo qua
tuor testas ouoꝝ ⁊ īple vnam sale aliam lolio aliam fuli
gine aliam attramento. ⁊ circūligans in pāno blauo cō
bure ⁊ superpone puluereꝫ quousq̄ꝫ curetur. certum est
hoc. ¶ Item puluis ventris bouis impone ⁊ curabitur.
certum est. ¶ Item de quacūq̄ꝫ causa fuerit. ℞. cardo
nis benedicti pedis columbini. añ. M. i. eupatorij sūmi
tatum rubi. añ. M. 5. fiat sirupꝰ cum melle. ⁊ substantia
herbarum ponat̄ suꝑ fistulam. ¶ Iteꝫ potio de brionia
cum vino vel ceruisia est hic preciosa. ¶ Item potus ali
us ad fistulaꝫ in interioribus. ℞. agrimonie tassibarbas
si sanamūde celidonie ab ꝰ. brionie foliorū caulis rubei
herbe roberti pedis columbini summitatuꝫ rubi pimpi
nelle saluie senatiōis lanceolate isopi plantagis. gallitri
ci abrotani marrubij albi millefolij caprifolij scolopen
drie. añ. bulliant̄ in aqua vino ⁊ melle ⁊ detur quottidie
in potu mane ⁊ sero. Et abstineat a coytu ⁊ a repl'one ci
borum ⁊ potuum ⁊ a lacticinijs ⁊ fructibus. Item potio
succi protence ⁊ emplastrum de ipsa herba tri a valet.
similiter attramentū cum succo caprifolij fistule īposi
tuꝫ in breui curat ipaꝫ sil'r ⁊ cācꝝ. ¶ Deiñ fiat vnguētū

ꝓbatissimuz ꝯtra fistulam curabilem infra.9.dies ꝗuis
sit ĩueterata.⁊ si recēs fuerit curat ĩfra.4.dies.℞.lactis
titimali duas partes axungie porcine veteris tertiā par
tem.primo liquefiat axungia ⁊ postea imponatur illud
lac ⁊ bulliat vsqꝫ ad tertiam partem.deposito vero ab
igne appone mirrham pulverizatam et vsui reserua.
⁊ cum vti volueris intinge tentam ⁊ mitte ad ꝓfundum
⁊ curat.Tñ aliqñ ⁊ cõiter fistula hꝫ strictum orificium:
iō oꝫ ꝙ elargeť cū tentis de medullis sambuci ⁊ radicis
gentiane aut cū spongia contrita artificial'r.Et si hoc nō
sufficiat tūc elargeť cum incisiōe aut cauterio aut rupto-
rio aut corrosiuis:⁊ fiant incisiones ſm longitudinē cor-
poris ⁊ membri:vbi longitudo mēbri ꝯrietur lõgitudini
corporis.vt pꝫ in emũctorys vbi debet esse incisio ſm
semicirculuz ⁊ in fronte ⁊ iuxta spinā dorsi qñ debet fie-
ri ꝓfunda ĩcisio.nō debet.n.in istis duobus fieri ĩcisio ſꝫ
lõgitudinē.¶ Corrosiua sunt arsenicū sublimatū ⁊ her-
modactili ⁊ realgar repressum ⁊ tartarꝫ ⁊ calx viua.Elar
gato ergo orificio tunc callositas auferať per ĩcisionē cū
nouacula vel cū cauterio vel cū corrosiuis.⁊ tunc ponať
vnguentū in circuitu defensiuū.⁊ frida reprimētia adu-
stionē ĩponanť.⁊ casus escare ꝓcureť cū putrefactiuis vt
oleo ⁊ piguedinibꝰ ⁊ mollificatiuis.⁊ tūc fiat mūdifica-
tio de melle farina tritici ⁊ succo apy.⁊ pōt addi mirrha
aloe sarcocolla.deinde post mūdificationē desicceť.de-
inde caro regenereť.deinde cõsolideť.deinde ligetur cō
uenienter ex duabus nodationibus ꝯuenientibus ꝑma-
nentibus.⁊ remaneat os apertum vt sanies exeat.⁊ tūc
pressure in lateribꝰ ⁊ plumaceoli ꝯuenientes ĩtincti in vi
no expressi superponanť.⁊ si fiat cauteriū fiat ĩ fontanel
la a q̄ mā fluit ad locū vt fluxus ĩpediať.¶ Notandum
ꝙ fistula ani nō oꝫ curari sꝫ solū palliari.⁊ simil'r fistula
emoroydarum ne cura facta exitꝰ fecis fiat ĩuolūtarius.
Itē qñ vis incidere palpa mēbrū prius dolorose vt sic pa
tiens percipiat dolorē ⁊ incisionē minꝰ.⁊ aliqñ oꝫ tastaz
cū stuppis vel cū coto ĩuolutā imponi vsqꝫ ad ꝑtē quam
tu vis scindere vt facilius fiat.Adhuc Cõstantinꝰ 8°.pra-
ctice sue.c.de fistula mãmillarꝫ.dicit ꝙ stercꝰ caprinum
cū melle tēperatū fistulā interficit.Item cinis de capite
canis aspersus fistulam ⁊ cācrū occidit ⁊ oēm spurcitiā
aufert.¶ Itē si caput mãmillarꝫ cū balsamo vngať do-
lorem aufert ⁊ curat.Itē fel ⁊ butirū misce ⁊ superpone
⁊ cācrū ⁊ fistulā mãmillarꝫ curat.Idē facit succus nepi-
te ĩpositus vel herba trita ⁊ superposita.Itē stercus ho-
minis pulverizatum curat ⁊ oleū fraxini ⁊ iuniperi eodē
modo.Recurre ad illa que dixi superius de cura fistule
in lachrimali oculi.Laus deo.

¶ De antrace.

Antrax dicitur qꝛ antrū vel foueam fa-
ciens.⁊ diciť anglice felomi.cu-
ius diffinitio est.Antrax est ap̄a venenosuz ⁊
pestiferū ex sanguĩe col'a ⁊ m'lia adustis gene
ratum.vñ virgulatam hꝫ formā ⁊ post tp̄s fa
cit crustam ⁊ in medio foramē ad modū vmbilici.Et ē
regula:que curant antracē curāt carbūculum.lꝫ carbū-
culus sit ap̄a venenosum de sanguine solo adusto natuz:
a colore denominatū:qꝛ rubet calet ⁊ dolet cū multa lo-
ci ĩflatione ⁊ sanguine descendente.

**Pronostica.** Uomitꝰ pulsus cordis fort'l factꝰ ⁊
sincopis sūt si intēdanť signa mor-
talia.¶ Itē antrax cū colore flãmeo ē ĩcurabilis.¶ Itē
fel porci desiccatuz in furno ⁊ ex eo incide tm̄ ꝗtuz tꝫ lo
cus pustule ⁊ superpone.si nihil adheret:signum est mor
tis.si vero adheret antraci:non.Similiter supra morsuz
canis rabidi sanat.

**Cura.** Cura istius morbi est per flõmiā eiusdez ꝑtis
tm̄ in loco magis remoto a corde ꝗ sit ātrax.
Et si sit in brachio tūc minuatur in manu ⁊ fiat tunc sca-
rificatio in ꝓfundo ⁊ in circuitu antracis ⁊ exsugatur le-
uiterʳ cuz ventosis.Et est regula in mã venenosa vt fiat
flõmia per eādem ꝑtem non per oppositā.deinde in par-
tibus adiacentibus ponanť repercussiua vt populeon ⁊c.
⁊ in loco ap̄atis apponātur resolutiua attrahentia extra.
⁊ non sint nimis calida.sed ab interiori dentur illa que
valēt ꝯtra venenū.vt ipericon herba xp̄ofori egetea ni-
gra amarusca scabiosa ꝯsolida minor valeriana.ĩmo so-
lus succus amarusce linitus sanat antracē.Uenter sepe
soluatur cum mirabolanis citrinis sene fumoterre pru-
nis viol' cassiafi.tamarindis.Deinde ad cito maturan-
dum ⁊ rūpendum vitellum oui cū sale ⁊ pauco melle cõ-
tritum sepe suppone in die.aut emplastrū de ficubꝰ con-
tritis cū melle.aut fermentū cum oleo ⁊ sale.¶ Itē ster
cus pauonis superpositū rūpit ⁊ maturat ⁊ eam sanat.
¶ Itez puluis salis ⁊ cinis vitis ĩcorporati cū oleo ⁊ mel
le mortificant antracem ⁊ carbūculum.¶ Itez empl'm
de succo apy farina frumenti ⁊ melle ꝯfert valde.Item
pĩpinella trita per se vel cū linaria est potentissima.simi
liter scabiosa trita cū axūgia est expertissima.simil'r con
solida minor inter duos lapides ꝯtrita ⁊ superposita.sed
si dolor sit intolerabilis radicē lily tritā ⁊ in aqua coctaz
superpone.aut radicē lily aut radicē ꝯsolide minoris cū
albumine oui.Et si vis trahere antracē de mēbro nobi-
li ad ignobile fiat illinitio cuz succo tanaceti ab antrace
vsqꝫ ad illū locū ad quē vis ipsum trahere:⁊ ibi cum em
plastris mãm total'r resoluentibus extrahe.¶ Itē ocu-
lus xp̄i terať ⁊ vbicūqꝫ volueris ap̄a trāsferri liga ⁊ trās-
feretur ibi.Alia dixi li.3°.c.de carbūculo:sed hic addidi
q̄dā.¶ Itē ꝯ ignē sacrū vl' herisipilā accipe caseū recētē
fortiter ⁊ cū melle distēpa ⁊ locū iunge ⁊ foliū caulis sup
pone.sil'r galle cū aceto sūt ꝓp̄e vt dixi in 2°.Laus deo.

¶ De rancula.

Rancula in vulnere est dolor erraticus
ꝓpter hūores descēdentes ad
locum vulneratum ⁊ dolorosum:⁊ est cum tu-
more ⁊ pulsatione ⁊ in loco isto ⁊ toto mēbro
cuius est.⁊ dicitur rācula quasi replens locū
¶ Signa sunt manifesta.¶ Pronosticatio est ꝙ nisi ci
to succurratur:locꝰ ap̄abiť ⁊ vix curabiť.⁊ frequēter ge-
nerat sincopim ⁊ sõnuz aufert ⁊ similia.

**Cura.** Cura igitur est cum euacuatione per partem
oppositam in principio.deinde ponenda sunt
repercussiua frigida super locum in principio.⁊ faciende
sunt fricationes in parte opposita.⁊ fiat strictorium su-
perius ne materia descendat ad locum.deinde si oporte
at fiat scarificatio vel modicum supra inter ipsum ⁊ cor-
pus.deinde ponatur emplastrum de maluis.Similiter
stercus equinum calidum est expertum postꝗ materia
fluxa est vel ſm aliquos in principio.¶ Itē.℞.bismal-
ue iusquiami lily prius coctorum:in mortario tere cum
sepo arietino veteri ⁊ addito gruello vl' farine auene cal'z
ĩpone valet vbiqꝫ.¶ Itez mica panis cocta in vino ⁊ cū
visco arboris ibidem cocto mixta ranculam ex vulnere
sanat.¶ Item radix cinoglose bene cocta ⁊ trita cū suc
co morelle ranculam omnem mortificat.¶ Item mar-
rubium album coquatur in aqua salsa vel in aqua dulci
cum sale ⁊ fiat emplastrum:tumores inueteratos sanat
⁊ in scirosi conuersos.Item farina siligis cū puluere sal'
⁊ allys tritis ⁊ melle ⁊ albumĩe oui cuz modico aceti sil'
mixtis sine igne idē facit.Simil'r piguedo verri vel ca-
pre cū succo strigni vel solatri qō idem ē curat rāculam.

¶ Itē cinerē carnis caprine combuste misce cuȝ aqua ⁊ fac emplastrum ⁊ mox sanat. ¶ Item vngatur locus cū oleo ro. de lilio cum puluere cimini.

## ¶ De malo mortuo.

Malum mortuū est q̄dam scabies occupans extremas partes corporis vt crura ⁊ tibias: ⁊ qn̄qȝ brachia cū infectione coloris tendentis ad nigredinē vel liuorē velruborē obscurū vtplurimū sicca.

**Cause.** Cā est melia sola vel mixta cuȝ flate salso vel de cola adusta. Et causanť a cibis mlicis sic̄ a carnibus bouinis ⁊ piscibus salsis ⁊ a frigore nō cito remediato ⁊ a coitu cū mēstruata vel leprosa vel tineosa.

**Signa.** Signa sunt scabies grossa ⁊ lata ad q̄ttitatē vnguis vel magis cum ariditate vel siccitate mēbroꝝ. vn̄ videtur mortificari ⁊ tamē puum aut nihil in membro potest generari ⁊ semper in inguinib᷒ habent glandulas. ¶ Si ergo sit de pura mlia cognosciť per nigras pustulas sine pruritu. ¶ Si vero admisceať fla salsum liuescit loc᷒ cum pruritu ⁊ mordicationibus.

**Pronostica.** Pronosticatio est ꝙ iste morbus mēbrū mortificat ⁊ postq̄ȝ ātiquatur nō sanatur nisi cura blandiente ⁊ alleuiante ⁊ antiq̄tur post vnum ānum. ¶ Item est spēs lepre particularis in mēbro ⁊ est de genere ipetiginis ⁊ quasi morphea ⁊ ipetigo istum morbum precedit.

**Cura.** Cura ē digereř māȝ cū fumoterre lapacio acuto cameď. camepitħ. thimo scabiosa celidonia boraginib᷒ scolopendria cū cape radice celsi sticados cētaurea agrimonia gentiana cuscute baccis lauri. deinde eūare cū mirabolanis indis ⁊ omnib᷒ alys ⁊ cum epithimo sene polipodio ⁊ aniso agař. ⁊ enula. deide cū iera rufini q̄ est ppria ⁊ cū diasene acuto cū lapide lazuli vel cū modico elebori nigri. deinde eūare cum mirabo. indis ⁊ oib᷒ alys ⁊ cū epithimo sene polipodio ⁊c̄. deide stuphare mēbrū cū decoctione celidonie scabiose enule cāpane lapacy acuti spatule fetide fumiterre ebuli hedere terrestris ⁊ marruby. deinde locus lauetur cum lixiuio facto de cinere vitis. deinde desicceť. ⁊ tunc cū isto vnguento vngatur. ℞. picis naualť. lib. i. nucleoꝝ nucis maioris lib. ij. argenti viui extincti cum saliua hominis ieiuni denariatum vnum. omnia pistentur in mortario cupreo ⁊ cū oleo oliuaꝝ distēperentur. fiat vnguentū ⁊ patiens sero cum hoc vnguento vngatur. ⁊ mane cū aqua calida loc᷒ lauetur seu abluatur. deinde sero vngatur ⁊ mane laueť cum aqua calida decoctionis celidonie fumiterre scabiose ⁊ spatule fetide ⁊ sic quousqȝ fuerit liberatus. Uel cuȝ vrina pa. abluatur ⁊ cum puluere elebori mixto cum vnguento fusco meo superius posito locus aspergatur vel vngať. vel cinis ebuli cuȝ vrina patientis tempereť ⁊ locus lauetur. ⁊ ē sine pari. ¶ Itē sūmitates tassibarbassi subtilissime terantur ⁊ tunc apponať puluis litargiry in equali pōdere ⁊ distēpereť cū oleo ⁊ aceto ⁊ fiat vnguētum. Et si vis adde sūmitates vrticarum ⁊ sūmitates celidonie cum sale armenico ⁊ alumine ⁊ eleboro. f. folys eius ⁊ folys ficus ⁊ curat scabiem ⁊ malum mortuum ⁊ tineaȝ. Deinde si oporteat fiant scarificationes in tibys sub cauilla. deinde cauterium in fontanella geniculi vel in poplite ⁊ strictorium in coxa. tn̄ cauterium plus valȝ. ¶ Item succus vermicularis mixtus cū aceto forti iunctus super dentes sine dubio omnes remouet. ⁊ valet ēt cōtra malum mortuū. Caueat pa. ab aq̄ frida ⁊ a mlicis ⁊ ventoꝝ ⁊ salsis. ¶ Item mel coctuȝ cū puluere fuligis combusto cōmisce ⁊ ad ignē vnge: serpiginē ⁊ ipetiginē ⁊ malum mortuum curat. Facta igitur mūdificatiōe vlceris cum regeneratiuis curetur.

## ¶ De dislocatione.

Dislocatio est egressio vel sepatio iuncturaruȝ a loco suo totalr̄ vel ſm ptem ita ꝙ motus eaꝝ modo debito fieri ꝓhibetur. ⁊ qn̄ est dislocatio ītegra: tunc vocať sepatio iūcture. ⁊ qn̄ nō est integra: tūc vocať dislocatio ꝓpe. lȝ vtrūqȝ voceť dislocatio.

**Cause.** Cā vel est ex saltu vel casu vel pcussione vel ex mā remolliente sicut narrat Haly 3°. tegni ꝯmen. 68°. vbi dicit ꝙ vidit adolescētē cuius humeri iūctura titilabat semp ꝓpter humiditateȝ viscosam q̄ aggregata erat ī pixide eius ⁊ de facili exibat ⁊ de facili reducebatur. Est ēt ex piectione lapidis īsolita ⁊ ex lucta ⁊ ex cōtorsione corporis ⁊ ligatura ⁊ ipulsu ⁊ tractu.

**Signa.** Signa dislocationis humeri sunt h. inflatio pfunditas insolita iūcture. Si sit in spatula ⁊ dislocatione iūcture pedis cōsidera iuncturam īfirmā cum sorore sua sana illius mēbri. Et cuȝ videris iuncturaȝ nō moueri iudica ꝙ dislocata est ītegre: sicut qn̄ mouetur ad oēs ptes sine lesiōe ē sana. Et silr̄ si ꝯcauitas appareat ī vno latere cū augmēto alteri᷒: dislocatio est.

**Pronostica.** Pronosticatio ē ꝙ dislocatio q̄dā est facilis ⁊ q̄dā difficilis. Facilis ē sicut iūctura poplitis ꝓpter leuitatē ligamenti sui: ⁊ iunctura humeri est ei pxima in macilentis: tn̄ nō in piguibus. Difficilis dislocationis sunt sicut iūcture digitoruȝ quia vt cōiter citius franguntť q̄ȝ dislocentur ⁊ iunctura cubiti. ⁊ ideo reductio eaꝝ est difficil᷑ etiā. q꞉ vt dr̄ ꝯmento secūde pticule affo. Dama. oīs egritudo que de facili euenit de facili recedit ⁊ curať ⁊ ecōuerso. Medie vero īter duas p̄dictas sunt sic̄ iūcture anche. peior v̄o dislocatio est illa cū q̄ scinduntť vel frāgunť capita v̄tebroꝝ: sic̄ est in capite ossis anche ⁊ in capite adiutory ⁊ in duobus focilibus duoꝝ pedū apud calcaneū. ⁊ silr̄ qn̄ ligamentū ligans os cum osse ē fractum tunc est dislocatio pessima ⁊ quasi incurabilis.

**Cura.** Cura est talis si dislocatio sit ꝯposita cū vlcere vel apate vel vulnere: p̊ curenť illa si sint in loco isto. deinde reducatur membrum dislocatum. vnde apostemate existente in loco non fiat tensio membri nec dolor ne apostema augmentetur: vel si non sit ne generetur. ⁊ ideo si sit ligatura fortis dissoluatur ⁊ pre alys dolor semper mitigetur. Si sit dislocatio simplex tunc partes membri tendantur hincinde donec sue extremitates in loco dislocationis sibi alterutrum apponantur. deinde reducatur ad locum a quo exiuit ⁊ tunc redit. ⁊ illud sign̄at sonus qui auditur in reditu eius vel gemit᷒ infirmi vel iudicium suum vt cōmuniter. Deinde ligetur sic ꝙ non apponatur nec apponantur pāni calidi super membrum dislocatum ne calefaciēdo attrahant ad locum materiam apostematis sed infundantur pāni in ceroto infrigidato aut in vino pōtico. ¶ Cerotū frigidū fit sic. ℞. cere lib. 5. liquefiat ⁊ aliquātulum infrigidata panni linei infundantur in cera ⁊ expressi ponantur sup locum dislocatum. dixi tamen in p̊mo libro ⁊ 2° cerotuȝ Galť. qđ ponit p̊mo de simplici medicina. ⁊ est illud melius isto. ¶ Deinde si post curam dislocationis remaneat aliqua durities administrentur epithimata lenientia ⁊ embrocationes sic. Accipiatur aqua calida ⁊ oleum ⁊ in aqua resoluatur medule vaccine ⁊ adipis anseris ⁊ anatis ⁊ galline. ana. quar. 5. ⁊ cum ista aqua embrocetur durities iuncture. deinde vngatur cum isto vnguento. ℞. armoniaci bdely. ana. ℥. i. laudani. ℥. 5. olei de lilio olei de semine lini ana. quar. i. adipis anseris. ℥. 5. fiat vnguen-

tum cū quo vngatur durities iūcture. Simil'r si dislocatio non reducat̄ infra .ij. dies vel .iij. tūc ēplastrū de maluis optimus est ad remolliendum ⁊ ad ꝑparandū vt de facili redeat. silr dialtea ⁊ martiaton valz ad duritiē ibidem ⁊ ad sanguinem ꝯgelatū in loco dislocationis. ⁊ ita fac̄ flōmia maxie si sit apa. ⁊ ne fiat apa fiat flōmia i pte opposita. deide ex eadē si oporteat. nec ꝯprimat̄ fortiter nec ligetur nec tendat̄ nisi in loco per quē exiuit. ⁊ ibi cū omni facilitate qua possibile est: qꝛ ex tali tensione aliqñ rūpunt̄ ossa ⁊ apat̄ locus ⁊ fit morbus icurabilis. ¶ Si tñ dislocatio sit semiplena vbi os a loco suo aliqual'r recedit: sed non total'r ex̄ ⁊ dicitur torsio: tunc accipe albumina ouoꝝ ⁊ illiniant̄ iūcture dislocate. deide aspergantur isto vnguento. ℞. masticis thur̄ boli armeni. añ. ʒ. v. fiat puluis. ⁊ ita teneat per .iij. dies. post 3^m^ diē si fuerit securitas ab omni apate: accipe sal tostum liquefiat cum melle ⁊ ponat̄ super locū dislocatū. ⁊ oxicroceū ⁊ diacerafeos ⁊ ceronea valent ad predicta. ¶ Sꝫ si sit ꝑcussio ⁊ casus in iunctura sine dislocatione tūc subtiliter inūgatur iūctura ⁊ cū emplastro ceroneo emplastret̄ ⁊ mēbrū non fatigetur. ⁊ curabit̄ facta ꝑus flōmia vt dixi. ¶ Dieta sit subtilis .ꝑ. 7. dies. sed post detur cibus grossior ⁊ tal' qui ad restaurationem ossium sit vtilis qualis est cibus dictus .c. de vulnerib⁹ ⁊ fracturis. ¶ Sꝫ si dislocatio sit ꝓpter māmᷓ ibibitā inter ossa tunc opꝫ ꝯsumere eam cū purgationibus ꝯuenientibus ad aquositatem ⁊ f'la sicut cum hermodatilis agar̄. ⁊ zinzi. ⁊ cū cartamo. deinde cū cauterio in loco ⁊ cum medicinis causticis si oporteat. ⁊ postq̄ mēbrū reductū est cū gall'. psidijs balaust. ros̄. olibano mastice costo castoreo fiat emplastrū vt nō iterato exeat. ⁊ iō teneat̄ illud mēbrū in pace quousq̄ fuerit os assuetū in loco illo ⁊ tūc post paulatine moueatur ⁊c̄.

¶ De dislocatione mandibule.

DIslocatio mādibule raro accidit: ꝯtīgit tñ aliqñ ex casu sup eaꝫ vel ꝑcussione vel ex frequētibus ossitatōibus nimis os dilatātibus ⁊ ex morsellis cogētibus nimis aperire os. ⁊ ideo hoīes benedicūt se qñ ossitāt ne malū illud ꝯtīgat vel accidat mors subita. vnde ego vidi de famulo meo qui post cōualescentiā vnius fe. sue in tantū ossitando os aperuit ⁊ ita frequēter ossitauit ꝙ mandibula fuit dislocata.

**Signa.** Signa dislocationis illius est inequatio dētiū īferioꝝ cū superioribus. os etiā remanet apertuꝫ nec pōt claudi. sermo eius īpeditur. ⁊ applicatio vnius mādibule alteri fit difficilis: lꝫ non priuetur motu cum lacertis suis qui veniunt a posterioribus.

**Pronostica.** Pronosticatio est ꝙ qñ mādibula dislocat̄ nisi festinet̄ cura ⁊ reductio vix postea reducetur. vñ velocius ⁊ facilius redit si velocius succurrat̄. ꝙ si differatur apabitur locus ⁊ īdurabitur ⁊ lacerti extendētur dolorose in tm̄ ꝙ fe. ꝯtinue ⁊ dolores capitis frequenter ꝓpter vehementiam extensionis lacertorum īcurrit. ⁊ aliqñ soluitur venter infirmi ⁊ aliquando vomit coleram purā ⁊ tunc multotiens moritur in die .4. ⁊ ideo opꝫ curā festinare. vnde ista accidentia vidi omnia in mācipio meo īfirmo.

**Cura.** Cura igitur ⁊ reductio est sic facienda vt teneat minister cap̄ eius. deinde ītromittat cirurgicus vel restaurator pollicem suum in os ⁊ moueat mādibulam ad dextram ⁊ sinistrā. deinde extendat eā subito in tm̄ ꝙ dentes inferiores ⁊ sup̄iores coequent̄. deinde reducat eā. Vel statim qñ fit talis dislocatio īpemet vel alius iuxta eum percutiat eū fortiter in mento v'sus posterius aliqñ eleuando percussionē ⁊ statiꝫ redibit. vt ego vidi de quodam socio meo in mensa qui istum morbum passus est ibidem ⁊ subito curatus est: ⁊ tunc bonū est facere ligaturam. Vel reducatur sic. infirmus ducat̄ ad balneuꝫ ⁊ si durities acciderit ⁊ reductio sit difficilis: durities cū oleo ⁊ aqua liniat̄ in balneo embrocādo embrocatione plurima. deinde liniatur. postea infirmus iaceat resupinus: ⁊ cirurgicus ītromittat pollicem suuꝫ in os eius ⁊ moueat mādibulā vt dixi in ꝑmo mō. deinde extendat eam subito ⁊ minister post caput infirmi teneat vtrūq̄ cap̄ mādibule sub aurib⁹. ⁊ cū sufficienter restaurator extenderit ista trahat capita mādibule ⁊ reducat ⁊ liget: ⁊ cū fascia sursuꝫ eleuet. ⁊ vngatur tūc cū dialtea ⁊ marciaton. ⁊ ligetur ita ꝙ dētes ꝭm ꝯsuetudinē suā ꝯiungantur vt moueri possint. Dieta quoq̄ eoꝝ sit facilis vt infirmus mandibulas non moueat ⁊ resuppinet̄ super puluinar leue. ⁊ aliud puluinar applicet̄ capiti ei⁹ vt non moueat̄ quousq̄ ꝑfecte sanetur. sanabit̄ tñ velociter. ꝭm Theodoricū 2° maioris cirurgie sue.

¶ De dislocatione spondilium.

SPondilia colli sunt septem ⁊ spondilia dorsi sunt .12. Si igitur aliqñ dislocētur spōdilia colli periculū ē mortis subito. qꝛ si ad īteriora īpelluntur remanebit ꝯcauitas ex̄ ⁊ īpediet trāsglutionem. ⁊ est mortale sic̄ dicit Gal'. 4° affo. ꝯmento 35°. ⁊ allegat Hip 2^a^ parte epidimiaꝝ ad ꝭ. Si ad exteriora disloceт̄ curari pōt si cito succurrat̄. cui tal'r succurrēdū ē. os īfirmi aperiatur ⁊ lignū vt apertum os teneat̄ in ore mittatur ⁊ linteolus sub mandibula ponat̄. vtrāq̄ .n. ꝑtē linteoli medicus ad superiora leuādo firmiter teneat. pedem vnuꝫ in vno humero infirmi: alterum in alio ponat. ⁊ pedibus ad inferiora ꝑmendo ⁊ manibus cū fascia ad superiora trahendo fortiter. spondile cuꝫ īpressione intra equet̄ ⁊ ad iuncturam propriā reducatur. deinde vngatur locus cum oleo ro. ⁊ cum stup̄. puluillatis optime ligetur cum pānis ⁊ astella formata ad figuraꝫ colli in'toto ⁊ ligetur ad caput ⁊ iterum adiutorium vt non cadat ligamentuꝫ ad guttur. ⁊ debet eger resuppinari ⁊ caput extendi ad exteriora cum facilitate. ⁊ tunc equetur spondile cuꝫ cōpressione ⁊ attractione. Tamen quia mortalis est ista dislocatio quando est plurima vel cōpleta ⁊ ne fiat squināntia: minutio fiat tertia die ne sanguis ad locum currens apostemetur. Sed spondilia dorsi dislocata redeunt in principio si ad posterius fiunt. sed si ad intus vel lateraliter fiant mortale est propter nucam. ⁊ primum spondile dorsi dislocatum priuat anhelitū. Sed in pueris dislocatio cuiuslibet spondilis est incurabilis ⁊ facit eos gibbosos. qꝛ tanta ē in eis hūiditas ꝙ si reducat̄ nō morat̄.

**Cura.** Cura igitur ē in casu curabili. accipiatur tabula ⁊ ponatur super gibbositatem ⁊ fortiter cōprimatur ⁊ ponatur vna extremitas in muro ⁊ alia comprimatur quousq̄ redierit spondile: ⁊ tunc fiat ligatura positis prius astellis ꝭm longitudinem dorsi: ⁊ ꝭm latitudinem quatuor digitorum. ⁊ coniungantur simul due astelle tales sicut ligna barilis coniunguntur concauando latus vnius vt alia ingrediatur ⁊ vt spondile habeat locum in quo recipiatur. deinde stercus bouinum coctū in vino ⁊ furfure ⁊ melle superponatur ⁊ cum stup̄. puluillatis ⁊ cum fascijs latis ligetur. vel super emplastrum ponatur tabula plumbea vel alia latitudinis trium digitorum vel quatuor ⁊ capiat gibbositatem ⁊ plus ⁊ ligetur decenter ⁊ fortiter. tamen bonum est in ꝑncipio opationis ⁊ frequenter cum mollificatiuis preparare locuꝫ ⁊ tunc laminam superponere. Istam'curam feci in scholari quodam. Laus deo.

¶ De dislocatione adiutorij.

Adiutorium aliqñ dislocatur ex saltu vel casu vel ꝑcussione sua ꝓpria ad obstaculum vt accidit mihi ex percussione equi cum pugno. ¶ Signa sunt concauitas apud caput humeri. eminētia plurima sub assella. ⁊ est ipossibile vt cū illa manu tangat aurem sibi oppositam ⁊ cū difficultate mouetur.

**Cura.** Cura adiutorij facilis est in pueris ⁊ in illis q habēt iuncturas hūidas. Et illud est vt ponatur manus sub assella ⁊ eleuetur ⁊ altera manu trahatur adiutorium ad inferiora. Et forsan in infantibus possibile est vt digitus medius ponatur sub titilico ⁊ impellatur cū eo caput adiutorij ⁊ reducatur. Et in corporib⁹ fortib⁹ leuior modus est vt restaurator intromittat pedem suū in lat⁹ infirmi ⁊ locet calcaneum suum ꝓpe caput adiutorij infirmo resupino existente ⁊ extendat manuꝫ manib⁹ suis ꝫm rectitudinem quasi velit eradicare eā a spatula. ⁊ iclinet manum suā parūper ad interiora ⁊ īgredietur. testāte meipso isto modo curaui vbi alij modi oēs defecerūt. qdam ꝓpter dolorem. qdā ꝓꝑ inartificialitatē sicut ē ipellere cū pila ⁊ suspendere per spatulaꝫ infirmū ⁊ ꝯsimilia que ego renuo ⁊ vitupero. Et postq̄ꝫ reducta fuerit ponatur pila de cirotecis vel de filis sub titillico. ⁊ ibi teneat iūcturam ne recidiuet ad dislocationem. ⁊ fiat ligatura cū ānexatione forti cū vinculis ꝓhibentibus separationem ⁊ tenentibus caput adiutorij ad superiora. ⁊ opꝫ vt binda cadat super ipsum per modū crucis. ꝑmo in humero infirmo. deinde descendendo ad aliud latus sub titillico ad ascēdendū ad humerū oppositū. ⁊ ibi per moduꝫ crucis iterato reducatur ad titillicū īfirmū ⁊ ibi nectatur in humero opposito. ⁊ est modus ligandi artificialis. ⁊ sic maneat per. 7. dies. isto° in me sum⁹ expertus: ⁊ ideo magis fidem adhibete.

¶ De dislocatione cubiti.

Dislocatio cubiti oibus alijs ē difficilior ⁊ simil'r eius reductio. ⁊ hꝫ fit ꝓpter vehementiā ligamentoꝝ que continent ipsum ⁊ eorū breuitatē. ⁊ ꝓpter ꝯrietatem sue cōcauitatis. ⁊ hꝫ dislocatio fit ad oēs partes ⁊ precipue ad partem posteriorē. ⁊ deterior ⁊ grauior oīum est que fit ad posteriora.

**Signa.** Signa dislocatiōis huius sunt manifesta ex eo ꝙ apparet gibbositas in vno latere ⁊ concauitas in alio. ⁊ non est possibile īfirmo vt duplicet brachiū: nec cū eo pōt tāgere humerū suū. ⁊ declarat tibi illud manifesta diuersitas inter cubitū sanum ⁊ cubitum dislocatū. Caue ne tardetur eius curatio quousq̄ꝫ superueniat apa calidū ꝓꝑ vehemētiam doloris. qr postq̄ꝫ accidit fit eius reductio difficilis valde ⁊ fortasse moritur infirmus ꝓpter grauitatem doloris. sed si est parua dislocatio tunc curari potest.

**Cura.** Cura igitur est talis. minister teneat humeruꝫ īfirmi ⁊ alter teneat brachiū tensuꝫ valde. deinde restaurator ponat manus suas super cubitum ⁊ īprimat iūcturā cū pollice vtroq̄ꝫ aut cū radicib⁹ palme donec ad locū suū reuertatur. ¶ Et si fuerit dislocatio ad īteriora tunc reducatur sic. a duobus ministris brachiuꝫ sicut dixi. extēdatur. deinde applicet manū cū manu donec cubitus reducatur a palma. deinde eq̄bitur statim. vel supplicaturā brachij bindam ponas: ⁊ ambas extremitates bñ pēdentes de subt⁹ mīster ꝯiungat. ⁊ teneatur a duobus ministris sicut dictum est brachiū extēdentib⁹. restaurator bindā trahat ad inferiora cū pede: ⁊ cū palma restauret. deinde brachiū ⁊ manū ad humerū leuet: ⁊ sic ter q̄ter leuādo ad humeꝝ ⁊ deponēdo faciat. deinde ligetur brachiū eleuatū ⁊ suspēdatur ad collum taliter ꝙ ꝑlicari non possit. p⁹ paucos dies infirm⁹ sepe eleuare ⁊ deponere assuescat. ¶ Qꝫ si fuerit dislocatio ad posteriora tūc est eius reductio difficilis: ⁊ necesse est vt brachium eius extendatur vehementer ⁊ reuoluatur ad omnē ꝑtem: ⁊ vngat restaurator manū suā in aliquo oleo vt sit adiutorium in lubricitate. deinde īprimat iuncturam cuꝫ īpressione vehementi astringendo cubitū cū vehementia donec igrediatur. deinde stringatur cū emplastro restauratorio. ⁊ sit brachiū infirmi suspensum ad collū eius ⁊ dimittat cubitū angulatum ꝫm q̄ꝫtitatem quā tolerat vel exigit in ꝑma hora. deinde nō cesset suspensoriū cōstringere paulatim donec angulo cōstringatur. ⁊ si iūctura sit firma dissolue ligamentum. ⁊ si non: itera empl'm ⁊ ligaturaꝫ donec firmetur. ⁊ si post sanationem remanet grauitas in motu tunc superpone sepum arietinum cuꝫ butiro. deinde balneetur. Laus deo.

¶ De dislocatioue iuncture manus.

Dislocatio iuncture manus est facilis ponendo iuncturam man⁹ super aliq̄ꝫ tabulam ⁊ extendat minister manum extensione decenti. deinde ponat medicus palmaꝫ super eminentiā iuncture ⁊ ꝑmat donec ad locuꝫ redeat nālem. deinde stringatur cū emplastro ⁊ dimittatur aliquibus diebus: ⁊ post resoluatur: ⁊ remoueatur manus: ⁊ cuꝫ aqua calida potest fomentari. si in motu remaneat grauitas. ⁊ si digitus dislocetur ⁊ īpellatur eminētia cum pollicibus donec sit ꝫm formaꝫ nālē ⁊ eodem modo artificiali pedum.

¶ De dislocatione anche.

Ancha dislocatur q̄tuor modis. aut ad interiora. aut ad exteriora. aut ad posteriora. aut ad anteriora. ¶ Signa dislocationis ad interiora sunt quando pes dislocationis longior reperitur alio: ⁊ genu eminentius est altero neq̄ꝫ infirmus potest duplicare genu suū v̄sus inguen. ⁊ loc⁹ inguinis ē īflat⁹ īflatione manifesta ex eo qđ cap. coxe ꝓuenit ad ipsum. ¶ Signa v̄o dislocatiōis ad exteriora sunt ꝙ pes dislocationis abbreuiatur ⁊ in inguine apparet ꝓfūditas. ⁊ ex parte posteriori inguīs ē eminentia ⁊ inflatio. ⁊ genu submersum ē ad interiora. ¶ Signa dislocationis ad anteriora sunt qñ infirmus crus suum ꝫm ꝙ vult pōt plicare. non tñ sic illud absq̄ꝫ dolore genu. nec potest ambulare penitus nisi supra calcaneum. ⁊ loc⁹ inguis tumet ⁊ vrina īpeditur. Et si dislocetur ad posteriora abbreuiabitur pes eius ⁊ extensio est difficilis. sꝫ ī inguīe apparet mollificatio ⁊ caput coxe decliue est ad obliquitatem. genu etiam non potest duplicare nisi duplicet inguina.

**Cura.** Cura festinetur velociter ne forte effundantur ad eam humiditates ⁊ putrefiāt ⁊ ꝑducāt ad corruptioneꝫ totius mēbri. ¶ Cōis curatio omnib⁹ spēbus est vt coxam accipias ⁊ extēdendo voluas iūcturaꝫ extrorsum donec ad locum redeat nālem. ¶ Alia operatio est vt minister extendat crus infirmi fortiter ad īteriora cum manibus suis aut cum ligamento super genu eius. ⁊ sit alius minister qui corpus suū firmiter teneat. deinde posito subtus ligamēto medicus sit ex latere infirmo ⁊ teneat vnā extremitateꝫ ligamēti. ⁊ sit alius ex alia parte qui teneat aliam extremitatē ⁊ sic ambo equaliter extendendo constrigāt iūcturam. medicus vero sollicitus sit de suo latere ꝙ impellat eā pedibus vel manibus suis donec ad locum ꝓprium reducatur. cuius signuꝫ est qñ ꝯiungit ambo crura īuenit illa eq̄lia. ⁊ potest crus extēdere ⁊ plicare. deinde ponatur empl'm: ⁊ sicut opꝫ strin-

gaẽ. ꝛ precipe infirmo ne ancha moueatur omnino vsq; ad 5m vel 7m diem. ꝛ tunc solue ligamentũ ꝛ empl'm ꝛ cõiunge crus cũ alio crure. ꝛ si videris ipsa equalia tunc ẽ restauratio confirmata ꝛ tunc fiat balneatio. Empl'm stipticum in proposito fit sic. stuppam canabinam aqua prius infusam ꝛ exp̄ssam in albuĩe oui intingas cui icorporeẽ pul'. thuꝛ ꝛ masticis ꝛ supponaẽ ꝛ cũ modico terbẽtine ꝛ melius operabitur.

¶ De dislocatione genu.

GEnu dislocatur aliq̃n. cuius siguũ ẽ q̄ crus non adheret cum coxa Curetur igitur sic. sedeat infirmus super sedem ꝓpinquã terre ꝛ eleuentur pedes eius parũper. deinde extẽdat vir fortiter manũ suam desuper ꝛ subtꝰ extensione forti ꝛ restaurator reducat ad dispõnem nãlem. ꝛ si necesse fuerit fomentatiões fiant ꝛ inunctiões vt facilius restaureẽ. Sed q̃n rotula dislocatur ponaẽ pes planus in terra ꝛ reducatur rotula. deinde ipleatur curuatura pãnis ꝓhibẽtibus curuationẽ. ꝛ ponanẽ astelle desuper in partem decliuẽ ne iteruz dislocetur. Cum igitur stringitur ꝛ adheret non duplicetur genu festinãter sed paulatim donec alleuietur.

¶ De dislocatione pedis.

PEs si fuerit dislocatus fomentationibus ꝛ vnctionibus premissis fortiter extendatur a dextra ꝛ sinistra ante retro ducendo nodum. ꝛ ad ꝓpriam iuncturam redire cogatur ꝛ puluillis ꝛ stuppis ꝛ fascijs ꝛ astellis ligeẽ. ꝛ ista sufficiãt. Ad alia recurre ad Auic. 4°. cañ. ꝛ ad Theodoricuz 2°. maioris cirurgie sue.

¶ De contusione neruoꝝ.

